JOANNIS JACOBI SCARFANTONI ... ANIMADVERSIONES AD LUCUBRATIONES...



DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
Et
VOTA DECISIVA DIVERSORUM JUDICUM.

R. P. D. PAULUCCIO.

Baren. Jurisdictionis

Lunæ 19. Januarii 1682.

ARGUMENTUM.

Favore Archipresbyteri Aquævivæ firmatur competentia Jurisdictionis quoad certos actus, & cum restrictione ad Ecclesiam Archipresbyteralem tantùm; in reliquis verò constare de bono Jure Archiepiscopi Baren. decernitur.

SUMMARIUM.

1 *Terra Aquævivæ non fuit primitùs de Diœcesi Baren., sed habuit propriam Diœcesim, & proprium Episcopum.*
2 *Agenti de damno vitando favendum potiùs, quàm de lucro captando quærenti.*
3 *Sententia, in judicatum transacta, firmat statum, & pro veritate habetur*, & n.30.
4 *Enumerantur facultates, quibus fruitur Archipresbyter Aquævivæ*, & n.8.
5 *Et ex iis resultat illius Jurisdictio.*
6 *Interdictum, & Clericorum suspensio, non sine Jurisdictione infligi possunt.*
7 *Item sententia absque Jurisdictione ferri non valet.*
9 *Dictio* -- alius -- *includit diversa ab expressis.*
10 *Sententia justificari debet ex Actis.*
11 *Limita, si sit antiqua, quæ etiam sine Actis probat.*
12 *Ostenditur, prædicti Archipresbyteri Jurisdictionem, non ex delegatione procedere, sed ex legitimo titulo*, & n.13. & 14.
15 *Jurisdictio, acquisita per consuetudinem, intelligi debet privativè, non cumulativè*, & n.40.
16 *Eidem Archipresbytero competit intitulatio Ordinarii. Contra* n.37.
17 *Illius Jurisdictio restringitur ad solam Ecclesiam Aquævivæ, & ad Clericos, & Beneficiatos, ibidem inservientes*, & numer.18. & 39.
19 *Episcopus Juris assistentiam habet exercendi in qualibet parte suæ Diœcesis omnimodam Jurisdictionem*, & n.29.
20 *Qui prætendit in contrarium, probare tenetur separationem Territorii.*
21 *Vel privilegium Apostolicum clarum, & expressum, aut immemorabilem.*
22 *Quæ tamen ex contrariis actibus excluditur.*
23 *Vel saltem quadragenariam cum titulo putativo.*
24 *Et quidem cum scientia Episcopi.*
25 *Per particulares actus, ab universali Jurisdictione provenientes, præservata censetur eadem Jurisdictio quoad omnes.*
26 *Prælato inferiori non acquiritur Jurisdictio, nisi simul concurrant possessio, & titulus.*
27 *Archiepiscopus, ubi nullus alius adest proprius Episcopus, Jurisdictionem habet, tam Archiepiscopalem, quàm Episcopalem.*
28 *In petitorio Judicio non spectatur quasi possessio, nisi sit immemorabilis, aut quadragenaria.*
31 *Sumptum de sumpto non probat.*
32 *Vicarius facit unum, & idem Tribunal cum Episcopo.*
33 *Scriptura, extracta ex Archivio privato, quoad non subditos non probant.*
34 *Civitas Aquævivæ ubi erat.*
35 *Scriptura aliàs informis adminiculata probat*, & n.36.
38 *Jurisdictio, ad certas personas restricta, non est extendenda.*

DECISIO I.


IN Jurisdictionalibus controversiis, quæ inter Archiepiscopum Baren., & Archipresbyterum Terræ Aquavivæ per plures annos agitatæ fuere, & post plures Decisiones, emanatas coram *bo. me. Coccino*, obtinuit demùm Reverendissimus Archiepiscopus mandatum de manutenendo, cujus tenor redditur per extensum in *decisione* 340. *coram bo. me. Priolo*.

Et post diutinam ejusdem mandati observantiam, exortæ sunt denuò controversiæ, pro quarum definitione fuit disceptatum coram eodem *bo. me. Priolo*, an constaret de attentatis, & quoad capita nonnulla fuit dictum constare, & Archipresbyterum in casibus enumeratis *dicta dec.*340. attentasse: Verùm reassumpta eadem disputatione coram Me semel 10. *Maji* 1677., & iterum 7. *Februarii* 1678., cum

cum in secunda hac disceptatione injunctum esset, ut videatur de bono jure, conceptum dubium proposui *An, & de cujus bono Jure constet quoad Jurisdictiones Episcopales, & ordinarias, in Ecclesia, & Territorio Aquavivæ in casu &c.*

Et Dominis fuit visum constare hinc inde de bono Jure utriusque respectivè, sed ad formam Decisionum, quæ plures emanarunt coram *bo. me. Coccino*.

Et primo quoad Archipresbyterum, observarunt, quòd Terra Aquavivæ non fuit primitùs de Diœcesi Baren., sed habuit cum propria, & separata Diœcesi proprios Episcopos,
1 ex quibus Benignus interfuit Conciliis Romanis, à Simmaco Papa celebratis annis 499. 501. 503., ut constat *ex Concil. Generalium tom.2. fol.282.285.& 289.*,& confirmat *Haubertus Mireus in Notitia omnium Episcoporum Orbis impressa Parisiis fol.*48.Unde, & *Ferrar. in Lexic. Geographic.AquavivamUrbem primo denominat*, & de præsenti Vicum, idque favorabilem interpretationem pro Archipresbytero inducit,
2 quasi agat ipse de damno evitando, & non de lucro captando in alterius detrimentum. *Gabr. consf.20. num.26. in fin. Add. ad Buratt. dec.480. num.24. Dunoz. Jun. dec.562. n.11.*

Quo posito, bonum jus Archipresbyteri non modicè foveri dicebatur, illudque resultare ex duabus vetustissimis sententiis, altera Andreæ Episcopi Baren. de anno 1221., altera verò Episcopi Vigilien. Delegati Apostolici à S. M. Nicolao Quinto, quæ utraque cum transierit in judicatum, firmat statum, & pro ve-
3 ritate habetur. *l. Ingenuum ff. de stat. hom. l. res judicata 208. ff. de reg. Jur.*

In sententia autem Baren. enumerantur singula, quæ Archipresbyter facultate sibi com-
4 petente exercebat, legitur enim in ea, -- *quia Nobis benè constitit per Inquisitionem ipsam, quòd ipse, qui est Archipresbyter Aquavivæ, consuevit ordinare Primicerios in dicta Ecclesia Sancti Eustachii, concedere Beneficia, & Sacristiam, eligere Sacristas, regere Curiam, de Spiritualibus interdicere, & suspendere Clericos ab officiis, & Beneficiis, culpis exigentibus eorundem &c. ferre sententias de motis quæstionibus coram ipso &c. audire Confessiones in pœnitentiis, vel præstare audiendi licentiam quibus sibi placuerit, quia sine ipsius licentia nullus debet confessiones audire &c.* quæ omnia, & singula, Juris-
5 dictionem important. *Text. in cap. si Judex laycus, de sent. excom. in 6. l. observare C. de decur. lib.10. Brisson. de V.Sign. lib.3. Mastrill. de Magistr. lib.3. cap.9. num.30. & 31. Emin. De Luca in Relat. Cur. Foren. cap.1. num.1. & n.9.*

De interdicto, & Clericorum suspensione,
6 cum sint censuræ Ecclesiasticæ, quæ sine Jurisdictione infligi non possunt, *cap. transmissam de elect. Covar. ad cap. Alma mater §.2. de sent. excom. num.1. Sayr. de Censur. lib.1. cap.5. n.6.* De sententia, quæ sine Jurisdictione non
7 fertur, cum sit pronunciatio Judicis *l. 1. ff. de re judic. Scac. de Sent. & Re judic. glos.1. quæst.1. num.18.*

Clariùs, & fortiùs ex sententia Episcopi Vigilien., in ea enim repetuntur singuli actus, recensiti in sententia Baren., & auctoritate
8 Apostolica confirmati, & additur insuper; *Et alia Jurisdictione exercere, prout hactenus consuetum extitit in Terra Aquavivæ*, quæ verba alios actus inferunt à jam expressis, juxta vim illius vocis, seu pronominis *alias* quæ est, ut diversitatem à supra expressis, & diversa ab expressis includat: *l. si fundus sub conditione §. Libertus ff. de legat.1. Giurb. cons. crim.* 9
99. num. 7. Barbos. dict.26. num. 17. Rota decis.305. num.9. part.17. rec.

Neque efficaciam hujusmodi sententiarum elidit, quòd non producantur earundem Acta, 10
ex quibus possint, ut debet, justificari: *Rota coram Seraph. dec.1261. num.5. coram Merlin. dec.20. num.3. & coram Cels. dec.273. num.13.* quia cum sint antiquissimæ ex se, etiam sine 11
Actis probant. *Gregor. dec.535. num.8. Add. ad Buratt. dec.76. num.26.*

Minùsque quoad sententiam Archiepiscopi Andreæ, quòd ipsa sit delegativa, seu concessiva suarum facultatum Archipresbytero, idque præstet & illa Episcopi Vigilien., neutraque ullum Jus tribuat, cum ad hoc, ut vali- 12
dè Jurisdictio tribuatur, & fiat dismembratio ab Ordinario, requiratur beneplacitum Apostolicum, aut immemorabilis, vel privilegium.

Quia cum latæ sint præcedentibus probationibus, & insuper Episcopus Vigilien. esset Delegatus Apostolicus ad effectum confirmandi sententiam præcedentem Archiepiscopi Andræe, prout eam Apostolica auctoritate confirmavit, & approbavit, eaque transierit in 13
judicatum, indè resultat implicitum privilegium, quòd simul cum antiqua consuetudine, in utraque sententia præsupposita, inducit legitimum titulum, & non voluntariam concessionem Archiepiscopi.

Immò hæc ipsa sententia Episcopi Vigilien. non admittit hujusmodi interpretationem concessivæ, aut delegatæ Jurisdictionis, sed eam omnino excludit, quia cum Episcopus Vigilien. fuerit à S. M. Nicolao V. ad hoc expressè delegatus, ut cognosceret, num ex immemorabili consuetudine Jurisdictio ordinaria Archipresbytero competeret, isque per senten- 14
tiam competere declaraverit intelligi non potest de delegata, quæ tribui non poterat, nisi ab Archiepiscopo asserto delegante, qui impugnabat.

Et ideo neque potest ab eodem Archiepiscopo prætendi, quòd hæc Archipresbyteri Jurisdictio sit cumulativa; quia cum Archipresbyter deducat jus suum à consuetudine, 15
& præscriptione interpretativa, hujusmodi titulus in Jurisdictionalibus est privativus, & non cumulativus. *cap. irrefragabili, §. Excessus, de offic. Ordin. Mantic. dec.296. num.1. Bich. dec.474. n.14.*

Augent sententiarum auctoritatem, Processus ab Archipresbytero formati, complectentes à se prætensæ Jurisdictionis capita, nec non publica documenta, quæ in publico Archivio Curiæ Baren. servantur. *Summario Archipresbyteri, num.9. in fin.*, enunciativa facta per Vicarium Generalem Baren. de Archipresbytero Aquævivæ, tanquam Ordinario, usque de *anno* 1551. eodem *Summ. n.10.*, quæ ut antiqua, & excedens spatium centum annorum, injuncta aliis probationibus, plenè probat ex vulgatis, & insuper electio Vicarii Capitularis

ris

ris, facta à Capitulo Ecclesiæ Aquævivæ Ar-
chipresbyteratu vacante, necnon Subsidium
16 charitativum, ab eodem Capitulo novo Archi-
presbytero præstitum *Summ. num.12.*, quæ sanè
omnia ipsum indicant Ordinarium, & ordina-
riam ejus Jurisdictionem: pluribus congestis *Fa-
gnan. ad cap.post cessionem, num.3. de probat.*,
& faciunt constare de bono Jure.

Quatenùs verò ex observantia subsecuta ni-
terentur Informantes pro Archipresbytero in-
terpretationem desumere prædictarum sen-
tentiarum, Domini eam non plenè suffragari
dixerunt, sed ipsam admiserunt ad normam
Decisionum, quæ manarunt *coram bo. me. Coc-
cin.*, & præcipuè *dec.*448. qua rejectum fuit
Laudum Cardinalium Saulii, & Paravicini,
quatenus Jurisdictionem firmaret Archipresby-
teri in toto Territorio Aquævivæ, cujus nec
17 sententiæ ipsæ meminere, eamque restringen-
dam hodiè Domini dixerunt ad solam Eccle-
siam Sancti Eustachii Archipresbyteralem, &
ad Clericos, ac Beneficiatos ejusdem, in qua,
& circa quos, Archipresbyter exercere potest
ea omnia, quæ in sententiis referuntur, &
non ultra Ecclesiam.

Nam ordinare Primicerios, & concedere
Beneficia, literaliter ad Ecclesiam refertur: re-
gere Curiam, de Spiritualibus interdicere, &
suspendere Clericos, rectè verificatur quoad
Clericos ejusdem Ecclesiæ, sicut & compelle-
re eos ad justitiam faciendam, ac sententias
ferre de motis quæstionibus, pariter eorundem
personas respicit, & de medio facultas dandi
licentiam ad audiendas Confessiones, hoc ta-
18 men præfefert, quòd in ipsa Archipresbyter
solus poterat audire Confessiones, & nemo
alius sine ipsius licentia, ut in sententia ex-
primitur; undè inferre non licet, ut præten-
ditur, quòd penes eum sit facultas approban-
di Confessarios.

Quibus stantibus, consequenter fit, constare
in reliquis de bono Jure Archiepiscopi, cum
habeat intentionem suam fundatam in quali-
19 bet Terra, quæ sit intra limites suæ Diœcesis,
in qua Jurisdictionem exercere potest priva-
tivè quoad omnes alios. *cap. cum personæ, in
fin., de privil. in 6. cap. conquerente, de offic.
Ordin. cap. omnes Basilicæ 16. quæst.7.* & ju-
xta dispositionem *Sac.Concilii Tridentini sess.7.
cap.8. & sess.21. cap.8. de reform.*

Undè dum prætendit Archipresbyter ad se
spectare exercitium Jurisdictionis in Causis Ci-
vilibus, & Criminalibus in Terra Aquævivæ,
tenetur probare tanquam fundamentum suæ
20 intentionis, dictam Terram non esse intra fines
Diœcesis Baren., sed esse Territorium separa-
tum, & independens ab Archiepiscopo, quod
tamen per ipsum non præstari dixit expressè
*Rot. coram Coccin. dec.*448. *n.*5. Addens, non
suffragari ad hunc intentum sententias Archie-
piscopi Andreæ Baren. & Episcopi Vigilien.,
quas intellexit, ut supra, quoad Ecclesiam
Aquævivæ, non autem quoad Terram ipsam,
quod fuit etiam repetitum *in dec.*471. *num.*1.
*& dec.*506. *num.*1. *& dec.*919. *cor. eod. Coccin.*

Deberet enim Archipresbyter pro suæ in-
tentionis fundamento proferre privilegium
21 Apostolicum clarum, & apertum, aut proba-
re concludenter immemorabilem. *Coccin. de-
cis.*448. *num.*12. *Rota coram Zarat. dec.*21.*n.*8.
quod neutrum præstat; nam nec exhibet pri-
vilegium, nec immemorabilem probat, ut di-
ctum fuit *d. dec.*448. *& dec.*919. *coram Coccin.*
quę excluditur ex tot actibus, in contrarium per 22
Archiepiscopos gestis. *Rota dec.*248.*num.*7.*part.
2. recen.*, & quatenus prætendat Archipresby-
ter præscripsisse, non quidem Territorium se-
paratum, sed Jurisdictionem privativam quoad
certos actus, adhuc necessaria esset quadrage- 23
naria cum titulo, saltem putativo, ob Juris re-
sistentiam. *Rot. dec.*221. *num.*19. *&* 21. *part.*13.
recen.

Idque neutrum Archipresbyter probat: Non
quadragenariam, quia ultra eam, probandum
adhuc esset, actus gestos per Prædecessores, fuis- 24
se cum Archiepiscoporum scientia, sine qua
non acquiritur Inferiori Prælato ulla quasi
possessio, aut Jurisdictio, in præjudicium Ec-
clesiæ, aut ipsius Episcopi. *Grat. discept.*918.
*num.*20. *Rot. dec.*70. *num.*76. *& dec.*221. *num.*24.
*part.*13. *recen.* eaque excluditur, ex quo Archie-
piscopi plures actus exercuerunt, ad eandem
Jurisdictionem spectantes, per quos, sub uni-
versali Jurisdictione comprehensos, censetur 25
præservata, & conservata Jurisdictio quoad
omnes actus, ad eandem Jurisdictionem spe-
ctantes. *Rot. decis.*333. *num.*5. *& dec.*391. *n.*22.
*& seqq. part.*13. *recen.* Deficiente autem hac
quadragenaria possessione, suffragari non po-
test titulus putativus, quem deducere nititur
Archipresbyter à gemina illa sententia Baren.
& Vigilien., cum copulativè, & possessio, & 26
titulus requiratur, & alterutro deficiente,
nihil actum intelligitur. *Eminentissimus Ottho-
bonus dec.*134. *n.*4.

Non attento, quòd Archiepiscopus retinue-
rit solam Archiepiscopalem, seu Metropoli-
ticam Jurisdictionem, quia immo utramque,
tam Archiepiscopalem, quàm Episcopalem
retinuit in sua Diœcesi, cum non adsit alius 27
proprius Episcopus, ut sæpiùs fuit dictum
contra Archipresbyterum *in Decisionibus coram
Coccin., & in Archiepiscopatu Toletano in alle-
gatis supra decisionibus* 70. 221. 335. *&* 391.
*part.*13.*rec.*

Minùsque quòd Archipresbytero in aliqui-
bus actibus fuerit concessa manutentio, cum
hodiè agatur de petitorio Judicio, in quo non
spectatur quasi possessio, nisi immemorabilis, 28
aut quadragenaria, cum reliquis ad eam re-
quisitis. *Rot. dec.*324. *num.*8. *&* 11. *part.*1. *&
dec.*221. *num.*29. *& seqq. part.*13. *rec.* quam de-
ficere constat ex supradictis, & ita conclusum
constare de bono Jure utriusque respectivè,
utraque Parte informante &c.

Eadem

Coram R. P. D. RONDININO.

Lunæ 12. *Maji* 1688.

PLuribus in hac antiqua Causa habitis dis-
putationibus, tam super manutentione *co-
ram Coccino*, qui post plures Decisiones inter
ejus impressas 448. 471. 506. 513. 716. *&* 919.,
concessit mandatum de manutenendo Reve-
rendissimo Archiepiscopo Baren., quàm super
at-

attentatis coram *bo. me. Priolo*, *& Pauluccio*, assumpta tandem de mandato Rotæ cognitione boni Juris, responsum fuit sub *die 19. Januarii* 1682. constare de bono jure utriusque Partis ad formam decisionum *Coccini*, nimirum de bono jure Archiepiscopi Baren., quoad exercitium omnimodæ Jurisdictionis Ordinariæ in Terra Aquævivæ, uti existentis in illius Diœcesi, & de bono jure Archipresbyteri, *quoad actus particulares Jurisdictionis, expressos in duabus antiquis sententiis*, Andreæ nempè Episcopi Baren. de anno 1221., & Jacobi Episcopi Vigilien. de anno 1452. Acquiescente huic resolutioni Archipresbytero, obtinuit Archiepiscopus novam Audientiam, & repropositâ Causâ coram Me in locum *bo. me. Paulucii* suffecto, DD. censuerunt standum esse in decisis juxta modum inferiùs exprimendum.

Quo enim ad exercitium omnimodæ Jurisdictionis Episcopalis in Terra, Ecclesiis, & toto Territorio Aquævivæ, privativè quoad Archipresbyterum, nulla videbatur adesse difficultas, quia Archipresbyter non controvertit ampliùs situationem intra limites Diœcesis Baren., quinimò quoad hoc positivè acquiescit; Ideoque de plano procedit favore Ar-
29 chiepiscopi tam dispositio Juris communis *in Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. in cap. cum personæ, de privil. in 6.* quàm *Sac. Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. pariter 8. de reformat.*

Jurisdictio verò Archipresbyteri in Ecclesia Sancti Eustachii, quoad Beneficiorum Collationem, cognitionem Causarum inter Clericos, seu Laycos, prædictæ Ecclesiæ inservientes, & quoad alios particulares, recensitos in sententia Vigilien., & per extensum relatos penes *Coccin. in tertia hujus Causæ Decisione inter ejus impressas la 513.*, concludenter ju-
30 stificari visa est per sententiam prædictam, quæ transitum fecit in rem judicatam, ad regulam *Text. in l. ingenuum ff. de statu hominum l. res judicata 208. ff. de regulis Juris.*

Non obstat, quòd in facto non verificetur suppositum Decisionis, quòd scilicet Oppidum Aquævivæ fuerit olim Civitas, & habuerit proprium Episcopum, qui interfuerit Conciliis Romanis, sub Simmaco Papa celebratis, & quòd sententia Episcopi Vigilien. non probet, cum non exhibeatur illius originale, vel saltem illius copia in forma probanti, sed sim-
31 plex sumptum de secundo, vel tertio sumpto formiter extractum, quod nullam facit probationem, *ad Text. in cap. 1. de fid. instr. Auth. si quis in aliquo C. de edend. Rota coram Coccin. dec. 466. & dec. 758. coram Ubaldo. decis. 884. num. 3. coram Merlin. decis. 3. num. 4. & 10. & dec. 595. num. 16. & seq. dec. 88. n. 1. apud Tamburin. de Jur. Abb. tom. 3. latè in rec. decis. 379. la 2. num. 1. & seq. part. 13. & dec. 619. n. 10. part. 19.* attenta præsertim illius extractione, facta per Vicarium ejusdem Archipresbyteri facientem unam personam, & unum Tribu-
32 nal, nulla prævia citatione executa contra Archiepiscopum Baren., vel ejus Procuratorem. *Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 12. num. 22. Rot. dec. 32. num. 11. coram Dunoz. dec. 71. num. 3. & dec. 292. coram Greg. d. dec. 88. num. 4. apud Tamburin. de Jure Abb. tom. 3. & in Tarraconen. Prioratus 16. Junii 1674. §. Licèt enim, coram Reverendissimo D. meo Decano*, & quidem in Archivio ipsiusmet Ecclesiæ Aquævivæ, quæ cum sit inferior, ipsius Archivium nullam fidem facit adversus Archiepiscopum, aliosque non 33
subditos. *Rot. dec. 34. coram Millin. d. dec. 88. n. 3. apud Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. dec. 182. num. 2. part. 2. divers. coram Seraphin. dec. 642. num. 1. coram Bichio dec. 246. num. 18. & seq. & in rec. d. dec. 379. la 2. num. 7. cum seqq. part. 13. dec. 473. num. 1. & seq. part. 18. tom. 2. & in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure 9. Decembris 1682. §. Nec fidem, cum sequenti, coram bo. me. Albergato.*

Etenim omissa quæstione, an præfatum Oppidum Aquævivæ fuerit Civitas, & Sedes Episcopalis, ut videtur deduci ex adductis in Decisione, & se suspicari ait *Ughellius in Italia Sac. Com. 7. pag. 835.*, vel potiùs Aquaviva Urbs Episcopalis fuerit prope Etruriam sub Monte Soracte in Via Flaminia inter Arianum, & Civitatem Castellanam, prout distinguendo Civitatem Aquævivæ ab Aquaviva, 34
Vico in Campanea prope Venaforem, & nostra Aquaviva, Castro Apuliæ in Diœcesi Baren., tradunt *Carol. à Sancto Paulo in sua Gerographica pag. 561. §. 5. Octell. in Thesau. Geograph. edito anno 1682. tom. 1. pag. 78.*, in qua disputatione parum videbatur DD. immorandum, tum ob diversitatem Historicorum utrinque allegatorum, tum quia Archipresbyter non impugnat situationem in Diœcesi Baren., admittitque se non habere Territorium separatum, exinde solùm resultaret simplex præsumptio interpretativa favorabilis Archipresbytero, parum urgens ad definitionem Causæ.

Non tamen videbatur in dubium revocanda veritas sententiæ Episcopi Vigilien., quia non solùm fuit inserta in antiquo Processu Compulsoriali, formiter compilato vigore Literarum Rotalium, & illius tenor in substantialibus relatus *in decisione 503. coram Coccin.*, ac illius veritas, & legalitas agnita, & approbata in omnibus Decisionibus hucusque emanatis, tam *coram Coccin.*, quàm *bo. me. Priolo*, *& Pauluccio*, in quibus omnibus semper resolutum fuit pro Archiepiscopo, exceptis tamen contentis in sententia Vigilien.

Verùm etiam ad formam dictarum Decisionum *Coccini* fuit demandata expeditio Causæ, & usque sub *die 10. Maji 1610.* ad instantiam Archiepiscopi executa citatio contra Archipresbyterum ad videndum decerni, & relaxari mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi Jurisdictionalis Terræ, & Territorii Aquævivæ, exceptis contentis in sententia Vigilien. *Summario Archipresbyteri dato die 27. Junii proximè præteriti, num. 7.* & ad illius tenorem expeditum etiam mandatum, quod per extensum registratum est in alia subsecuta Decisione super Attentatis, edita *cor. Priolo dec. 240. sub principio*, ibi: *exceptis comprehensis in sententia Vigilien.*, & ulteriùs concurrunt, productio ejusdem sententiæ de anno 1555. in Curia Archiepiscopali Baren., sententia Vicarii Generalis Archiepiscopalis, in qua de sequenti anno 1556. fit mentio sententiæ Vigilien., ac plures Testes, qui prædicto anno 1555. de-

deponunt se originaliter vidisse eandem sen-
tentiam Vigilien., ita ut non possit hodie im-
35 pugnari legalitas hujusmodi sententiæ, super
qua fuit diù litigatum, & quæ fuit pluries à
Collitigante acceptata, & à pluribus Judici-
bus supposita, approbata, & demandata exe-
cutioni. *Rota coram Coccino dec.958. num.11. & dec.2341. n.24. & in rec. decis.172. num.28. part.17.* Præcipuè cum illius tenor fuerit per
extensum relatus in antiqua Decisione *Coccini*,
quod Rota præcipitanter facere non solet,
sed Jurium legitimitate maturè discussa, ut
tradit *Eminentissimus Ottbobonus dec.108. n.10. & 11.*

Admissa ex his legalitate sententiæ, quæ li-
cèt sit sumptum de sumpto, est tamen admi-
36 niculata, & toties approbata in Judicio, ut
ei controverti non possit plena fides, Domini
existimabant, competere quidem Archipresby-
tero Jurisdictionem circa ea, quæ in sententia
comprehenduntur, & in hac parte confirman-
dam *dec. bo. me. Paulucci;* non tamen crede-
bant posse Archipresbyterum, se denomina-
re Ordinarium, prout videtur supposuisse
dec. in §. Augent autem, ex Fagnan. in cap. post cessionem, num.3. de probat.

Etenim quamvis Archipresbyter jure suo in
Ecclesia Sancti Eustachii, quoad certos actus,
in sententiis recensitos, Jurisdictionem exer-
ceat; nihilominus illi non competit denomi-
natio, & intitulatio Ordinarii, cum absolutè
Ordinarius intitulari non potuerit, nisi Episco-
pus, aut Is, qui habet Territorium separatum,
37 & Jurisdictionem quasi Episcopalem, non au-
tem alius inferior; tametsi de consuetudine,
vel præscriptione, illi competant aliqui actus
particulares ordinariæ Jurisdictionis, ad *Text. in cap. si Papa, per tot., & præsertim vers. bis enim, de privil. in 6. Gloss. in cap.3. V. loco cum, de Offic. Ordinarii in 6. Felin. in cap. post cessionem, num.1. de præscript. Fagnan. in cap. cum contingat, n.23. & 26. de for. compet.* latè *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.24. num.102. & seqq.* & in hac eadem Causa pluribus allegatis
Rota cor. Priolo d. dec.340. n.5. & rec. dec.69. num.12. & 15. part.19. articulo, & nuper plenè
discusso articulo judicatum fuit *in Juvenacen. Jurisdictionis coram R. P. D. Emerix.*

Eadem ratione videbatur, restrigendo Ju-
risdictionem, ac limites supradictæ sententiæ Vi-
gilien., neque audiendum Archiepresbyterum,
petentem superaddi jam decisis, quòd Jurisdi-
ctio illi in sententia concessa, extendatur ad
omnes personas etiam laicas, Ecclesiæ Sancti
Eustachii subjectas. Quoniam sententia loquitur
de solis inservientibus Ecclesiæ, & proindè
38 suffragari non potest nisi quoad illa, quæ ex
ea necessariò inferuntur. *Alex. cons.84. n.3. Ancar. cons.437. in fine, & Rota in hac Causa decis.448. num.5. & 6. coram Coccin.* Et id etiam
fuit illi expressè denegatum in omnibus De-
cisionibus, restringentibus ejus Jurisdictionem
ad Clericos, & Beneficiatos, eisdem Ecclesiæ
inservientes.

Neque facultas excommunicandi etiam lay-
cos, de qua fit mentio in sententia, suadet ta-
lem extensionem, seu declarationem: etenim
illa commodè referri posset ad laycos etiam
eidem Ecclesiæ inservientes, vel in ea delin-
quentes, aut Archipresbyterum in sua Juris-
dictone impedientes, absque eo quòd sit facien-
da tam ampla interpretatio, quæ ferè destrue- 39
ret omnem Jurisdictionem Archiepiscopi, cum
ratione Curæ animarum omnes Incolæ sint sub-
jecti unicæ Parochiæ Sancti Eustachii, quod
esset contra sensum Rotæ, quæ in omnibus
Decisionibus semper restrinxit jurisdictionem
in Ecclesia, & in his quæ Ecclesiam concer-
nunt, & esset etiam contra mentem senten-
tiæ Vigiliensis, in qua fundatur totum jus Ar-
chipresbyteri, ut benè per plures rationes
ponderavit *Rota in d. decis.448. num.2. & pluribus sequentibus, coram Coccino.*

Demùm voluerunt DD. declarari conclusio-
nem, quæ videtur firmari in Decisione *bon. mem. Paulucci §. Et ideo*, quòd nempè titulus
in Jurisdictionalibus, qui deducitur ex con-
suetudine, vel præscriptione, sit semper pri-
vativus, numquam autem cumulativus: quia
ibidem allegata probant quidem titulum in
Jurisdictionalibus acquiri posse etiam privati-
vè per consuetudinem, & præscriptionem, sed 40
non excludunt titulum cumulativum, qui in
hac materia nunquam acquiritur, etiam me-
diante consuetudine, vel præscriptione, juxta
notata per *Fagnan. in cap. auditis, de præscript.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Burgen. Jurisdictionis.

Veneris 24. Januarii 1689.

ARGUMENTUM.

Firmatur in hac Decisione, competere Capitu-
lo Burgen., vigore Concordiæ, Jurisdictio-
nem privativam in levibus delictis Capitu-
larium, aliarumque personarum ejusdem Ec-
clesiæ Burgen., & in nonnullis gravioribus
simul cum Archiepiscopo; atque crimina,
de quibus agitur, non esse de exceptuatis
in dicta Concordia.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio, seu reservatio, per continuatam orationem facta, referri debet ad præcedentia.*
2 *Verba adversativa* -- Per hoc tamen -- *adversantur in eodem genere.*
3 *Dictio* -- quotiescunque -- *licèt universalis, restringitur tamen ad naturam subjectæ materiæ.*
4 *Exceptio firmat regulam in non exceptis,* & num.17.
5 *Jurisdictio Capituli Burgen. in Capitulares, restricta fuit per Concordiam ad exercitium solius Criminalis.*
6 *Concordia veteres titulos non perimit, sed confirmat.*
7 *Prædicta Concordia complectitur quoscunque Clericos, & Presbyteros, perpetuos Beneficiatos Ecclesiæ Burgen.* & numer.8.
9 *Decisiones præcedentes, in Causæ prosecutione sunt semper supponendæ.*

10 Ob-

10 *Observantia dispositionem dubiam declarat.*

11 *Status Beneficii non potest per concordiam immutari, absque Patronorum consensu.*

12 *Consensus Patronorum non est necessarius in actu ipsis non præjudiciali.*

13 *Hujusmodi consensus, cum requiratur pro interesse Patronorum, potest actum etiam subsequi, & ex diuturna observantia præsumitur intervenisse.*

14 *Exemptus, ratione rei non exemptæ, subditur Ordinario.*

15 *Etiamsi exemptio sit ampla, & competat ratione personæ.*

16 *Tenor privilegii est unicè attendendus.*

18 *Unicus actus pro observantia interpretativa sufficit.*

19 *Literalis dispositio interpretatione non indiget.*

20 *Delictum exempti, tamsi concernat Curam animarum, quàm si turpitudinem scandalosam redoleat, reservatur cognitioni Ordinarii.*

21 *Ubi adest specialis provisio una cum observantia, cessat illatio ex identitate rationis, vel ex tacito, & subaudito intellectu.*

D E C I S I O II.

ITerum Domini censuerunt, Jus criminaliter procedendi contra Bonaventuram Ximenez, & Joannem de Pando Capellanos extravagantes Metropolitanæ Burgensis, competere Capitulo, habenti Jurisdictionem privativam in levibus, & simul cum Archiepiscopo in nonnullis gravioribus delictis Capitularium, aliarumque personarum dictæ Ecclesiæ, optimè fundatam in Concordia Alexandrina, in Sententiis Rotalibus, & in successiva observantia. Quamvis autem Scribentes pro Reverendissimo Archiepiscopo acriter contenderent, præsentem Controversiam extraneam esse à dispositione dictæ Concordiæ, cum Bonaventura ratione personæ, uterquè verò ratione ipsius delicti, dicerentur specialiter subjecti Jurisdictioni Ordinariæ, nihilominùs singula prædicta, in antecedentibus sublata, & hodie pro insubsistentibus denuò recognita, Dominos à priori Sententia non retraxerunt.

Et quidem non subsistit respectu Bonaventuræ, quòd ipse uti Capellanus Beatæ Mariæ Visitationis, ex ipsa lege Episcopi Carthagenæ fundatoris, subsit Jurisdictioni Ordinarii, cui expressè reservatum legitur Jus coercendi Capellanos dictæ Capellæ, quotiescunque culpabiles noscerentur: quia recurrit animadversio, habita in præterita Decisione *diei 7. Maji 1688.*, quòd nempè reservatio sit restricta ad correctionem in iis, quæ pertinent ad cultum Capellæ, cum post tributam Capellano majori, & deindè Capitulo facultatem coercendi Capellanos, & Pueros in dicta specie delicti, ibi -- *Statuimus, & ordinamus, quòd Capellanus major habeat Jus, & potestatem coercendi alios Capellanos, & Pueros, in his, quæ pertinent ad cultum Capellæ, & quod si talis negligentia, vel culpa fuerit, quæ majorem mulctam, seu pœnitentiam exigat, recurratur ad Dominos de Capitulo &c.* subsequatur per continuatam orationem pars exceptiva, seu reservativa Jurisdictionis Ordinarii, in his verbis -- *Per hoc tamen non excludimus, quin Nos, & Successores nostri possimus, & debeamus punire, atque coercere præfatos Capellanos, & Pueros, quotiescunque culpabiles esse noverimus, vigore nostræ Ordinariæ Jurisdictionis*; & sic retento semper eo-
dem themate delictorum,pertinentium ad Cul- 1
tum Capellæ, atque ratione connexionis,
subsecutæ materiæ, & continuati sermonis
exceptio, seu reservatio debet referri. *Bald.
cons.131. sub num.2. vers. licèt regulam. lib.1.
Greg. dec.85. num.15. & seqq., & dec.303. n.5.
part.19.* Præsertim ponderatis illis verbis --
Per hoc tamen, quæ cum sint adversativa, ad- 2
versantur in eodem genere, & retentis iisdem
terminis. *Bartol. in l. si mariti, in fin. ff. ad l.
Juliam de adult. Soccin. Jun. cons.102. num.14.
lib.1. Ruin. cons.41. sub num.8. vers. Quia illa
dictio. lib.2. Gregor. d. dec.85. num.9. Priol. dec.
69. num.13.* Non attenta dictione -- *Quoties-
cunque*, quæ licèt universalis, restringitur ta- 3
men ad naturam subjectæ materiæ, & ad præcedenter disposita, cum quibus oratio consecutiva conjungitur. *Coccin. dec.1788. num.81. Eminentiss. Ottbob. dec.90. num.2. & 3. & dec. 556. num.14. part.18. & dec.353. num.11. & seqq. part.19.*

Et ideò in cæteris, quæ non pertinent ad cultum Capellæ, intrat exemptio ex mente ipsiusmet Fundatoris, qui voluit in omnibus
privilegiis, prærogativis, libertatibus, & im- 4
munitatibus, idem Juris esse Capellanis Visitationis, quod erat Capellanis de numero, ut in *Novarien. Aggregationis 21. Junii 1681.*, & *12. Junii 1682. coram R. P. D. meo Ursino, & in Barchinonen. Vexilli 9. Maji 1687. §. Hancautem, coram eodem.* Non subsistente, quòd Capellani de numero tunc temporis non haberent dictam exemptionem, quæ solùm concessa fuit in Concordia, inita post triginta annos à dicta fundatione: Quia dum Capitulares longè ante Concordiam prætendebant omnimodam, & absolutam Jurisdictionem, & res-
pectivè exemptionem; quæ ad evitandas con- 5
troversias fuit postea per Concordiam restricta ad exercitium solius Criminalis, ut observat *dec.720. in princ. cor. Seraph., & cor. R. P. D. meo Hervault in sua Decis. sub die 23. Junii 1687. §. Prætendente*; Indè sequitur, quòd
Jus exemptionis quoad Crimina dicatur com- 6
petere etiam ante Concordiam, quæ veteres titulos, cum causa uniformes, & compatibiles, non perimit, sed confirmat. *Dec. cons.400. num.9. vers. Et his stantibus, & cons.564. n.13. cum seqq. Olea de Cess. Jur. tit.6. quæst.7. num.4. & 9. Valeron. de Transact. tit.5. part.4. num.8. Urceol. eod. tract. quæst.73. num.9. & seqq. Eminentiss. Cerr. dec.97. num.27. & 28.*

Sed quatenus prædicta essent dubia, adhuc omnis tolleretur difficultas ex ipsa Concor-
dia, quæ indistinctè complectitur quoscunque 7
Clericos, & Presbyteros, perpetuos Beneficiatos Ecclesiæ Burgen., & sic etiam Capellanos Visitationis, qui sunt perpetuò intitulati in dicta Ecclesia, ut per *Seraphin. dec.788. num.1.* Et hic intellectus nedum convenit proprietati verborum, sed antiquis sententiis,

ac

ac Decretis Rotalibus, concedentibus Capitu-
lo facultatem puniendi vigore dictæ Concor-
8 diæ excessus, & delicta commissa per omnes,
& singulas personas, quæ in dicta Ecclesia
Canonicatus, Præbendas, Portiones, & alia
quæcunque Beneficia obtinerent, ut testatur
idem *Seraph. d. dec.788. sub num.2.* Immò su-
per hac indistinctâ comprehensione sat esset
allegare *d. dec.788. Seraphin.*, quæ ex pluribus
9 id probat, & in hoc Judicio est supponenda.
Coccin. dec.1015. num.1. & dec.2335. num.3. ju-
xta præsertim observantiam, ex qua liquet,
semper processisse Capitulum super delictis eo-
rundem Capellanorum, nunquam autem Ar-
10 chiepiscopum; undè comprehensio quatenus
dubia, ex hujusmodi observantia interpreta-
tionem reciperet. *Rot. dec.14. num.5. part.7., & dec.720. num.13. part.18.*, & alibi frequen-
ter.

Nec replicare juvat, quòd Status Jurisdi-
tionalis respectivè dictæ Capellæ non potuerit
immutari, & per Concordiam transferri de
11 Archiepiscopo in Capitulum, absque Patro-
norum consensu. *Lotter. de Re Benef. lib.2. quæst.8. num.95. Card. de Luca de Jurepatr. disc.66. num.10. & 11.* Quia, vel consensus non
erat necessarius in actu Patronis non præju-
diciali, quorum nil intererat, an Capellani
12 potiùs subessent Jurisdictioni Archiepiscopi,
quàm Capituli, cum in utroque casu Jus eo-
rum semper esset salvum: *Innoc. in cap.1. sub num.6. vers. Et etiam, & ibi Joan. Andr. sub n. 13. vers. ad prædicta. Ut Eccles. Benef. sine di-min. confor. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.11. num.65. & 66. Cassador. dec.3. sub num.4. vers. sed conclusum, de Jurepatr.*, vel tanquam requi-
situs ex causa privari Interesse Patronorum,
non autem pro forma, seu ad authorizzandum
13 Contractum, potuit subsequi, & ex diuturno
tempore, ac observantia ferè duplicis secu-
li, præsumitur intervenisse. *Dec. cons.409. per tot. Mascard. de Probat. conclus.417. n.1. & seqq. Vivian. de Jurepatr. part.3. lib.14. cap.2. num.31. Rot. dec.336. num.15. & 16. part.18.*

Posita igitur ex prædictis competentia
exemptionis, frustra opponitur, quod Bona-
ventura, qui deliquit, ratione Ecclesiæ San-
cti Stephani non exemptæ, teneatur ob con-
14 cursum diversæ qualitatis, & cohærentiam
actionis rei non privilegiatæ, de hujusmodi
excessu Episcopo respondere *per Text. in cap. volentes §. In eos, ubi Hostiens. num.1. Gemi-nian. num.3. & 4. Franch. num.2. Ancaran. num. 6. Barbos. num.5. de privil. in 6. Fagnan. in cap. Quoniam, num.2. & 3. de privil. Salgad. de Sup-plic. ad SS. part.2. cap.15. n.10. Card. Albitius in discep.2. quæst.2. num.1. & seqq. penes Card. de Luca de Jurisd. post disc.95. Rot. dec.165. n.2. cum plur. seqq. part.7.* Idque etiamsi exem-
ptio sit ampla, & competat ratione personæ,
15 ut firmat idem *Card. Albit. ubi supra num.8. Rota in Bononien. Jurisdictionis penes Marches. de Commiss. part.1. pag.1069. num.3. vers. Verùm, & in d. dec.167. n.7. part.7.*

Omissa enim quæstione in puris terminis Ju-
ris comunis, in quibus ob opiniones, inter se
dissidentes, quoad exemptionem personalem
DD. noluerunt insistere; visa fuit removeri
difficultas ex facto, quia constitit, Jurisdictio-
nem fuisse tributam Capitulo, etiam super
delictis commissis ratione rei non exemptæ, 16
adeoque tenor privilegii est unicè attenden-
dus, ut notat *Gloss. in d. cap. volentes, in figu-ratione casus, vers. nota primo.*

Concordia etenim, ultra universalitatem, ac
prægnantiam verborum, comprehendentium
omnia delicta, tam intra Ecclesiam, quàm
extra, & ubique locorum commissa, expres-
sè reservat correctioni Capituli simul cum Ar-
chiepiscopo crimen Simoniæ, ibi — *Hac labe Simoniæ in Ordinibus, seu Beneficiorum Eccle-siasticorum assecutione &c.;* quod sicuti non est
hæsitandum pertinere ad rem exemptam, ita
manifestum fit, Jurisdictionem, & respectivè
exemptionem, porrigi ad excessus, in quibus
ratione diversæ qualitatis cæteroquin intra-
ret Jurisdictio Ordinarii, ut sentiunt DD. in
objecto allegati. Rursus in eadem Concordia
subnectitur — *Et si excessus talis sit, pro quo delinquens Beneficiatus Ecclesiis, quas obtineret, privandus veniret, quòd solus Episcopus abs-que consensu Capituli prædictorum, seu majoris partis eorum, eundem delinquentem Beneficiis prædictis privare nequiret.* Ex quibus pari-
ter liquet, cogitatum fuisse de Beneficiatis alias
Ecclesias obtinentibus, & de crimine inducen-
te earundem Ecclesiarum privationem, & ta-
men Jurisdictio reservatur Capitulo, licèt de-
lictum, & pœna, respiciant rem non exem-
ptam.

Quod comprobatur, tum ex Sententia *Sera-pin., & dec.1058.*, quæ eam præcessit, ubi firma-
tur, personas Ecclesiæ Burgen., obtinentes Be-
neficia curata extra Ecclesiam, subesse Juris-
dictioni Ordinarii in concernentibus Curam,
& Sacramentorum administrationem: quæ re- 17
stricta ad certam speciem delictorum, suppo-
nit privilegium in non exceptis, & infert,
quòd in cæteris manebat exemptio, ut per
Fagnan. in cap. Tuarum, num.33. de privil.: tum
ex subsecuta observantia, ex qua habetur,
quòd in delictis commissis ratione Beneficii
non exempti, semper processit Capitulum ad
formam Concordiæ, nedum sciente, & pa-
tiente, sed ita mandante Archiepiscopo, ut
signanter constat ex Processu Joannis de Les-
cano, audientis confessiones cum licentia fal-
sa in Parochiali Beatæ Mariæ de Viesarrua,
ubi quoque erat Beneficiatus: cum enim priùs
processisset Provisor Archiepiscopalis, fuerunt
ejus Acta annullata, & de consensu duorum
Archiepiscoporum Manrique, & Azevedo, con-
structus novus Processus à Judicibus Capituli
una cum Archiepiscopo, prævia declaratione,
quòd erat delictum de gravioribus, comprehen-
sum in Concordia, & ideò non poterat co-
gnosci à Provisore Curiæ Archiepiscopalis;
qui actus, licèt unicus, pro observantia inter- 18
pretativa sufficeret. *Rot. dec.575. num.9. part. 9. & dec.520. num.10. part.13. Eminentiss. Cerr. dec.824. num.7.*

Non adversante, quòd dictum exemplum
non sit allegabile pro observantia interpreta-
tiva, eo quia crimen Joannis pertineret ad
Curam animarum, adeoque esset cognoscen-
dum privativè à solo Archiepiscopo, juxta 19
literalem sententiam *Seraphin.*, quæ interpre-
tatione non eget. *Buratt. dec.129. n.6. Bich.*
dec.

dec.396. num.25. Priol. dec.69. num.24. Quia dicta Sententia requirit copulativè duas qualitates, quòd nempè delinquens sit Parochus, & delictum pertineat ad Curam animarum, & Sacramentorum administrationem; undè cum in casu Joannis de Lescano deficeret prima, quia ipse non probatur Parochus, sed Beneficiatus, ex solo concursu secundæ non erat puniendus ab Archiepiscopo ad formam dictæ Sententiæ, sed à Capitulo una cum Archiepiscopo, juxta dispositionem Concordiæ, & consequenter benè deservit pro observantia interpretativa, ut dictum est.

Quo verò ad Joannem Pando, iterum dictum fuit, Concubinatum, de quo imputatur, esse crimen impropriè solùm, & latè, non autem propriè, & ex relatione necessaria pertinens ad Curam, & ideò non posse desuper procedi ab Archiepiscopo vigore Sententiæ *Seraphini*, loquentis de Parocho delinquente in Cura, quia ejus verba sunt propriè, & strictè intelligenda; sed à Capitulo vigore Concordiæ, eidem specialiter reservantis punitionem hujus delicti, juxta observantiam illud puniendi, tam ante, quàm post dictam Sententiam; & tam contra Beneficiatos exercentes, quàm non exercentes Curam. Nec ratione scandalosæ turpitudinis posse applicari resolutionem *Sacr. Congreg. Conc. in una Faventina*, relatam à *Card. De Luca de Jurisdict. disc.4. num.2. & per Modern. Pignattell. Canon. consult.20.*, quæ distinguendo delicta, concer-
20 nentia Curam, à delictis, scandalosam turpitudinem redolentibus, utraque respectu Vicarii, seu Capellani exempti, referunt cognitioni Ordinarii; tum quia ob circumstantias, quæ unum casum ab altero diversificant, illatio non intrat, ut ponderatur in præterita *dec. §. fin.*: tum, & fortiùs, quia posito, quòd una species delictorum sit ab altera distincta, quòdque sententia *Seraphin.* loquatur solùm de prima, consequens est, quòd secunda trahi nequeat ad terminos prædictæ sententiæ, quia super ea adest specialis provisio Concordiæ, una cum diuturna observantia, tam affirmativa ex facto Capituli, quàm negativa ex non facto Archiepiscopi, quæ propterea in suo casu est præcisè servanda, sublata omni
21 illatione, quæ vel ex identitate rationis, vel ex tacito, & subaudito intellectu proponeretur ad destructionem expressi: *Becc. cons.39. n.25. in fin. Grat. discept.742. num.18. & 19. Peutinger. dec.379. num.8. & 9.* & latè firmatur *in d. præterita dec. §. Respectu verò, & seq.*, ad quam Domini se habuerunt remissivè.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Burgen. Jurisdictionis.

Veneris 7. Maji 1688.

ARGUMENTUM.

Concordia, inita inter Episcopum, & Capitulum, super punitione delictorum Beneficiatorum, est servanda, maximè si adest observantia. Distinguitur exemptio localis, seu mista, & quando privilegium arctetur loco, vel comitetur personas, ubicunque delinquant, itaut censenda sit personalis, vel localis.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum Ecclesiæ Burgen. habet jus puniendi excessus Capitularium, & aliarum Personarum dictæ Ecclesiæ.*
2 *Reservatio jurisdictionis quoad unam Causam, non potest trahi ad aliam.*
3 *Capellani, noviter erecti, gaudent prærogativis antiquorum*, & n.4.
5 *Observantiæ deferendum est pro interpretanda Concordia.*
6 *Exemptus potest puniri ab Episcopo, si delinquat circa rem non exemptam.*
7 *Declara, quando agitur de exemptione locali, seu mista, quæ sit circumscripta loco.*
8 *Non autem quando exemptio sequitur personam, ubicunque delinquat.*
9 *Maximè quando exemptio non est generalis, sed particularis ratione certæ Causæ, vel certi delicti.*
10 *Cessante causa privilegii, cessat privilegium.*
11 *Jurisdictio, sive exemptio, concessa Capitulo, ejusque Communitati, dicitur competere ratione Ordinis, & Dignitatis, non verò Personæ.*
12 *Si exemptio circumscribitur loco, censetur realis: si verò comitetur personas, ubicunque delinquant, reputatur personalis.*
13 *Quando exemptio expressè competit pro delictis ubicunque commissis, censetur personalis, nec ex adjectione certæ qualitatis, quæ sit causa finalis exemptionis, sequitur, quòd ex personali transeat in localem*, & n.14.
15 *Privilegia exemptionis Regularium, Subcollectorum, Equitum Hierosolymitanorum, & similium, licèt competant ratione Ordinis, vel Dignitatis, non circumscribuntur loco, sed sunt personalia.*
16 *Exempti subsunt Jurisdictioni Ordinarii pro delictis concernentibus exercitium Curæ, & administrationem Sacramentorum*, & n. seq. & n.21.
18 *Non autem ratione simplicis Beneficii, quod possideat exemptus.*
19 *Ex limitatione Jurisdictionis ad certam speciem delictorum, infertur, quòd in cæteris maneat exemptio.*
20 *In materia exemptionis defertur observantiæ, resultantis à pluribus actibus.*
22 *Delictum commissum à Parocho, qui sit exemptus, quando puniri possit ab Ordinario.*
23 *Verba sententiæ sunt accipienda in stricta, & propria significatione, maximè si adsit observantia*, & n. seq.
25 *Parochus exemptus subest Episcopo, etiam pro delictis, scandalosam turpitudinem habentibus.*
26 *Limita, si exemptio comprehendat specialiter hunc casum, vel si remaneret impunitus*

*nitus ob negligentiam , vel abfentiam
Superioris , & in iis , quæ concernunt
pœnas corporales , feu pecuniarias , fe-
cus fufpenfionem ab exercitio Curæ* , &
num. feq.

28 *Obfervantia in re dubia , ac difputabili
eft attendenda , quamvis contrarius in-
tellectus effet de Jure verior .*

D E C I S I O III.

IN hac fecunda Caufæ propofitione DD.
cenfuerunt Sententiam Rotalem effe con-
firmandam ; Intentio etenim Capituli fuper
Jure criminaliter procedendi contra Bonaven-
turam , & Joannem Capellanos Extravagan-
tes Metropolitanæ Burgen., remanet eviden-
ter fundata in difpofitione antiquæ Concor-
diæ Alexandrinæ , in duplici re judicata Ro-
tali , & in fubfecuta obfervantia , ex quibus
conftat eidem competere Jurifdictionem pri-
vativam in levibus , & fimultaneam cum
Archiepifcopo in nonnullis gravioribus deli-
ctis Capitularium , aliarumque perfonarum di-
ctę Ecclefię, ubique delinquentium: E' conver-
fo detegitur infubfiftens prætenfio Archiepi-
fcopi puniendi vigore fuæ ordinariæ Jurifdi-
ctionis eofdem Capellanos ; quia juxta for-
mam præfcriptam in Concordia , non coram
Archiepifcopo, fed coram Judicibus Capitu-
li tenentur de eorum exceffibus refponde-
1 re, ut latè firmant *Decifiones hujus Caufæ fub
die* 17. *Februarii* , & 13. *Junii* 1687. *coram
R.P.D. meo Hervault.*

Non obftante refpectu Bonaventuræ , quòd
ipfe uti Capellanus B. Mariæ Vifitationis
non fit comprehenfus in dicta Concordia ,
fed ex lege Fundationis , refervantis Archie-
pifcopo Jus coercendi Capellanos, & Cleri-
cos præfcriptæ Capellæ , fubjaceat Jurifdi-
ctioni Ordinariæ : Tum quia refervatio Jurifdi-
ctionis eft reftricta ad correctionem , & puni-
tionem in iis, quæ pertinent ad Cultum Ca-
2 pellæ, & proinde nil commune habent cum
delictis ex diverfa caufa , & extra illam com-
miffis , quorum refpectu potiùs apparet voli-
ta exemptio, dum ftatuitur , quòd dicti Ca-
pellani habeant omnia privilegia, prerogativas,
libertates, & Immunitates , quas habent Ca-
pellani de numero, ex firmatis in *Novarien.*
3 *Aggregationis* 21. *Junii* 1681. & 12. *Junii* 1682.
coram R. P. D. meo Urfino Tum quia Con-
cordia Alexandrina , quæ inita fuit poft 30.
annos à dicta Fundatione, & Decifiones , &
Sententiæ Rotales loquuntur indiftinctè de
omnibus perfonis Clericis, & Beneficiatis Ec-
clefiæ Burgen., undè antiquus ftatus videtur
de confenfu Archiepifcopi immutatus, & no-
vus inductus quoad omnes perpetuò intitu-
latos in Ecclefia, quocunque nomine nuncu-
pentur , per *Text. in cap. Per exemptionem, de
privil. in 6. Seraph. dec.*788. *per totam :* Tum
4 demum quia ex pluribus actibus conftitit,
quòd in delictis dictorum Capellanorum, com-
miffis extra Cultum Capellæ, femper procef-
fit Capitulum ad formam Concordiæ , non
autem Archiepifcopus: Et propterea huic fuc-
ceffivæ obfervantiæ pro interpretanda com-
5 prehenfione quatenùs dubia , eft omninò de-
ferendum . *l. fi de interpretat. ff. de legib. cap.
Dilectus , de confuetud.*

Minùs obftat, quòd ipfe Bonaventura, re-
fiftendo nonnullis Decretis ab Ordinario edi-
tis occafione Vifitationis Ecclefiæ Parochia-
lis Sancti Stephani, cujus eft etiam Benefi-
ciatus, & afficiendo verbis injuriofis Miffa-
rum Subcollectorem cum alapæ comminatio-
ne, deliquerit ratione Ecclefiæ fuprafcriptæ S.
Stephani non exemptæ, & proindè fubjacere
debeat Jurifdictioni Ordinarii ; quiaconcurrit
diverfa qualitas, ob quam exemptus diver-
fo Jure , & refpectu, pro re non exempta 6
poteft ab Epifcopo coerceri . *cap. cum Capella,
de privil. cap.*1. §. *In eos eod. tit. in 6. Innoc. in
d. cap. cum Capella n.... Abb. n.*7. *Hoftien. n.*11.
*verf. & fic eft , Ancaran. n.*3. *& in cap. ex ore
de privil. Felin. in cap. cum dilectus , à num.*9.
*de refcript. Lap. alleg.*99. *num.*2. *Navarr. de
Jur. Jur. lib.*2. *conf.*9. *num. unic.* Quia conclu-
fio procedit in exemptione locali , feu mifta , 7
quæ fit loco circumfcripta ; Tunc enim extra
locum exemptum ceffat privilegium , & idcò
fubintrat Jurifdictio Ordinarii ratione rei
non exemptæ , & Caufæ limitatæ , ut colli-
gitur ex *textibus , & DD. allegatis , & concor-
dat Gloff. in d. §. In eos V. refideant , & ibi Jo:
Andr. num.*8. *Barbof. num.*3. & 4. *Innoc. in cap.
ex ore, num.*1. *de privil.* Sed quando exemptio
non eft localis, fed perfonalis, ut in præfen-
ti eft illa, quæ ex Concordia, & Judiciis Ro-
talibus tribuitur Capitularibus , aliifque per-
fonis Ecclefiæ Burgen. , tunc privilegium non
arctatur loco, fed perfonam fequitur ubicun-
que delinquat, ut conftanter diftinguunt *Ge- 8
min. in d. §. In eos, num.*8. *Abb. in cap. Quoniam
num.*3. *& in cap. Tuarum, num.*8. *de privileg. &
in cap. Dilecti filii , num.*9. *de for. compet. Soc-
cin. in cap. Recipimus , num.*70. *de privil.* latè
*Fagnan. in d. cap. Tuarum , num.*5. & 6. *Sanch.
Conf. Moral. lib.*6. *cap.*9. *dub.*1. *num.*25. *& dub.*5.
*num.*10. *Covarr. Pract. cap.*11. *num.*5. *Kochier.
de Jurifdict. Ordin. in Exempt. part.*2. *quæft.*45.
*num.*4. 17. & 60. *& part.*3. *quæft.*15. *num.*2. *Lot-
ter. de Re Benef. lib.*1. *quæft.*24. *num.*10. *Del
Bene de Immunit. tom.*2. *cap.*14. *dub.*11. *num.*1.
*& feqq. Pen. dec.*157. *per tot.* Quod eo fortiùs
procedit quando exemptio non eft generalis,
fed particularis ratione certæ Caufæ , prout
eft prefens ratione delicti . *Dec. in cap. Tua- 9
rum , num.*49. *de privil. Barbof. de Pot. Epifc.
alleg.*123. *num.*8.

Nec replicari valet, quòd cum dicta exemptio
competat ratione qualitatis Capitularis, quæ
eft caufa finalis dictæ exemptionis , & ftet
limitativè, non demonftrativè , ita ceffante di-
cta qualitate ceffat etiam Privilegium , ut per 10
*Seraph. dec.*1058. *n.*2.3. & 9. Et propterea repu-
tanda fit localis , feu mifta , non autem per-
fonalis. *Pen. d. dec.*157. *num.*6. Præfertim quia
conceffa Capitulo, ejufque Communitati , quo 11
cafu dicitur competere ratione Ordinis , & Di-
gnitatis , non verò perfonæ. *Azor. tom.*1. *In-
ftitut. Moral. lib.*5. *cap.*22. *quæft.*2. *verf. fic
etiam. Caftropal. tom.*1. *Oper. Moral. tract.*3. *di-
fput.*4. *de Privil. punct.*2. §.1. *Rot. decif.*199.
*num.*25. *part.*12.

Cum etenim ad effectum, de quo agitur, unicè
infpiciendum fit , an exemptio circumfcribatur
lo-

loco, ut censenda veniat realis, an verò comitetur personas ubicunque delinquant, ut reputanda sit personalis, juxta distinctio-
12 nem, quam ad propositum affert *Kocbier. de Jurisdict. in Exempt.1. part. quæst.2. n.4. & 5.*, jam patet, quòd in nostro casu versamur in secunda specie, quia exemptio expressè competit pro delictis ubique locorum commissis, ut constat ex tenore Concordiæ, ibi -- *In dicta Ecclesia, seu extra*, & ex *dec. Seraph.*
13 omninò supponenda 1058. *num.7. & 9.*, cui est conformis subsecuta res judicata, ut latè firmat *ult. dec. R.P.D. mei Hervault* §. *Sub quorum*. Nec ex adjectione certæ qualitatis, quæ sit causa limitativa, & finalis exemptionis, efficitur, quòd ex personali transeat in localem, sed tantùm quòd cessante illa qualitate, cujus ratione quis est exemptus, cesset etiam
14 exemptio, ut per *Felin. in Proœm. Decretal. num.42. Berous cons.24. num.5. lib.1. Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.24. num.22.* & plures sunt casus, in quibus licèt exemptio competat ratione Ordinis vel Dignitatis, ut in Regularibus, Subcollectoribus, Equitibus Hierosolymitanis, & similibus, quia tamen privilegia sunt ampla, nec ullo loco circumscripta; dicuntur inducere exemptionem personalem pro delictis ubicunque, & etiam respectu alterius Beneficii commissis, nisi sint de
15 specialiter exceptis à Jure, ut de Regularibus Parochis firmat *Sanch. cons. moral. loc. cit. Barbos. de Offic. & Potest. Episc. part.3. alleg.73. num.21.*, *& ad Concil. cap.11. sess.25. de Regul. num.21.*, & de Subcollectoribus, qui etiam sint Canonici, seu Beneficiati *Barbos. in Summ. Apostol. Dec. cap.180. V. Collectores num.3.*, *& ad Concil. sess.25. cap.7. de reform. num.19. Gonzal. ad Reg.8. Cancell. gloss.50. num.81. & seqq.* ubi ita refert *decisum per Congregationem Concilii*. *Armendar. in addit. ad Recopilat. ad leg. Navarræ tit.6. de Visit. num.30.*, ac demum de Subditis Religioni Hierosolymitanæ exercentibus Curam animarum *Rot. dec.391. n.3. & seqq. & num.11. part.13.*

Ideò nil urget, quòd in *dicta dec.*1058. *Seraph.*, & in subsecuta Sententia definitum fuerit, quòd personæ Ecclesiæ Burgen., obtinentes extra Ecclesiam Beneficia Curata, subsint Jurisdictioni Archiepiscopali in delictis concernentibus exercitium Curæ, & administrationem Sacramentorum, quia in eo casu con-
16 currebat clara dispositio *Concilii Tridentini sess.25. cap.11. de Regular.*, subiiciens Ordinario personaliter exemptos in iis, quæ concernunt Curam, & consequenter ratione diversæ qualitatis, quæ prævalet, & habet à Jure certam determinationem, tenebatur exemptus Episcopo respondere, ut ibi *num.5. &*
17 *seqq.*, & concordat *Gratian. discept.298. numer.49. Rot. dicta dec.391. num.5. part.13.* sed in casu præsenti nullo Jure specialiter sancitum est, quòd ratione simplicis Beneficii non exempti personaliter exemptus subjaceat
18 Jurisdictioni Ordinarii, quinimmò constat de contrario ex DD. plenè relatis supra §. *Minus obstat*: Undè ratio superinductæ qualitatis, quæ prævaleat, & habeat in Jure specialem determinationem, non adaptatur præsenti hypothesi, immo *dicta dec. Seraphin.* retorquetur; Si enim ad sensum Partis dictæ personæ Ecclesiæ Burgen., obtinentes Beneficia extra Ecclesiam, fuissent obnoxiæ Jurisdictioni Archiepiscopi ratione Beneficii non exempti, non erat coaptanda resolutio ad concernentia Curam, & Sacramentorum administrationem juxta terminos dispositionis Conciliaris, tribuentis Jurisdictionem delegatam in exemptos, sed simpliciter, & distinctè Jurisdictio ordinaria intrasset in omnibus: Quapropter ex dicta limitatione Jurisdictionis ad certam speciem delictorum optimè infertur, quòd in cæteris manebat exemptio, ut agendò de dispositione Concilii benè ratiocinatur *Fagnan. in dicto cap. tuarum, num.33. de privil.* 19

Idque fit manifestum ex subsecuta observantia, quæ docuit, Judices Capituli semper processisse contra Capitulares, quamvis possiderent Beneficia extra Metropolitanam, & in eisdem Beneficiis delinquerent, ut præcęteris constat ex Processu Jo: Lescano Capellani de numero, & Beneficiati Parochialis B. Mariæ de Viesarrua, qui audiverat Confessiones cum Licentia falsa in dicta Parochiali: cum enim priùs processisset sola Curia Archiepiscopalis, fuerùnt ejus Acta annullata, & inchoatus novus Processus ad formam Concilii cum declaratione, quòd non habeat Jurisdictionem procedendi seorsim contra dictum de Lescano, sed solus Archiepiscopus una cum Judicibus Capituli, ex qua observantia, quampluribus aliis actibus comprobata, visa fuit removeri quælibet dubitatio, ut observat *prima decisio R. P. D. Hervault* §. *Quoniam*, & §. 20
Huic namque, & *secunda* §. *fin.*

Nec demum refragatur, quòd delicta Bonaventuræ commissa fuerint occasione Visitationis, quia Archiepiscopus stante amplitudine, & prægnantia verborum, tenetur ad observantiam Concordiæ, tam in Visitatione, quàm extra, & tam in Visitatione Metropolitanæ, quàm cæterarum Ecclesiarum, ut ex Sententia *Seraphini* probat *ultima Decis. R. P.D. Hervault* §. *Neque hoc*, *cum seqq.*

Respectu verò Jo: non obstat, quòd ipse, qui est quoque Parochus SS. Cosmæ, & Damiani, uti inquisitus de publico Concubinatu, sit corigendus ab Archiepiscopo, tanquam de crimine respiciente Curam animarum, ad formam *d. dec.*1058. & Sententiæ *Seraphin.* Quia licèt hujusmodi crimen ratione scandali, ac 21
turpitudinis influat, & referri possit ad Curam, tamen est relatio lata, & impropria, non autem propria & necessaria, quæ tunc solùm diceretur, quando commissum fuisset colore, prætextu, authoritate vel contempla- 22
tione muneris Pastoralis, ad tradita per *Bartol. cons.174. num.4. in fin. Paris. de Put. de Syndic. in V. Judices, num.8. inter tract. tom.7. fol.233.* & in verbo *Officialis offensa* sub *numer.6. fol.293. Farinac. in Prax. quæst.19. num.44. Rot. dec.754. num.2. part.1. divers. Greg. dec.233. num.6.* Ideò non comprehenditur in Sententia, loquente de delictis respicientibus Curam, quia ejus verba non sunt porrigenda ad remota, & impropria, sed accipienda in stricta, & propria significatione. 23
l. si quis à liberis §. *Si vel parens*, *vers. meminisse ff. de liber. agnoscen. Ubald. dec.288. num.5.*

num.5. & 6. Aliàs enim si procederet hujusmodi extensio, etiam Parochus criminosus ratione scandali, ac turpitudinis diceretur in Cura delinquere, & consequenter subjaceret, & ferè in omni crimine, Jurisdictioni Ordinarii, quod non est admittendum, quia esset eludere Concordiam, & abdicare à Capitulo Jus puniendi delicta sibi specialiter reservatum super omnibus personis Ecclesię Burgen., ut arguit *Seraph. dec.475. n.1. dec.1008. num.5.* Eoque fortiùs quia delictum publici Concubinatus est literaliter in Concordia reservatum correctioni Capituli, atque ex pluribus actibus constat, quòd super eo semper processit tam ante, quàm post Sententiam *Seraph.* & tam contra Beneficiatos exercentes, quàm non exercentes Curam; Undè si aliquod dubium adhuc incideret super interpretatione præscriptæ Sententiæ, remaneret omninò sublatum ex hac diuturna, & uni-
24 formi observantia, quæ resultat æquè benè ex facto Capituli, quàm ex non facto Archiepiscopi. *Bich. dec.660. num.17. Rot. dec.258. num.8. part.13.*

Nec adversatur Resolutio S. Congregationis Conclii in una *Faventina*, in qua declaratur, Vicarium seu Cappellanum exemptum, subesse Episcopo in iis, quæ concernunt Curam animarum, & in delictis scandolosam
25 turpitudinem habentibus, quàm refert *Card. de Luc. de Jurisdictione disc.4. num.2.* Tum quia ex ipso discretivo modo loquendi deprehenditur, alia esse delicta concernentia Curam, & alia quæ scandalosam turpitudinem habent, & propterea dum Sententia *Seraph.* tribuit cognitionem in concernentibus Curam Archiepiscopo, & Concordia reservat correctionem Concubinatus Capitulo, non est
26 prima species delictorum confundenda cum secunda, sed utraque ad limites suæ peculiaris dispositionis est regulanda. *Greg. dec.434. num.6. & dec.251. n.23. part.19.* Tum quia dicta Resolutio potest intelligi de Parocho scandaloso, qui remaneret impunitus ob negligentiam, vel absentiam Superioris, & in iis, quæ concernunt pœnas corporales, seu pe-
27 cuniarias, secus suspensionem ab exercitio Curæ, ut intelligit idem *Card. de Luc. in Supplem. ad tit. de Jurisdictione disc.101. numer.8.* Sicque non applicatur præsenti casui, in quo nec dictę circumstantiæ concurrunt, nec iste modus procedendi denegatur Archiepiscopo: Tum demum quia observantia docuit, Jurisdictionem exercitam fuisse à Capitulo super similibus delictis contra Beneficiatos Parochos, ut dictum est supra, adeoque hec observantia in re dubia, ac disputabili est attendenda, quamvis contrarius intellectus esset
28 de Jure verior. *Gregor. dec.184. num.8. Buratt. dec.944. num.6. Royas dec.350. num.11. Priol. dec.46. num.29.*

Et ita utraque &c.

R̃mo. P. D. ANSALDO DECANO.

Calaguritana dimidii Beneficii de Foronda.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Ex quibus desumenda sit dignitas eligendorum ad Beneficia, quæ habentibus majora merita conferenda sunt. De Jure gratificandi, Ordinatio competente, an, & quando illi locus sit.

SUMMARIUM.

1 *In assecutione Beneficii Senior præfertur Juniori.*
2 *Item Sacris Ordinibus initiatus simplici Clerico.*
3 *Ita etiam Laurea doctorali insignitus non Doctorem antecellit.*
4 *Approbatio quoque ad Curam Animarum digniorem aliquem facit eo, qui tali approbatione est destitutus.*
5 *In paritate votorum fit locus gratificationi, per Ordinarium exercendæ.*
6 *Beneficium possidens, nullum Beneficium habenti postponitur.*
7 *Stante appellatione, per aliquem ex Competitoribus interposita ab irrationabili Judicio Examinatorum, & ab Ordinario admissa, ipse manus ligatas habet, nè uti possit Jure gratificationis.*
8 *Gratificatio Ordinarii est inutilis in iis Beneficiis, quæ non habilibus tantùm, sed dignioribus sunt conferenda.*
9 *Ad hoc ut possessio Beneficii faciat præponderantiam favore alterius Competitoris, nullum Beneficium habentis, necesse est probare, quòd congruam substentationem excedat.*
10 *Neque hæc sola circumstantia est attendenda in concursu plurium aliarum prærogativarum, quibus Beneficium possidens polleat.*

DECISIO IV.

SAnctæ memoriæ Clemens VIII. in Etrusca Sede olim *Nostri Ordinis Auditor*, usque sub *die* 28. *Aprilis* 1596., pro tollendis jurgiis, & assiduis controversiis, inter Episcopum, & Clerum quotidie exardentibus, non obstante medicamine præcedentis Constitutionis mediati ejus Antecessoris *Sixti V.*, prævio *Voto* ejusdem *Sac. Nostri Tribunalis* communicabili cum *Sac. Congregatione Concilii*, de quo coram *Card. Seraphino dec.942.*, novam legem in futurum indixit, in qua certis formis inibi præscriptis, & relatis *per Card. de Luca disc.67. num.1. de Benef.*, idem *Pontifex*, ad audiendas Recurrentium, & Appellantium quæstiones, loco cujuslibet Metropolitani, ipsiusque Nuncii Apostolici Hispaniarum, plenè adscivit, & subrogavit *Sac. Romanæ Rotæ Auditorium*. Quamobrem cum eadem *Rota ab anno 1629.* explicitè præfatam po-

postremam legem interpretando, inconcussè firmaverit, quòd vacantia hæc Beneficia deberent Digniori conferri, sive habenti majores qualitates, & prærogativas, quemadmodum abundè patet ex relatis *in dec.85.ex n.4. num.11.*, & latiùs *in Additionibus ad eandem Decisionem sub num.20. int. meas in Urbe impressas*, in qua aliæ plurimæ *Tribunalis nostri* uniformes recensentur.

Hinc cum in dimidia Portione, tunc vacante in Ecclesia Parochiali *Loci de Foronda*, æquè ab Examinatoribus Synodalibus remansisset approbatus Antonius, & Bernabeus invicem Oppositores, & uterque postmodùm quoque à duobus Canonicis Antiquioribus ejusdem Ecclesiæ in diversum votum abeuntibus præelectus; Ordinarius verò per viam gratificationis censuerit, Antonium fore instituendum; ad *Rotam* appellavit Bernabeus, veluti reputans ad normam præmissæ Legis Clementinæ, sibi magis debitam ex meritorum præcellentia fuisse hujusmodi Portionem, & fausto prorsus successu; cum illi adjudicandum Beneficium reputaverit *Tribunal* usque sub *die 15. Maji 1705. coram clar. me. Card. Caprara*, uti liquet *ex Decisione coram ipso* promulgata.

Ast Causa dein remansit silentio quodammodo obruta, & fermè demortua, donec in locum ejusdem *Card. Capraræ* suffecto *R. P. D. meo Falconerio*, eodemque Bernabeo resurgente, & ejusdem Causæ expeditionem postulante, & illam, inutiliter contradicente Antonio, extitit Bernabeus assecutus sub *die 11. Januarii 1712.* Quare ad iteratam provocationem Antonii, *Mihi* denuò delegata Controversia, & in actu pugnæ, lacessito Antonio, quamvis postea non comparente, præcedentem *Rotalem Sententiam* penitùs *esse confirmandam* Domini non dubitarunt.

Facilè fuit in hanc resolutionem inoffenso pede descendere, quia è conspectu Dignioritatis, & meriti utrinque apparentis, Justitiæ lances incontinenti inclinabant favore Bernabei; Is enim antecellebat Antonium incontrovertibiliter ex pluribus, & Primo, quia Antonius de tempore vacationis numerare poterat tantummodo *an. 22.*, Bernabeus verò ratione ætatis erat longè provectior, utpote constitutus in illa *an.35.*, quæ sicut idonea est ad substentandam etiam Dignitatem, & Officium Episcopale ex determinatione *Sac. Concilii Tridentini sess.7. cap.1.*, & *sess.22. cap.2. de reformat*; ita etiam in sim-
1 plici linea senioritatis causat in hac parte præponderantiam, ex plenè cumulatis *post Text. in cap. Cum in cunctis, versi. ætatis maturitas de election. & Roland. cons.47. num.70. lib.1., per Rocc. de Jurepat. V. honorificum, quæst.15. num.42. Rot. dec.23. num.6. post Tondut. de Pension. dec.61. in princ. part.3. rec. & in Calaguritana quarti Beneficii de Alesaneo 29. Aprilis 1699. dec.85. num.6., inter noviter in Urbe impressas coram Me.*

Secundò pariter, Antonius, inspecto (ut inspici debet) eodem tempore vacationis, existebat simpliciter adscriptus in sortem Domini, sive initiatus prima Tonsura, quando Bernabeus gradualitatem omnium Ecclesiasticorum Ordinum, Sacrorumque supergressus, 2
jamdiù caractere Sacerdotali reperiebatur insignitus; Idque pariformiter tribuere innegabilem præpollentiam in hac ipsa materia ostendunt *post Dec. cons.542. num.13. Guttierez cons. 2. num.22. in fin. Lara de Anniversf. & Capell. lib.2. cap.3. num.17. Rota coram Zarate dec. 18. num.4. d. decis.61. num.1. versic. Item majores Ordines, part.3. decis.62. n.4. & 5. part.12. dec.659. num.2. part.18. tom.2. recen. cum aliis relatis in præcedenti decis. 15. Maji 1705. §. Præsertim quia, cor. bo. me. Caprara.*

Bernabeus elucebat tertio loco suffultus Laurea Doctorali, in famigerata Salamantina Universitate conquisita, absque eo quòd Antonius vestibula hujusmodi Universitatum salutasse appareret, & proindè etiam ex hoc 3
capite anteponendum esse nemo non videt; & sæpiùs in hac specie Beneficiorum Ecclesiæ Calaguritanæ declaravit *Rota dec.61. n.1. vers. Item plures gradus, part.3. dec.62. num.9. part.12. & dec.659. num.2. part.18. tom.2. recen. & in Calaguritana Beneficii, de Auxego 28. Januarii 1688. §. Siquidem, cor. Caccia, & 19. Decembris 1689. §. Validitas, coram Reverendiss. D. meo Molines Decano, & in Calaguritana 4. Beneficii 16. Februarii 1699. §. Inter, coram R. P. D. meo Lancetta, jam relatis in meis Addit. ad supradictam dec.85. sub num.25.*

Quartò, ultra prærogativam ætatis, Sacerdotii, & Doctoratus, Bernabeus supra Antonium in arena practica fuerat sæpiùs approbatus ad Curam animarum, tam per Episcopum, quàm per Visitatorem Generalem, & signanter de tempore proximo Vacationi controversi Beneficii, absque eo quòd similem approbationem etiam assequi potuisset Anto- 4
nius, qui per ætatem erat prorsus incapax cujuscunque Curæ, secundum ea, quæ ponderato hujusmodi requisito in hac colluctatione Dignioritatis, & meritorum, unanimiter asserunt *Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst. 31. num.138. Rota dec.494. num.8. coram Royas decis.62. num.9. part.12., & dec.515. num.11. & dec.584. parit. num.11. part.18. tom.2. recen., & in d. Calaguritana 4. Beneficii 16. Februarii 1699. §. Is autem, coram R. P. D. meo Lancetta*, cum quampluribus Concordantibus, adductis *in meis Addit. ad sæpedictam dec.85. n.35.*

Et equidem, neque etiam quando petiit novam Audientiam Antonius, ausus fuerat hasce præponderantes qualitates Bernabei obtundere, & offuscare, sed duo conabatur opponere; Alterum quòd ipse gratificationem in paritate approbationis Examinatorum, & in paritate Electionis duorum Beneficiatorum, seu Canonicorum, ut supra ab Ordina- 5
rio reportasset, & consequenter, quòd Judicium ejusdem Ordinarii in faciem loci mereretur anteponi, quando etiam Sacri Canones hujusmodi Jus gratificationis Ordinario præstolantur, juxta *Text. in cap. cum authoritate, ubi gloss. V. Judicium, & Doctores omnes, de jurepatr. Innoc. in cap.1. numer.2. eod. titulo. gloss. in cap. si plures, vers. conferri, & versic. sed etiamsi Partes, eod. tit. Decius cons.127. in princ. V. Episcopus, & cons.129. pariter in princ. vers. quia quando. lib.1. Pereg. cons.33. num.28. volum.1. Lamber. de Jurepat. lib.2.*

lib.2. part.3. quæst.5. art.1. Cæsar de Graß. decis.128. de Jurepat. Rot. dec.131. num.15. post Vivian. de Jurepat. dec.7. num.6. coram Ottobon., *& in supradicta mea dec.85. n.9.*

Et alterum, quòd Bernabeus possideret aliud Beneficium in Ecclesia de Zurban, ideoque posthaberi mereretur ipsi Antonio nul-
6 lum possidenti Beneficium, etiam ex his quæ in terminis per *Text. in cap. is cui, de Præben. in 6.* dixit *Rota dec.767. num.1. coram Seraphin. dec.118. num.6. coram Amato Dunozett. dec.584. num.5., & dec.784. num.11. part.18. tom.2. recent.*

Verùm ad supprimendum pondus, sive præponderantiam eorundem meritorum Bernabei, palam, & in aperto, & ex confessis etiam effulgentium, visum est nullam ex eisdem oppositionibus posse, & maximè in conflictu, in aliqua haberi consideratione; Quatenus enim pertinebat ad gratificationem, utique nequaquam de ea poterat haberi animadversio, quia, cum Bernabeus, existimans profectò sibi extitisse gravamen illatum ab Examinatoribus Generalibus, appellasset, quando pari gradu habiles ad simplicia Beneficia declararunt tam ipsum Bernabeum, quàm Antonium, ex quo ille toties fuerat approbatus ad Curam animarum, atque hæc appellatio jam remansisset per Ordinarium admissa, certè Ordinarius nequibat ampliùs apponere manus in facienda prędicta gratificatione citra manifestum vitium Attentatorum, quæ etiam *Sacra Rota* canonizaverat ad partes sub eadem *die 15. Maji 1705. coram prædicto clar. me. Card. Caprara*, ita ut coactus positivè fue-
7 rit Antonius eisdem Attentatis renunciare, undè non posse in his terminis appellationem ullum fomentum præbere Gratificato, optimè dixit *Rot. coram Peutinger. dec.48. num.3. cor. Carillo dec.204. num.1. coram Ottobono dec.66. num.3. & dec.86. num.6., & in part.2. divers. dec.6. num.1. in rec. dec.488. num.3. part.3. decis.62. num.16. part.12., & dec.283. num.6. & 7. part.16.*, & firmavit prima *Decisio hujus Causæ cor. Card. Caprara. §. Non obstat.*

Eoque fortiùs quia, nec etiam pręcisivè ab his Attentatis, quidquam operatur talis gratificatio Ordinarii; solùm enim illa operatur in aliis Collationibus Beneficiorum, in quibus sufficit habilitas illius, qui gratificationem obtinuit in paritate, E. G. prękentationum, seu vocum; Secus autem est in Beneficiis hujus Diœcesis, quæ habent legem Cle-
8 mentinæ Sanctionis, demandantis Digrioritatem in eligendo, & non benevolam Ordinarii gratificationem, sicuti pleniùs deductum, & animadversum fuit in *dec.84. num.11. cor. Peutinger. dec.284. num.12. cor. Bich. dec.494. num.3. cor. Royas, & in rec. dec.62. n.22. part.12., & dec.329. num.6. part.14.*, & in aliis pluribus adductis in sępius allegata *mea Decisione 85. num.11. & 12.*

In ordine tandem ad Beneficium, quo potiebatur Bernabeus, multiplex erat responsio; in primis quia etiam simile simplex Beneficium retinebat Antonius in loco de Ubidea, nec non Ecclesiam Parochialem in eodem Oppido, juxta Attestationes per eundem Antonium exhibitas *Summ. num.15.*, & nihilominus, nisi constet, quòd Beneficium possessum à Bernabeo congruam substentationem 9
excedat, perindè est, ac si nullum Beneficium Bernabeus habuisset, ut pręter adductos in præcedenti *Decisione Card. Capraræ 15. Maji 1705. §. Minus relevat*, plena manu sub hac distinctione habetur in *Additionibus ad eandem meam Decisionem 85. n.38.*

Postremò etiam adjungebatur, quòd licèt in omnem casum præcedens detentio alicujus Beneficii reddere posset minùs indigentem illum, qui illud possidet, adhuc tamen circumstantia hæc ex se sola non tanti æqui- 10
valet, ut possit ullo modo superare cætera, longè ut supra exuberantia merita, & prærogativas, ut optimè non minùs in prædictis terminis horum Beneficiorum observavit *Rota dec.262. num.6. & 7. cor. Ottobono. decis.169. num.9. coram Celso. dec.535. num.7. cor. Cerro. dec.489. num.22. coram Bich., & in rec. decis.337. num.5. part.4. & decis.240. num.6., & 7. part.12.*

Et ita concorditer resolutum fuit, etsi Bernabeo solum informante, & Antonio non comparente.

R. P. D. ALTHANN.

Compostellana Beneficii.

Lunæ 15. Martii 1717.

ARGUMENTUM.

Reservatio Apostolica, vigore *Reg.8.*, *hodie 9.* Cancellariæ, non intrat ex eo, quòd Beneficium annexum sit Bonis Commendæ alicujus Ordinis Militaris; cum detur possibilitas, quòd Juspatronatus reservatum fuerit sub ea conditione, quòd Collatio ad Patronos semper pertineat: accedente præsertim, pro exclusione Reservationum, centenaria observantia.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ non sunt exequendæ, si veritati non nitantur.*
2 *Judicium super Executione Literarum Apostolicarum dicitur merum possessorium.*
3 *In hoc Judicio, suspensa Petitorii discussione, attenditur solùm quasi possessio, & ultimus status.*
4 *Qualis probatio Reservationis necessaria sit, ad evertendum ultimum statum, militantem contra Provisum Apostolicum*, & num.5. & 6.
7 *Qualitas Ecclesiastica, unicè desumpta ab annexione, quam habet Juspatronatus Bonis, ad aliquam Commendam, seu Prioratum pertinentibus, non sufficit in prædicto Judicio ad inducendam reservationem, & quare.*
8 *Laicis permissum est Juspatronatus in Fundatione reservare, etiam sub lege, exclusiva Reservationum Apostolicarum.*
9 *Pro determinanda qualitate Beneficii, ob deficientiam Fundationis, recurri debet ad observantiam.*

10 *Sen-*

10 *Sententia, in judicatum transacta, impugnari nequit, nisi priùs obtenta Commissione Restitutionis in integrum.*

11 *Consuetudine circa statum Beneficii probata, si de antecedenti statu contrario non constet, intrat præsumptio, quòd sic pariter anteactis temporibus fuerit observatum.*

12 *Res judicata de sui natura titulum fortiorem præsefert centenaria, & immemorabili.*

13 *Quoties duo Beneficia ex eodem fonte proveniunt, & sunt ejusdem naturæ, observantia respectu unius suffragatur etiam pro altero.*

14 *Præsentationes, per spatium centum annorum factæ etiam in mensibus Apostolicis, ostendunt, Beneficium non esse Reservationibus obnoxium.*

15 *Centenaria dicitur completa, etiamsi aliquot anni deficiant.*

16 *Multò magis excluduntur Reservationes Apostolicæ, si prædictæ observantiæ centenariæ affirmativæ jungatur quoque similis observantia negativa, & quare.*

17 *Impetratores Beneficiorum, dicuntur odiosi.*

18 *Impetratores ex capite Reservationis ut repellantur, satis est quòd ea reddatur turbida.*

DECISIO V.

Diuturna sua quasi possessione freti Emphytheutæ, seu possessores pro tempore nonnullorum Bonorum in Vico de Bean sitorum, aliàs jure directi dominii spectantium ad Prioratum Portus Marini, Sacræ & inclytæ Religionis S. Joannis Hierosolymitani, vigore concessionis in emphytheusim ad vitam trium Serenissimorum Regum Hispaniarum, per eos juxta solitum reportatæ ab hujusce Prioratus, seu Commendæ, tunc Præceptore, præsentandi nimirum in qualibet vacatione, tam ad Ecclesiam Parochialem ejusdem loci de Bean, quàm ad simplex Beneficium in ipsamet Ecclesia existens, ratione annexionis, quam utrumque habere reperiebatur iisdem Bonis emphytheuticis; licèt ipsi anno 1708. præsentassent ad prædictum simplex Beneficium, illo tempore vacatum per obitum Bernardi Gil, ad eorum præsentationem similiter instituti, Ferdinandum Pedreira, & is etiam institutionem, una cum illius possessione assecutus fuerit: attamen pervento post aliquot annos eodem Beneficio in Joannem Antonium Salazar, ex permutatione inter ipsum, & præfatum Ferdinandum solemniter inita, illius possessio, alioquin pacificè obtenta, adeo exagitata remansit à Benedicto Carvajalis, ut iste confisus Pontificia Collatione, per eum usque anno 1709. reportata de ipsomet Beneficio, veluti vacato per mortem prædicti Bernardi in Mense Octobris, Sedi Apostolicæ reservato; executionem illam Literarum Apostolicarum, quam in Partibus obtinere nequivit, in nostro Sacro Tribunali prosperè consecutus fuit, contumacialem reportando Decisionem, editam sub 29. Aprilis anni proximè præteriti *coram Reverendissimo D. Meo Ansaldo Decano*, una cum favorabili Sententia, in illius sequelam per eundem promulgata: sed commissa mihi in gradu Appellationis, à supradicto Joanne Antonio Salazar interpositæ, ulteriori Causæ discussione, eoque etiam jura sua deducente, consultis hodie Dominis meis sub congruo dubio — *an sit procedendum ad legitimam* — ipsi negativè respondere non hæsitarunt.

Emergebat namque hujusmodi resolutionis ratio ex illa, non minùs æqua, quàm per lucida Juris dispositione, juxta quam cum præfinitum extet, tunc Apostolicas Literas esse exequendas, quoties illæ veritati nituntur, quemadmodum monet *Alexander Tertius in cap.2. de rescriptis;* executioni utique demandari nullo modo poterant Literæ, de quibus agitur, ex quo apertè demonstrabatur, nequaquam subsistere præcipuum illud Apostolicæ Gratiæ fundamentum, Ecclesiastica nempè innixum qualitate ejusdem Jurispatronatus, per Benedictum Summo Pontifici expolita, qua mediante, tale Beneficium, uti Apostolicis Reservationibus obnoxium, unicè assecutus fuit; eo ipso, quòd pro illius qualitate laicali, ac Apostolicarum Reservationem exclusione, militabat ultimus status anni 1680., ex institutione prædicti Bernardi Gil efformatus, ex Sententia quoque Ordinarii tunc comprobatus, una cum literali expressione, quòd illud esset de præsentatione laica, quòdque etiam possessores eorundem Bonorum extarent in quasi possessione præsentandi *tutte le volte, che succede vacare*, juxta formam expressam in præcedenti statu anni 1670., ubi eadem quasi possessio præsentandi in Mensibus reservatis per aliam Sententiam Ordinarii similiter canonizata apparet, ut in *Summ. Antonii num.6. & 7.*, in his enim terminis haud dubium esse valet, quòd in hujusmodi mero Judicio possessorio, quale dicitur illud super executione Literarum Apostolicarum, ut aliàs censuit *Rot. in decis.115. num.19. cor. Priolo: in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701. §. Cum enim coram Eminentissimo Scotto, & 5. Maji 1702. §. Ratio resolutionis, coram Eminentissimo Priolo, in Pennen. Beneficii super executione Literarum Apostolicarum 17. Martii 1710. §. Ex hoc autem, coram R. P. D. Aldovrando, & in Bononien. Beneficiorum de Castello super executione Literarum Apostolicarum 12. Decembris 1712. §. De justificatione, cum seqq., coram R. P. D. meo Crispo;* opus non sit, pro sustinenda Collatione Ordinarii, de consensu Patronorum facta, adversus Provisum Apostolicum, pergere ad discussionem petitorii; sed tantummodo attendi debet quasi possessio, ac ultimus status, ad effectum excludendi assertam Reservationem, juxta celebre *Calderin. cons.28. de Præbend. vers. & Status præsens*, communiter receptum, ut tradunt *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.34. Simon. de Reservat. quæst.70. Rot. cor. Gregor. decis.77. num.9. 12. coram Penia dec.802. num.18. cor. Arguell. dec.110. num.28. coram Reverendissimo D. meo Ansaldo dec.9. num.33. in rec. decis.154. num.3. part.1. dec.472. n.67. part.19. tom.2. in Placentina Jurispatronatus 20. Junii 1701.*

Right margin numbers: 1 (beside "quemadmodum monet Alexander Tertius"), 2 (beside "dicitur illud super executione Literarum"), 3 (beside "sed tantummodo attendi debet quasi posses-").

1701. §. *Urget.*, & §. *final. cor. Eminentissimo della Tremoille.*

Minimè urgente responsione, quòd idem ultimus status refragari nequear, ubi, prout hic, intrat Reservatio Apostolica vigore *Re-*
4 *gulæ* 8. *hodie* 9. Cancelleriæ, eo quia agatur de Jurepatronatus, quod clarè ostenditur esse Ecclesiasticum, uti annexum Bonis jure directi dominii pertinentibus ad Prioratum, seu Commendam Portus Marini Hierosolymitanæ Religionis, licèt illorum utile dominium attineat ad Laicos, ut dixit *Rota decis.298.num.9.*, & *dec.329. num.23. part.9. rec.* Quoniam objectio isthæc verè procederet, quoties adversus prædictum ultimum statum prætensa qualitas Ecclesiastica controversi Beneficii, ejusque Reservatio detegeretur ita conspicua, ut posita non esset in discrimen,
5 vel erueretur, seu probata extaret ex illo triplici probationum genere, deducto ex re judicata, seu publico Fundationis Instrumento, vel ex partis confessione, prout communiter tradunt Doctores & omnium antesignanus *Panormit. in cap. Consultationibus*, *num.9. vers. quod ego intelligerem*, *de Jurepatronat. Rot. in dicta Bononien. Beneficiorum de Castello* 12. *Decembris* 1712. §. *Absque eo quod*, *cor. R. P. D. meo Crispo : in Firmana Beneficiorum* 11. *Januarii* 1715. §. *Neque dicatur*, *cor. R. P. D. meo Lancetta : in Casertana Beneficii* 15. *Junii* 1716. §. *Cæterum*, *coram Me ;* cum eo casu talis Reservatio non solum diceretur de per se clara, uti promanans ex incontrovertibili illius qualitate Ecclesiastica, sed etiam locum sibi vindicare valeret in ever-
6 sionem ejusdem ultimi status, ac etiam cujuscunque contrariæ observantiæ, seu præscriptionis, quatenus adesset, ex decreto irritanti in eadem Regula mensium reservatoria adjecto, aliisque rationibus, adductis per *Gonzalez ad Regul.8. Cancelleriæ glos.67. num.39.*, & *seqq.* & *Rot. in Cracovien. Cantoriæ* 11. *Martii* 1701. §. *Hinc non obstante*, *cor. clar. memor. Card. Caprara* in oppositum allegata, juxta distinctionem, de qua eadem *Rota in Augustana Summæ Custodiæ super secundis Literis* 21. *Junii* 1715. §. *Non subsistente*, *coram R. P. D. Falconerio.*

Secus verò dijudicandum est, quando, prout in præsenti, Ecclesiastica qualitas sæpèdicti Jurispatronatus, illiusque Reservatio non convincitur ex supradictis validis probationibus, sed desumi contenditur ex mera dumtaxat juris præsumptione, unicè proveniente ab annexione, quam illud habet Bonis de directo dominio prædicti Prioratus Portus Marini. Nam in hypothesi hujusmodi assumptum ex sola præsumptione emergens, ut in jure fallax, & æquivocum, ob possibilitatem in con-
7 trarium, quòd tale Juspatronatus, licet annexum prædictis Bonis, possessis per Ecclesiam, adhuc sit laicale; & sic non subjectum Reservationibus Apostolicis, planam constituere nequit probationem ejusdem Reservationis, ad effectum, ut in hoc possessorio judicio attendendus non sit ultimus status, ita legitimè efformatus; & ratio est evidens, quia cum istæ Commendæ in Ordinibus Militaribus ut plurimum proveniant ex fundatione particularium, & laicorum, assignantium propria bona patrimonialia in dotem Commendæ, reservato Jurepatronatus sub legibus sibi benevisis, non repugnat equidem potuisse ipsos in illius Fundatione, tam expressè, quàm tacitè, & virtualiter excludere Reservationes Apostolicas, apponendo legem, quòd quocunque tempore vacaret Beneficium, semper illius collatio fieret ad presentationem Possessoris Commendæ, ejusque Bonorum, prout 8
eis permissum esse sæpiùs respondere non hæsitavit *Rot. Rom.* & signanter *in dec.274. numer.17.* & *in Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *Constabilita*, *cum seqq.*, *cor. Eminentissimo Scotto*, & 16. *Januarii* 1702. §. *Evidentiùs*, *cor. Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano*, & 27. *Junii* 1703. *per totam*, *coram Reverendissimo Molines*, *in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Responsum*, *cor. eodem*, *in Tarraconen. Beneficii* 17. *Aprilis* 1712. §. *Constituit*, *cum seqq. cor. R. P. D. meo Lancetta*, *in Gerunden. Eleemosinæ Panis*, *quoad jus nominandi*, *super reservatis* 26. *Junii* 1713. §. *Ex triplici*, *cum seqq. cor. Eminentiss. Scotto*, & *in Monasterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Quod autem*, *cor. Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano.*

Idque eo certius evadebat in hac facti specie ex animadversione illa, quòd tametsi res perpendenda foret in Judicio petitorio, adhuc eædem Literæ Apostolicæ nequaquam exequendæ essent; quia si ob deficientiam Fundationis, illiusque plenæ probationis, ut supra dictum est, dari minimè valet certa sedes qualitati ejusdem Beneficii, nullam aliam utique tutiorem viam superesse ostenditur, quàm illam revertendi ad observantiam, veluti in locum Instrumenti Fundationis succe- 9
dentem, ut ex ea dignosci queat qualitas præfati Jurispatronatus, cum talis præsumatur Fundationis lex, qualem subsecuta, ac diuturna observantia demonstravit, ut in puncto respondit *Rot. cor. Penia dec.691. numer.7. in Florentina Canonicatus* 8. *Maji* 1705. §. *Etenim*, & 12. *Martii* 1706. §. *Et quamvis*, *cor. R. P. D. meo Lancetta : in Majoricen. Beneficii* 9. *Martii* 1711. §. *final. cor. bon. mem. Caffarello*, & *Salernitana Alimentorum* 20. *Junii* 1702. §. *Neque adversari*, *coram Eminentiss. Scotto*, & generaliter tradunt *De Luc. de Jurepatr. disc.60. num.9. Tondut. Quæst. Benefic. part.3. cap.157. num.42. Modern. Rom. discept.28. sub num.* 5., & *discept.13. n.43.* egregiè *Modernus Asculanus dec. Florent.45. num.10. Rot. cor. Priolo dec.40. num.4. in Firmana Jurispatronatus* 21. *Aprilis* 1714. *cor. bon. mem. Muto*, impressa penes eundem *Modernum Asculanum dec. Florent.45.* §.1. *num.4. aliique relatæ in dicta Lauretana Beneficii* 15. *Junii* 1716. §. *Adeout*, *cor. Me.*

Porrò hæc undique militare videbatur adversus Ecclesiasticam qualitatem, assertamque Reservationem; constabat enim plures extare status, eandem longævam observantiam convincentes. Et revera ordine inverso procedendo, ultra prædictum ultimum statum pro qualitate Laicali, à Sententia Ordinarii in contradictorio Judicio canonizatum, & præcedentem statum anni 1670., in quo ema-

na-

navit alla Ordinarii Sententia, pariter confirmans eandem qualitatem laicalem, ac institutionem decernens Præsentato per Patronos, non obstante vacatione Beneficii in mense Januarii, reservato Sedi Apostolicæ supra recensito in §. *Emergebat*; nedum validè qualificatus pro ea comprobanda existebat ille status anni 1659., in quo vacato tali Beneficio de mense Aprilis, similiter reservato, licèt in prima instantia Ordinarius Compostelianus pronunciasset per Sententiam, hoc idem Beneficium esse Ecclesiasticum, ac Sedi Apostolicæ reservatum: attamen in gradu Appellationis formiter examinatis pluribus Testibus, Nunciatura Apostolica, seu ejus Delegatus, anno 1663. eandem Ordinarii Sententiam revocavit, expresiè declarando, hujusmodi Beneficium non esse Ecclesiasticum, neque obnoxium Reservationibus Apostolicis; ac insuper manutentionem concedendo iisdem Possessoribus Bonorum, ut in quasi possessione præsentandi existentibus, *tutte le volte, che è successo vacare in tutti i tempi, e mesi dell' anno &c.*, cum talis sententia, uti prævio formali Testium examine emanata in hac expressa quæstione ejusdem Beneficii status, & effectum sortita, atque etiam in Judicatum transacta, neque in possessorio, minusque in
10 petitorio impugnari queat, nisi obtenta Commissione Restitutionis in integrum, ut monet *Cardinal. de Luc. de Jurepatronat. disc.22. n.7. Rot. cor. Zarat. decis.2. num.9. & 11. & 16. in Compostellana Parochialis 8. Junii 1696. §. Justificatio, cor. Reverendiss. Molines, & 28. Novembris ejusdem anni §. Quod autem, cor. Eminentissimo Priolo, in Pennen. Beneficii super pertinentia 17. Martii 1710. §. Sed hic non sistit, cum seqq. coram R. P. D. Aldovrando*, aliisque congestis *in d. Lauretana Beneficii 15. Junii 1716. §. Eoque firmiùs, cor. Me*.

Verùm etiam gemini superaccedebant anteriores status, annorum scilicet 1649., & 1617. ubi itidem pronunciatum apparet, Beneficium esse de præsentatione laica, & Patronos existere in quasi possessione præsentandi in quocunque casu vacationis; qui sanè status, etiamsi non contineant tempus, quo vacasset Beneficium; an scilicet in mense reservato, vel Ordinario; validè tamen eandem observantiam concludunt, dum satis est, quòd id declaratum legatur in prædicta re Judicata anni 1663., & quidem pro fundamento ejusdem rei judicatæ, prædictos nempè Possessores permansisse in quasi possessione præsentandi *in tutti i tempi, e mesi dell' anno*, ea ratione, quòd secus hoc comprobari nequisset, quoties verè antecedentes status non essent
11 illi conformes, prout aliàs etiam de Jure præsumitur, nisi plenè, & concludenter contrarium ostendatur, ut inquit *Rota in dec.57. num.9. part.6. decis.68. num.19. & seq. part.8. dec.244. num.19. part.16. dec.560. n.22. part.19. recen. in Brixien. Jurisdictionis 27. Junii 1710. §. Et quidem, coram Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen., in Salisburgen. Vicariæ 31. Januarii 1714. §. Nec in aliqua, cor. R. P. D. meo Falconerio, & 4. Februarii 1715. §. Absque eo quòd, cor. R. P. D. meo Crispo*.

Quapropter cum ex tot statibus ita viriliter firmatis à depositione Testium, Sententiis Ordinarii pro tempore, & maximè etiam ex re judicata, de sui natura titulum fortiorem ipsamet centenaria, & immemorabili præseferente, ut dixit *Rot. in Burgen. Juris Visitandi de Bribesca 22. Junii 1714. §. final. coram R. P. D. meo Cerro: 17. Junii ejusdem anni pariter §. final. cor. Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano*, apertè probata remanet eadem observantia, & quidem centenaria, non obstante, quòd aliqui ex dictis statibus respiciant Beneficium Curatum, non autem illud simplex, de quo agitur, ex illa ratione, quòd cum utrumque proveniat ab eodem fonte, & sit ejusdem naturæ, utpote utrumque annexum iisdem Bonis Emphytheuticis, observantia respectu unius suffragari debet pro altero, ex animadversis per *Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.10. n.20. Posth. de Manut. observat.73. num.148. Modern. Rom. Discept. Ecclesiastic.28. num.9. Adden. ad Gregor. dec.557. num.8. Rot. coram Emerix Jun. dec.820. num.7. in Majoricen. Beneficii 11. Maji 1705. §. final. coram bon. mem. Muto*, impressa apud *Moder. Asculan. dec. Florent. 33. §.2. num.38., in Melevitana Jurispatronatus 13. Januarii 1708. §. Neque obstat, coram bon. mem. Omaña, & in Cremonen. Beneficii 4. Februarii 1715. §. Et ubi etiam, coram R. P. D. Cerro*: in necessarium consequens proinde emergit, quòd hujusmodi centenaria observantia omnino attendenda sit, ad effectum probandi, non minus in Judicio possessorio, quàm in petitorio, controversum Beneficium subjectum non esse prædictis Reservationibus, ut optimè probant *Modern. Roman. disceptat. Ecclesiastic.27. n.21. Adden. ad Gregor. dec.184. num.8. & Rot. dec. 608. num.6. part.2. recent. & in Augustana Summa Custodiæ super secundis Literis 21. Junii 1715. §. Non subsistente, coram R. P. D. meo Falconerio*, cum centenaria dicatur completa, etiam si deficiant aliquot anni; prout firmant *Card. de Luc. de Jurepatronat. disc.57. num.33. Balduc. ad Ramon. in Observat. ad cons.24. n.53. Modern. Roman. discept. Eccles.23. n.4*.

Hæc autem omnia eo faciliùs procedere visa sunt in præsenti hypothesi, non solum quia eidem observantiæ affirmativæ, præsentandi nimirum, & obtinendi institutionem, etiam in mensibus reservatis, simul quoque juncta apparet observantia centenaria, & ferè immemorabilis negativa, juxta quam ostenditur, nullo unquam casu, seu vacatione in mense reservato Sedem Apostolicam apposuisse manus super collatione talis Beneficii, ex capite reservationis, quando aliàs, si verè illud fuisset Ecclesiasticum, & non obstitisset lex Fundationis, inverisimile prorsus redditur, quòd non adducerentur Provisiones Apostolicæ, & quidem plures, cum intra spatium centum annorum, & ultra, evenisse censeantur vacationes in Mensibus reservatis, ex præsumptione inducta per eandem centenariam, præsupponendi videlicet omnes contigisse casus possibiles, easdem vacationes comprobantes, ex ponderatis *per Rotam in dec.661. num.15. part.19. recent., in d. Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. § final. coram Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano, in d. Tarraconen. Beneficii* 11. Apri-

11. *Aprilis* 1712. §. *Cæterùm*, *coram R. P. D. meo Lancetta*, *in d. Gerunden. Eleamosynæ Panis*, *super reservatis* 26. *Junii* 1713. §. *Et demum*, *coram Eminentissimo Scotto*, *& d. Monasterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Prædictum*, *coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano*, & optimè *in d. Augustana Summæ Custodiæ*, *super secundis Literis* 21. *Junii* 1715. §. *Altera*, *cor. R.P.D. meo Falconerio*, sed etiam quia in hujusmodi Apostolicis Gratiis, alioquin impetratis ad irritas faciendas Collationes Beneficiorum, emissas ab Ordinariis ad præsentationem Patronorum, suaque etiam pacifica possessione spoliandos eorundem Or-
17 dinariorum Provisos, tanquam odiosos, ut inquit *Lotter. de Re Benefic. quæst.*44. *num.*2., *& per tot.*, semper rigidè expendendæ sunt probationes, ad illas justificandas per Impetratores adductę, & præcipuè in ista, de qua agitur, respiciente quæstionem, an intret Reservatio propter qualitatem Ecclesiasticam, vel Laicalem Jurispatronatus, adeout ubicunque per Impetratorem non probatur, ut in casu, asserta Reservatio liquidis undique
18 ac validis probationibus, prout requiritur, satis est, quòd ea reddatur turbida, ad effectum, ut ille repellendus sit, suæque Provisionis executio impediatur, quemadmodum advertunt *Hostiens. in cap. cum in multis*, *num.*4. *versic. providè de rescrip. in* 6. *& idem Lotter. de Re Benefic. lib.*2. *quæst.*45. *num.*42. & in his expressis terminis respondit *Rot. dec.*44. *n.*23. *coram Duran. dec.*769. *num.*3. *versic. quæ omnia. in rec. dec.*327. *num.*2. *part.*15. *in Parmen. Beneficii cor. Eminentiss. Scotto apud Modern. Rom. Discept. Ecclesiastic.*25. *n.*40. *& discep.*27. *n.*63. *& seqq. in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Præmisso enim*, *coram R. P. D. meo Lancetta*, *in d. Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Constito*, *coram Eodem:* optimè *in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *Ex quibus coram R. P. D. Aldovrando : in Augustana Canonicatus super Literis Ludovici.* 6. *Martii* 1713. §. *Pluribus*, *coram R. P. D. meo Crispo : in d. Augustana Summæ Custodiæ super secundis Literis* 21. *Junii* 1715. §. *Moti*, *&* 15. *Martii* 1716. §. *Firmum namque*, *&* §. *final. coram R. P. D. meo Falconerio*.

Et ita &c.

R. P. D. MUTO.

Chelmen. Decanatus Zamoscen.

Lunæ 11. *Decembris* 1702.

ARGUMENTUM.

Beneficium debetur habenti qualitates, à Fundatore requisitas, non attenta observantia, contraria literali dispositioni. Dissolvuntur etiam alia argumenta, adversus Provisum Apostolicum adducta.

SUMMARIUM.

1 *Lex*, *& dispositio*, *etiam per verba affirmativa concepta*, *excludit omnes alias personas*, *& casus*, *de quibus non loquitur*, *& nullitatem inducit*.

2 *Observantia*, *ad hoc ut operetur*, *debet esse certa*, *& concludens*, *non turbida*, *& æquivoca*.

3 *In destructionem dispositionis claræ*, *& literalis non attenditur*.

4 *In materia Beneficiali*, *& in Judicio præsertim executionis Literarum Apostolicarum*, *ultimus status est attendendus*.

5 *Quæ requirantur*, *ut status ultimus absorbeatur à præcedenti*, *& bono Jure in petitorio*.

6 *Aliquo modo qualificatus*, *in concursu alterius nullo modo qualificati*, *est præferendus*.

7 *In Provisione Apostolica attenditur causa*, *ob quam principaliter obtenta fuit*, *licèt in eadem Supplicatione aliæ superadditæ fuerint*.

8 *Personæ*, *à lege præsentatæ*, *possunt à quocunque Institutionem petere*, *& signanter à Summo Pontifice*.

DECISIO VI.

Decisum fuit *coram Me sub die* 26. *Junii* præteriti non intrare arbitrium pro retardatione Literarum Apostolicarum Laurentii Sikorski, qui Decanatum primam Dignitatem in Collegiata Ecclesia Oppidi, & Universitatis Zamoscen. sibi à Summo Pontifice conferri obtinuit: sed concessa adversus dictam Decisionem per Dominos nova Audientia, cum super illius viribus hodie fuerit denuò assumpta disputatio, in decisis persistendum esse DD. responderunt.

Literarum enim Apostolicarum justificatio clara iterum apparuit ob incontroversam Decanatus vacationem, valorem illius, & qualitatem Clerici, Canonici, Doctoris, & Academici in Laurentio Proviso Apostolico, qua Academici qualitate cum careat Episcopus Gratianopolitanus, ab Anna Zamoscha præsentatus, illi, non huic institutio debita est. Non obstante, quòd Joannes Zamoschi Fundator ad Dignitates, Canonicatus, & alia Beneficia non solùm vocaverit Academicos, absque ulla limitatione, sed omnes, & quoscunque Sacerdotes de sua Ditione, & dominio temporali Oppidi Zamoscen.; Quia ultra quòd vocatio ejusmodi Sacerdotum in præjudicium Academicorum non legitur in Fundatione, nec Episcopus Gratianopolitanus justificat, se esse de dicta Ditione; Urget responsio, quòd cum in dispositiva Fundationis Dignitatum, & Canonicatuum legantur verba -- *Eligendi erunt ad ejusmodi Sacerdotia Collegiatæ Ecclesiæ ex Academicis docti*, *& boni Viri* --, Ista cum oculariter restringant Electionem ad Academicos, extendi non possunt ad alios Sacerdotes, dictam qualitatem non habentes, etiamsi Fundator ulteriùs non processerit, adiiciendo favore Academicorum clausulam taxativam, & annullativam, quia lex, & dispositio, etiam per verba affirmativa concepta, excludit omnes alias personas, & casus, de quibus non loquitur, & nullitatem inducit, quamvis 1
ulteriùs Legislator, & Disponens non processerit, quando requiritur qualitas in ipso actu, & concurrit causa perpetua. *Desiderius Guido cons.*

consf.14. num.8. & 9. Marescott. Var. Resol. cap. 29. num.5. & seqq. lib.2.

Responsione non attenta, quòd sufficiat verba Fundationis esse aliquo modo dubia, ad hoc ut interpretationem recipere debeant à subsecuta observantia, juxta quam ad Prælaturas, & Canonicatus Ecclesiæ, de qua agitur, fuerunt etiam præsentatæ personæ, quæ non erant de Academia: Objectum enim in facto non subsistit, & in jure non resistit. Et sanè in facto non subsistit, quia talis observantia non probatur ex Attestatione facta lite pendente ab Episcopo Chelmen., cujus interest substinere propriam institutionem in personam Episcopi Gratianopolitani sui Suffraganei: Maximè quia dicta Attestatio est dubia, & æquivoca, dum admissio personæ non habentis qualitatem Academici ad Decanatum unica vice secuta, evenit forsan in prędicta præsentatione à Fundatore facta de tempore, quo nondum aderat aliquis Academicus; Aliæ verò similes admissiones per paucas vices factæ ad Canonicatus, cum succedere potuerint in illis Canonicatibus, qui fundati non fuerunt à Joanne Zamoschi, diversam naturam ab istis habentibus, quorum plures probantur existere in Collegiata Ecclesia, de qua agitur, nihil operantur pro inducenda observantia, quæ requiritur, ut sit certa, & concludens, nec sufficit turbida, & æquivoca. *Giovagn. respons.37. num.38. lib.1. Rota divers. dec.37. num.36. & dec.294. n.6. part.2., in recen. dec.120. num.2. part.2., decis.326. num.5. part.5., dec.433. n.35. part.9. Millin. dec.103. num.4. Duran. dec.36. n.48. Carill. dec.162. num.5. Buratt. dec.464. numer.6. & post Contrium discept. dec.13. in fine, & dec.23. num.12. in fine.*

2

Non resistit autem in Jure, quia verba in parte Fundationis dispositiva, unicè pro arguenda mente Fundatoris attendenda, sunt clara, & literalia, nullamque interpretationem patiuntur, & propterea subsequens observantia contraria, & destructiva potiùs Fundationis non attenditur. *Seraphin. Massin. de Confiscat. Bonorum quæst.16. num.74., & quæst.35. num.83., Gratian. discept.560. n.15. & seqq. Larrea allegat.10. num.21., & allegat.92. num.8. & seqq. Carena resolut.68. numer.8. & resolut.80. num.19. Contr. discept.86. num.2. & 3. Rota coram Martin. Andræa dec.92. num.3. Seraphin. dec.1188. num.7. Coccin. decis.203. n.15. & dec.2305. n.108. Gregor. decis.184. num.5., & in recen. dec.319. n.2. 4. & 14. part.6. dec.244. num.46. part.8., & decis.389. num.15. part.9.*

3

Fortiùs in præsenti Judicio executionis Literarum Apostolicarum, in quo cum concurrat ultimus status favore Academicorum, immo & omnes antecedentes, cum Academici semper fuerint præsentati ad Decanatum controversum, excepto uno, qui verisimiliter prima vice à Fundatore præsentatus fuit; Iste ultimus status in hac materia, & in præsenti Judicio unicè attendi debet, rejecta ulteriori cognitione ad petitorium, & pro vacationibus in futurum contingentibus, ut per *Textum in cap. consultationibus, de Jurepatronat.*, tradunt *Seraphinus Massinis de Confiscat. Bonorum quæst.37. num.29.*, ubi quòd hoc sufficit pro justificatione Gratiæ Apostolicæ, *numer.65. & 71. Desiderius Guido inter decisiones Venetas Trivisani dec.54. num.3. & seqq. lib.2. Rota in Asculana Beneficiorum Sanctæ Mariæ, & SS. Philippi, & Georgii 24. Januarii 1680. §. fin. cor. bon. mem. Rondinino*, ubi pariter de executione Literarum Apostolicarum: *in Asculana Beneficii, seu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Obstitit, coram R.P.D. meo Ansaldo*, aliique relati in præterita mea *Decisione §. Eoquè minùs*, quibus addo *Rotam in Aretina Beneficii 21. Januarii 1701. in principio cor. R. P. D. meo Ansaldo*. Et in terminis justificationis Gratiæ Apostolicæ *Rot. in Asculana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnem, cor. bon. mem. Benincasa*.

4

Non obstante contraria observantia præcedenti; quia ad hoc ut status ultimus absorbeatur à præcedenti, & bono Jure in petitorio, oportet istud esse undique clarum, & 5
probatum mediante re judicata, confessione Partis, vel Instrumento Fundationis, quod nullam patiatur exceptionem, ut prosequitur *Seraphinus Massinus de Confiscat. Bonorum quæst.37. num.30., & 72. Desiderius Guido inter decisiones Venetas Trivisani dec.54. num.3. & seqq. lib.2. Rota in Asculana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnem, cor. b. m. Benincasa, & in Asculana Beneficii, seu Abbatiæ 8. Marti 1700. §. Consideratus, cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Minùs obstat, quòd Fundator ad Parochiales vocaverit Vicarios; Undè cum Decanatus habeat annexam Curam animarum, ad illam admitti non possit Laurentius Sikorski, deficiente eidem qualitate Vicarii: Tum quia Fundator in ea parte, in qua vocat Vicarios ad Parochiales, non loquitur de Decanatu, aliisque Dignitatibus, & Beneficiis existentibus in Ecclesia Collegiata Zamoscen., licèt annexam habeant Curam animarum, sed de aliis Parochialibus, extra dictam Ecclesiam existentibus, quarum plures adesse de Jurepatronatus Principum Zamoscen. resultat ex Attestatione Episcopi: Tum etiam quia cum alter Provisus de dicto Decanatu non sit Vicarius, neque Academicus, non potest iste concurrere cum Laurentio habente qualitatem Academicam, quæ est principalis conditio à Fundatore volita, cum aliquo modo qualificatus, in concursu alterius nullo modo 6
qualificati, sit præferendus. *Rota in Melphyten. Capellaniæ 17. Junii 1699. §. Nulla siquidem, cor. Me, & in Mediolanen. Capellaniæ 9. Maji 1701. §. Sicuti, coram R. P. D. meo Priolo*.

Et demum non relevat, quòd Laurentius Sikorski obtinuerit controversum Canonicatum, tanquam devolutum ad Sedem Apostolicam, quando vel hæc devolutio non aderat, vel fieri debebat ad Episcopum, non autem per saltum ad Sedem Apostolicam, juxta præscriptum Fundationis. Quoniam ex lectura Literarum Apostolicarum contrarium convincitur, cum principaliter expressum fuerit Pontifici, controversum Decanatum deberi certo generi personarum, habentium qualitatem passivam Academici, & ob hanc cau- 7
sam principaliter obtenta fuit Provisio, licèt in

in eadem Supplicatione superadditum quoque fuerit præterfluxisse tempus ob nullitatem præsentationis, & inductam fuisse devolutionem; In his enim terminis cum attendi debeat principalis expressio, non dicitur processum per viam devolutionis, sed Decanatus dicitur collatus, tanquam debitus certo generi personarum, qualitates requisitas habentium, quæ uti præsentatæ à lege, possunt à quo-
8 cunque Institutionem petere, & signanter à Summo Pontifice. *Card. de Luca de Jurepatronat. disc.18. num.2. & de Benefic. disc.61. n.2. Rota in Asculana Beneficiorum 16. Novembris 1699. §. Justitiam, coram Me.*

Et ita in reliquis DD. approbantes deducta in præterita mea Decisione, responderunt, Utraque &c.

R. P. D. CRISPO.

Frisingen. Canonicatus.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Dispensatum super retentione Canonicatus, & Ecclesiæ Parochialis, posse in casu, de quo agitur, utrumque retinere, firmat Decisio, non obstantibus iis, quæ contra executionem Literarum Apostolicarum opposita fuerant.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ, in quibus conscientia Executoris oneratur, plenè justificatæ præsumuntur, postquam fuerunt executioni demandatæ.*

2 *Idque præcipuè locum habet in Dispensationibus.*

3 *Capitulum non est legitimus contradictor ad impediendam executionem Literarum Apostolicarum.*

4 *Dispensatus super pluralitate Beneficiorum incompatibilium, licitè valet eodem tempore illa retinere, & possidere.*

5 *Quæ sit natura hujusmodi Dispensationis.*

6 *Ordinarii Attestatio tunc relevat, quando de assertorum veritate aliunde constat.*

7 *Petens dispensationem super retentione Beneficiorum incompatibilium, præter qualitatem, & onera Beneficiis infixa, nihil aliud tenetur exprimere.*

8 *Residentia merè causativa non inducit incompatibilitatem Beneficiorum.*

9 *Nec propterea illius reticentia causat subreptionem.*

10 *Multo magis, si in Gratia Dispensationis derogatum fuerit omnibus in contrarium facientibus.*

11 *In Beneficiis Germaniæ espressio valoris sufficit quòd fiat per non excessum in ducatis 24., eaque non indiget justificatione.*

DECISIO VII.

VAcata Parochiali Ecclesia VValperckurken; per Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Zenonum in Isen. ad eam nominatus cum fuerit Joseph ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Canonicus, & hic ad effectum removendi incompatibilitatis obstaculum, quod ex retentione Canonicatus cum Parochiali poterat resultare, Gratiam Dispensationis à Sanctissimo reportavit, cum ea tamen conditione, quòd animarum Cura in Parochiali Ecclesia minimè negligeretur, sed ejus, & Canonicatus consueta onera supportarentur, ac pro illo tempore, quo Joseph provisus Collegiatæ Ecclesiæ non inserviret, personalia emolumenta consequi non posset, derogando tam Constitutionibus Apostolicis in contrarium facientibus, quàm etiam ejusdem Collegiatæ Statutis, & Consuetudinibus; cujus quidem Gratiæ vigore Vicarius Generalis Frisingensis, Executor in Literis Apostolicis deputatus, dictum Josephum, quousque vixerit, declaravit licitè, & liberè Parochialem prædictam una cum Canonicatu retinere valere, fructusque omnes Canonicatus pro tempore interessentiæ validè sibi appropriare: Ab hac autem Literarum executione, sive illarum subsecuta declaratione, Capitulo & Canonicis Collegiatæ ad Rotam appellantibus, ad normam Commissionis mihi unanimi Partium consensu directæ, disputato dubio, an intret arbitrium pro retardatione executionis Literarum Apostolicarum, *negativè* illud resolutum fuit.

De justificatione Literarum Apostolicarum hic ambigi nequit, dum Summus Pontifex cum Executoris conscientiam tantùm oneraverit, postquam ille Literas executioni demandavit, plenè justificatæ eædem præsumuntur, cum 1
de illarum verificatione potuerit se extrajudicialiter informare, prout fecisse arguitur; quoties ad executionem processit, juxta firmata per *Ros. de Execut. Liter. Apostol. cap.7. num.15. Rot. cor. Cerr. dec.759. post num.2. ac num.3., & 4. cor. Emerix dec.298. num.6., & sa. me. Alexand. VIII. dec.164. n.25. & 28.* & præcipuè in Gratiis Apostolicarum Dispensationum, in quibus nulla exigitur causæ co- 2
gnitio, neque judicialis indagatio, sed satis est, ut Executor juxta suam conscientiam ad executionem procedat. *Pax Jordan. in Elucubr. lib.9. tit.1. de Dispensat. num.55. & 56. Ros. de Execut. Lit. Apostolic. cap.7. num.5.*

Maximè quia Capitulum minimè dici potest legitimus Contradictor pro impedienda executione Literarum præfatæ Dispensationis, ad quem effectum opus esset, ut æquali titulo, & pari Provisione Apostolica polleret, si- 3
ne qua, non nisi ex positiva calumnia, fructuum, & Distributionum Canonicatus extraditionem Josepho impugnare videtur, cum ille longè antè Gratiam Dispensationis in earum possessione reperiretur, & modò quoque existit, in quibus sanè terminis ejus contradictio eo minùs aliquid operari meretur, prout in debilioribus terminis contra Capitulum respondit *Rot. dec.221. num.3. coram sa.*

sa. me. Greg.XV. ibidemque Adden. n.11., & *cor. sa. me. Alexand. VIII. dec.58. num.21.* & *in Leodien.*, *seu Aquisgranen. Canonicatus super manutentione 20. Januarii 1702.* §. *Non subsistit*, *cor. Eminentissimo Priolo*.

Verùm Capituli contradictio rejici quoque convenit, ex quo nullo Justitiæ fundamento fulcita apparet: Agitur namque de dispensatione à Pontifice reportata super retentione Canonicatus, non obstante subsecuta Parochialis provisione; Quoties autem Joseph juxta dispensationis præscriptum in Ecclesia resedit, nequit Capitulum fructus, & Distributiones Canonicatus illi denegare, cum dis-
4 pensatus super incompatibilium Beneficiorum pluralitate licitè valeat eodem tempore illa retinere, & possidere. *Glos. in cap. quia in tantum*, *de Præben.*, & *in V. retinere. in cap. Dudum il 2. de elect. Hojed. de Incompatibil. part.2. cap.12. num.1.*, & *2.* dispensatio namque juris, & rigoris relaxationem producit, removetque obstaculum, quod ex secundo Beneficio pro retentione prioris Pro-
5 viso obvenisset, indequè operatur, ut possessor Beneficiorum jure proprio, ac primævo in illorum possessione legitimè continuare valeat. *Card. de Luc. de Benefic. disc.104. num.8.*

Nullatenùs attenta Episcopi exclamatione, quòd Parochia pluribus referta Ecclesiis Filialibus, & plena Populo, non modicè distet à Collegiata, undè prorsus impossibilis evadat utriusque Beneficii retentio, cum Parochus Gregem sibi commissum deserere non debeat, & è converso Collegiatæ Canonici, fructus percipere volentes, ad personalem residentiam adstricti remaneant, undè impossibile sit, quòd eadem persona utramque residentiam exercere possit, & ubique debita præstare obsequia. Quandoquidem prorsùs emendicata esse videtur hujusmodi exceptio, quando ad nominationem Capituli Josephus fuit in Parochum electus, ac ab eodemmet Ordinario, quoad retentionem collatæ Parochiæ, una cum Canonicatu approbatus *Summ. Josephi numer.3.* Quomodo autem asseri poterit, quòd impossibile reddatur utriusque Ecclesiæ servitium, quando contrarium evincit tam factum Capituli, quàm ipsius Episcopi, qui, si verè comperiissent hujusmodi adesse incompatibilitatem, vel non elegissent; seu saltem Josepho Canonicatus dimissionem injunxissent; Undè in his terminis Ordinarii testimonium nihil detrahere poterit, ut plenarius effectus Gratiæ Dispensationis debeat obtineri, cum de cæte-
6 ro Ordinarii attestatio tunc solum aliquid relevare possit, quatenùs de assertorum veritate aliunde constaret. *Rota in Chelmen. Decanatus Zamoscen. 26. Junii 1702.* §. *Minusque obstat*, & *11. Decembris ejusdem anni* §. *Respectivè*, *coram bo. me. Muto*, & *in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707.* §. *Et hinc*, *coram R. P. D. meo Scotto*.

Sed quando etiam exposita per Ordinarium vera quodammodo dici possent, non exindè tamen impediri deceret effectum Dispensationis, qui cum sit actus ab Apostolica Authoritate purè dependens, de illius insubsistentia Inferior opponere nequit, satis enim est, ut Joseph expresserit, quòd ad Parochialem fuerit electus, quando priùs Canonicatum in Collegiata retinebat; præter autem 7
qualitatem, & onera Beneficio infixa, ad alias expressiones nullatenus teneri videbatur, cum nihil aliud præscriptum esse constet *in Regul. Cancell.57. de express. qualit. Benefic. Cokier. super d. Regul. num.8. Lotter. de Re Benefic. quæst.14. lib.3. n.19.* & *20.*

Pro inficienda pariter Dispensatione prædicta attendendum non erit, quòd retentioni secundi Beneficii resistant Statuta Ecclesiæ Collegiatæ, continuam, & præcisam residentiam requirentia; Undè cum non fuerit expræssè de hujusmodi Statutorum existentia Papa informatus, Dispensatio propterea subreptitia debeat dijudicari: Quoniam de hujusmodi residentia nulla exigebatur expressio, cum eadem non esset, nisi merè causativa, ex eo quia statuta non imponunt pœnam privationis tituli Canonicatus, sed tantùm annuæ Præbendæ, & fructuum, quod minimè operatur veram, & præcisam residentiam, præ- 8
seferentem incompatibilitatem Beneficiorum, ut apud *Lotter. de Re Benefic. lib.3. quæst.27. num.33. Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloss.5. num.20. Panimoll. dec.31. annot.1. num.4. Rot. in Cracovien. Archidiaconatus 12. Maji 1690.* §. *Præterea*, *coram Reverendiss. dell' Olmo Episcopo Conchen.*, & *in Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 26. Junii 1709.* §. *Porrò*, *coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*: Undè nullo pacto eandem causativam residentiam Pontifici exprimi necesse erat, neque illius 9
reticentia subreptionem producere valuit. *Rot. coram Rembold. dec.289. num.6.* & *7. coram Cavaler. dec.551. num.5.* & *6.* & *in Cracovien. Archidiaconatus 26. Junii 1697. coram Reverendissimo Decano*, *impressa ad ornatum Card. de Luc. de Benef. dec.9. num.13.* & *in Augustana Canonicatus Povinciæ Moguntinæ 14. Martii 1710.* §. *fin. cor. dicto Reverendiss. D. meo Decano*.

Evidentiùs quia in Gratia Dispensationis adjecta fuit expressa derogatio Statutis Ecclesiæ, aliisque in contrarium facientibus, per quam derogationem sublatum censetur omne 10
obstaculum, quod retentioni utriusque Beneficii à Statutis provenire potuisset, ut individualiter tradit *Barbos. de Claus. claus.84. n.6. 9.* & *seqq.*, & generalitèr *Paris. de Resignat. Benef. lib.8. quæst.6. num.165. tom.2. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss.9.* §. *1. num.57. Rot. cor. Emerix Jun. dec.1214. num.11.*, & *in Augustana Canonicatus 26. Junii 1711.* §. *Totum*, *in fin. coram Me*.

Nec minimam denique ponderationem mereri visa fuit altera exceptio prætensæ subreptionis ex capite non expressi veri valoris præfatæ Parochialis: Sufficit enim, quòd in Literis Josephi valor prædictus per non ex- 11
cessum in ducatis 24. fuerit narratus, dum in Beneficiis Germaniæ juxta Concordata inter S. Sedem, & illam Inclytam Nationem non aliter, quàm modo prædicto, valor exprimi soleat, talisque expressio nulla indiget justificatione, ut per *Cokier. ad Regul. Cancell.61. Rot. dec.552. num.4.* & *5. part.19. tom.2.* & *in Monasterien. Decanatus 28. Junii 1709.* §. *Literæ siquidem*, *coram Me*, & *in Leodien. Pastoratus*

tus, seu Vicariæ 6. Februarii 1711. §. Valor verò, coram bo. me. Caffarello, ac in d. Augustana Canonicatus 26. Junii anni præteriti §. Inspectis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super Præscriptiva.

Lunæ 15. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Jurisdictio quasi Episcopalis cum separatione Territorii præscribitur quadraginta annorum cursu, concurrente titulo putativo, colorato, aut dubio. Examinantur extrema hujus quadragenariæ præscriptionis, nempè titulus, & observantia, & utrumque in casu Decisionis verificari, doctè, ac fusè ostenditur.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio quasi Episcopalis cum Territorio Separato præscribi potest à Prælato inferiori, aut alia Persona Ecclesiastica.*

2 *Et tunc in Territorio, à Diœcesi separato, non est caput Episcopus, sed Prælatus inferior.*

3 *Et non requiritur præscriptio immemorabilis, aut centenaria, sed sufficit quadragenaria cum aliquo justo titulo, putativo, dubio, aut colorato, à Sede Apostolica promanante.*

4 *Dummodo tamen talis titulus sit subjectæ materiæ adæquatus.*

5 *Hæc quadragenaria præscriptio, innixa titulo putativo, colorato, & dubio, æquivalet immemorabili, ac centenariæ.*

6 *Et suffragatur etiam pro acquirendis aliis Juribus Spiritualibus: ac etiam propbanis, in quibus opus esset immemorabili, ut est Jus decimandi.*

7 *Et pariter pro acquirenda Jurisdictione, & præscribendis quibuscunque Juribus Regalibus etiam majoribus,*

8 *Certiùs vero, dum præscribens vim non facit in simplici possessione, sed in titulo, apto tribuere acquisitionem talis Juris, licèt colorato, & dubio, per quadragenariam tamem præscriptionem dilucidato.*

9 *Eodem modo, quo vigore immemorabilis, aut centenariæ non acquiritur jus aliquod ratione simplicis possessionis, sed ob præsumptum titulum, meliorem de mundo, quem immemorabilis, seu centenaria sub se continent.*

10 *Declarantur contrariæ Auctoritates*, & n. 12.14.15. & 16.

11 *Induci non potest Territorii separatio, nisi per Papæ privilegium.*

13 *Unam eandemque Civitatem, seu Diœcesim diversos Pontifices, tanquam unum Corpus diversa capita habere non decet.*

17 *Quando Prælatus inferior non innititur simplici possessione, sed privilegio Apostolico, per quadragenariam cum titulo colorato, dubio, aut putativo, præscribit non solum Jurisdictionem actualem sub Episcopo, sed etiam habitualem.*

18 *Refertur per extensum Privilegium, à Zaccaria Papa Cœnobio Fuldensi ad preces S. Bonifacii, illius Fundatoris concessum.*

19 *Ex immediata subjectione Romanæ Sedi, dicto Abbatiali Monasterio, ejusque locis, ac rebus, concessa, deducitur titulus putativus, & coloratus, & per consequens bona fides acquirendi Territorium Separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali.*

20 *Abbas, & Monaci Fuldenses facultatem habeant accipiendi Chrisma, & Ordines à quocunque Antistite.*

21 *Quæ prærogativa est propria Prælatorum inferiorum, Jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium Separatum habentium.*

22 *Titulus putativus, dubius, & coloratus in hoc casu semper adesse dicitur, quoties proficiscitur ab habente potestatem concedendi Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio Separato.*

23 *Recensentur alia Privilegia, ab aliis Summis Pontificibus Abbatiæ Fuldensi, ejusque Abbatibus elargita.*

24 *Ex quibus argumenta, saltem dubia, desumantur ad inferendam Territorii separationem, & Jurisdictionem quasi Episcopalem.*

25 *Adducuntur pariter aliæ prærogativæ, & privilegia, à Sede Apostolica Abbatibus Fuldensibus concessa, quæ veris Locorum Ordinariis conveniunt.*

26 *Item alia hujus rei testimonia Nunciorum Apostolicorum, Coloniæ residentium*, & Sacr. Congreg. Concistorialis.

27 *Verba -- Nullius Diœcesis -- Jurisdictionem quasi Episcopalem regulariter supponunt.*

28 *Referuntur Synodi, in quibus Abbates Fuldenses consederunt inter Episcopos, & Prælatos Jurisdictione quasi Episcopali decoratos.*

29 *Citantur Scriptores, à quibus Abbatia Fuldensis expressa fuit cum qualitate Territorii Separati.*

30 *Adducuntur insuper præclara testimonia plurium Imperatorum; qui Abbatis Fulden. Jurisdictionem quasi Episcopalem recognoverunt; nec non Episcoporum Moguntini, & Herbipolensis finitimorum*, & n. 33. & 36.

31 *Licèt Imperatores, & etiam Episcopi tribuere non valeant hanc Jurisdictionem quasi Episcopalem, plurimum tamen inserviunt ad interpretationem Jurisdictionis, à Sancta Sede concessæ*, & numer. 32.

34 *Cœtus, & Congregatio Episcopi cum suo Clero, & Populo ex una parte: & Prælati inferioris cum suo similiter Clero, & Populo ex altera, signum est saltem du-*

dubium Ordinariæ Jurisdictionis.

35 *Idem dicendum est de Jure decimandi, quod regulariter ad Parochum, vel Episcopum, aut aliam Personam Ecclesiasticam, Jura Episcopalia habentem, privativè spectat.*

37 *Confessioni in limine Judicii emissæ standum est in præjudicium confitentis.*

38 *Julius Episcopus Herbipolen. anno 1576. Abbatiam Fuldensem cum Copiis invadens, ex ea Balthassarem Abbatem ejecit.*

39 *Sed anno 1602. Imperator Rodulphus, hortatu* Sixti V. *rescissis omnibus gestis ab Episcopo Julio in Ditione Fuldensi, mandavit omnia plenariè restitui Abbati, & ut à cunctis ejusdem Fuldensis Ditionis in Ordinarium, Dominum, & regnantem Principem recognosceretur.*

40 *Refertur Breve* Clem. VIII., *requisito prius voto* Sacr. Cong. Conc. *emanatum super exercitio quasi Episcopalis Jurisdictionis, Abbati Fuldensi competentis.*

41 *Titulus putativus, a justo errore causatus, justam causam præscribendi tribuit.*

42 *Actus æquivoci non sunt attendendi ad impediendam præscriptionem.*

43 *Gustavus Rex Svecus, bello anno 1631. moto, nulla ex parte turbavit exercitium Catholicæ Religionis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ.*

44 *Ut præscriptio adversus aliquem currere desinat, non sufficit docere de impedimento, nisi etiam probetur, tale impedimentum causam fuisse suo jure non utendi.*

45 Non *interumpitur præscriptio per litem terminatam ad favorem possessoris.*

46 *Ex requisitionibus extrajudicialibus nec mala fides inducitur, nec intervertitur præscriptio.*

47 *Et ratio est, quia talibus requisitionibus quis credere non tenetur.*

48 *Scientia præsumitur ex vicinitate loci, & actuum multiplicitate.*

49 *Ignorantia supina, & crassa non excusat.*

DECISIO VIII.

JUxta facti seriem expositam in Decisione 12. *Junii* currentis super Nativa *coram Me* edita, prosequendo Examen aliorum duorum motivorum, Dativæ nempè, & Præscriptivæ Jurisdictionis cum titulo colorato, quibus Abbas Fuldæ, præter illud desumptum ex prætensa originaria libertate, rejecta in dicta mea Decisione, suam Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & Populum Ditionis Fuldensis cum Territorio Separato tuetur; In hodierna Audientia disceptanda proposui gemina Dubia, alterum, *An Sententia Rotalis* favore præfati Abbatis lata, *esset confirmanda, vel infirmanda quò ad Dativam*, & alterum, *An eadem Sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda quò ad Præscriptivam,* sive *quadragenariam cum titulo colorato*; Et licèt super primo ob Suffragiorum scissuram nulla capi potuerit resolutio, tamen quo ad secundum, responsum fuit -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam quò ad Præscriptivam.*

Ratio sic decidendi stetit in eo, quòd Jurisdictio quasi Episcopalis cum Territorio Separato est de genere eorum, quæ à Prælato inferiori, aliave Persona Ecclesiastica, præscriptione acquiri possunt, privando Episcopum omnibus Juribus Episcopalibus, ut quicquid dixerit *Hostien. in cap. cum contingat, n. 1. de for. compet. & in cap. de quarta, num. 13. & cap. quoniam, n. 2. de Offic. Ordinar.*, communitèr docuere DD. ex *Textu claro in cap. Auditis* 15., *ibique Gloss. V. Jus Episcopale, in cap. cum olim* 18., ibique pariter *Gloss. V. præscriptione munitum. de præscript., & cap. cum Personæ 7. §. Quod si tales, de privileg. in sexto*, & præsertim *Innocent. in d. cap. cum olim, num. 2. ibique Fagnan. num. 10. Abb. in cap. Auditis, n. 6. vers. finem. Spad. consil. 193. num. 7., & 8. lib. 2. Kloch. consil. 51. num. 346. lib. 1. Marescott. Variar. Resol. lib. 1. cap. 11. num. 21., & seqq. Barbos. de Offic. & Potestate Episcopi part. 3. allegat. 127. num. 3., Frances de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 212. Gratian. disceptat. forens. 212. num. 19. R. P. D. Petra Secretarius Sacræ Congregationis Concilii in suis Commentar. ad Constitutionem sextam Alexandri III. sect. 1. n. 63. fol. 142. tom. 2. Rota in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super Bono Jure 7. Junii 1700. §. Juridicum sanè, coram bo. mem. Muto.* Ea ratione, quia in Territorio à Diœcesi separato non est Caput Episcopus, sed Prælatus inferior, sub cujus Jurisdictione Locus separatus existit, & sic cessat illa monstruositas duorum Capitum *ab Hostien.* considerata in uno, eodemque Corpore, & loco. *Fagnan. in cap. nullus, num. 22. de Paroch. Cardinalis de Luca de Jurisdict. disc. 1. à num. 25. & seqq. Tamburin. de Jur. Abbat. disput. 15. quæst. 9. à n. 9. ad 16. Rot. in hac Causa dec. 27. Aprilis 1705. §. 15. coram Reverendiss. D. meo Molines Decano.*

(right margin: 1 beside "præscriptione"; 2 beside "existit")

Neque ad acquirendam hujusmodi Jurisdictionem semper requiritur immemorabilis, vel centenaria, aut clarus titulus, qui per se spectatus plenum Jus tribuat ad constituendum Territorium separatum absque Præscriptionis auxilio, sed sufficit quadragenaria præscriptio, justo aliquo titulo, ut ajunt DD. putativo, dubio, aut colorato à Sede Apostolica promanante, juxta *Textum in dict. cap. cum persona 7. Quod si tales, de privil. in sexto cap. Auditis 15. & cap. cum olim 18. de præscript. Abbas in cap. 1. n. 10. ut lit. penden. Fagnan. in cap. cum ab Ecclesiarum, n. 29. de Offic. Ordinar.* & adductis antiquioribus concludit *Barbos. in citato cap. cum personæ, num. 6. Tondut. Quæst. Benefic. part. 1. cap. 60. n. 10. & part. 3. cap. 199. n. 2. Tamburin. de Jur. Abbat. disput. 15. quæst. 9. num. 9. & 10. tom. 1. Ros. de Resid. Episcop. cap. 4. sect. 6. num. 424., & seqq. Cardinalis de Luca de Jurisdict. disc. 12. num. 20.*, ubi quòd per hanc præscriptionem potest constitui unum Corpus cum diverso Capite, *Frances de Eccles. Cathedr. cap. 30. n. 213. Ros. de Residentia Episcop. cap. 4. sect. 6. num. 454., & seqq.*, optimè *R. P. D. Petra in suis Commentar. ad Constitutionem sextam Alexandri III. d. sect. 1. num. 65. Rot. dec. 448. num. 12. dec. 870. num. 2. in fine, & dec. 1586. num. 12. coram Coccin. dec. 988. & dec. 1001. utrobique num. 1. & 2. coram Dunozett. Junior. dec. 295. n. 13. in fine, coram Priol. in Recent.*

(right margin: 3 beside "dum Territorium separatum")

cent. dec.394. num.2. part.1. dec.243.n.9. part.2. decis.221. num.6. & dec.440. num.2. part.13. in d. Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super Bono jure 7. Junii 1700. §. Quinimmò, coram bon. mem. Muto, & cum aliis relatis in omnibus Decisionibus hujus Causæ in præcedentibus Instantiis editis 28. Junii 1700. §. Præterea, & §. Placuit, coram Eminentissimo D. Cardinali de la Tremoille, 26. Februarii 1703. §. Quemadmodum 27. Aprilis 1705. §. 16. & 20. Novembris ejusdem Anni §. In eo autem, coram Reverendiss. D. meo Molines Decano, & 1. Juni 1708. §.102. cum seqq. coram R. P. D. meo Ansuldo, confirmata 2. Junii 1710. §. 34. coram Eodem; Dummodò tamen talis titulus sit subjectæ materiæ adæquatus ad hoc, ut ex quadragenaria præscriptione, vim etiam habente inter-
4 pretativæ observantiæ, æquè benè de passiva exemptione, ac de concessione activæ Jurisdictionis intelligi valeat, ut tradunt *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.24. num.218. & R. P. D. Petra loco supra citato n.62.*

Et rectè quidem, quia in materia præscriptibili, quadragenaria præscriptio innixa titulo putativo, colorato, & dubio, æqui-
5 valet immemorabili, ac centenariæ, & ejusdem efficaciæ esse censetur, ut decidit litera *Textus in cap.1., de præscript. in sexto, ibique Gloss. V. titulum. Pet. Barbos. in leg. competit. num.62. Cod. de præscript.30., vel 40. annorum. Bald. de Præscript.2. part.3. part. principal. num.11., Dynus in regul. possess. numer.27. de regul. Jur. in 6., Cald. quæst. forens.23. num.101. ad finem. Salazar. de Usu, & Consuetud. cap.10. num.36., Covar. de præscript. part.2. §.2. num.8. vers. seu §. Tertia species, ante med. vers. Ideoque, & §.3. vers. merum Imper. sub principio. Roderic. de Annu. Reddit. lib.1. quæst.15. num.74., Molin. de Primogenit. lib.2. cap.6. num.52., Meierez. de Majorat. part.4. quæst.20. num.166. 371., & 372., Guttier. Practic. Quæst. lib.5. quæst.62. num.11., & seqq., Trobat de Effect. Immemorab. quæst.14. art.2. num.7., & seqq., Cardinalis de Luca disc.21. num.42. de Judic., & disc.33. num.13. de Hæred., Rota dec.345. in principio coram Coccin. dec.401. num.9. coram Rembold., in recent. dec.91. n.1. in fine. part.1. dec.108. num.7., & seqq. part.17. dec.234. num.7. part.19., & in Gerunden. Primitiarum 15. Januarii 1703. §. Habet enim, in fine, cor. clar. mem. Cardinali Caprara,* idque non solùm locum sibi vindicat ad effectum acquirendi Territorium Separatum, ut probant Auctoritates plena manu relatæ in superiori *§. Neque,* & præcipuè *R. P. D. Petra in suis Comment. ad Constitutionem sextam Alexandri III. d. sect.1. num.65. tom.1. Rota dec.448. n.12. & dec.870. num.2. coram Coccino. dec.988. num.2. coram Dunozett. Junior. in recent. dec.243. n.9. part.2.: in Marsicen., seu Nullius super Bono Jure 7. Junii 1700. §. Quinimmo, cor. bon. mem. Muto, & dictum fuit in decisione 27. Aprilis 1705. §. 17. coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & 1. Junii 1708. §.3. coram R. P. D. meo Ansaldo;* Verùm præterea in aliorum Spiritualium, & etiam prophanorum Jurium acquisitione, pro quibus opus sit immemorabi-
6 li, ut in specie pro acquirendo Jure decimandi, & Decimis præscribendis adversus Episcopum, vel Parochum, tenent *Abbas in cap. ad aures, num.6. de præscript. Zabarell. cons.26. num.5. Paris. cons.25. num.6. & 27. lib.4. Rebuff. de Decim. quæst.13. num.80., & seqq. Monet. eodem Tractat. cap.6. num.112. Covar. Variar. Resolut. lib.1. cap.17. num.8. sub num.10. Marescott. Var. Resolut. lib.2. cap.95. num.22. Thomat. decis. Marchiæ 131. num.45. Rota dec.485. num.2. & 6. cor. Coccin. dec.169. num.2. coram Emerix Junior., & in recent. dec.749. num.4. part.18.* aut pro acquirenda Jurisdictione, & præscribendis 7
quibuscunque Juribus Regalibus, etiam majoribus. *Larr. allegat. Fiscal.68. num.1. Peregrin. de Fideicomm. artic.52. num.141. Molin. de Primogenit. lib.2. cap.6. num.52. Solorzan. de Jur. Indiar. lib.3. cap.4. num.71. & seqq. tom.1. Guttierez. Practic. Quæst. lib.1. quæst.86. n.1. versic. eamdem Sententiam. Cabed. decis.41. num.2. part.2.*

Certiùs verò hæc procedebant, quia Abbas non prætendit per hunc, vel illum actum, sistendo simpliciter in possessione quadragenaria, præscribere Jus universale Territoriale, quod plurimos actus sub se continet, & veluti quid intellectuale non est manu apprehendibile, nec occupabile, sed adducit possessio- 8
nem quadragenariam vim faciendo in titulo Apostolico, licèt colorato, & dubio, & per dictam quadragenariam præscriptionem, in eo, quòd habet dubietatis dilucidato; Itaut cum Jurisdictionem non desumat ab ipsa possessione, minusque ab aliquo titulo invalido, benè verò à titulo, ut dictum est, Apostolico per eam explicato, & apto tribuere concessionem, & acquisitionem universalis Jurisdictionis cum Territorio Separato, inficiari nequit, quin quadragenaria præscriptio hoc modo accepta suffragetur, ut explicat *Text. in cap. cum Personæ 7. §. Quod si tales, de privileg. in sexto. Cardinalis de Luca disc.12. sub num.16. §. Verum, cum seqq. de Jurisdict. R. P. D. Petra in Commentar. ad Constitutionem sextam Alexandri III. d. sect.1. num.72. tom.2.* eo modo, quo suffragatur immemorabilis, aut centenaria, per has enim præscriptiones, ne- 9
que censetur acquisitum Jus universale Territoriale ratione simplicis Possessionis immemorabilis, & supra centum annos, sed ob præsumptum titulum de mundo meliorem, quem sub se continent. *Cardinalis de Luca disc.96. num.21. & disc.97. num.9. de Jurisdict. Rota in dicta Marsicen., seu Nullius Jurisdictionis super Bono Jure 7. Junii 1700. §. Prædictaque observantia, cor. bon. mem. Muto, & in Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure 22. Februarii 1710. §. In hac sanè, cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Absque eo quòd his omnibus in nihilo adversetur, quòd interdùm dictum fuerit, ad probandam Territorii separationem, requiri Privilegium Apostolicum clarum, aut præsum- 10
ptum consensum, in *sola* immemorabili, ut in *decisione 395. num.1. & dec.1011. num.3. cor. Emerix Jun., in recent. dec.153. n.6. part.11. dec.335. num.17., & 18. part.13. & dec.511. num.5. part.19.,* quia in Casu dictarum Decisionum, aut non concurrebat quadragenaria præscriptio pacifica, & completa, aut deficie-

ciebat titulus Apostolicus, qui bonam fidem, & justam præscribendi causam tribueret, in quibus circumstantiis certum est universum Territorium præscribi non posse, nisi per Privilegium Papæ expressum, vel per solam immemorabilem, & centenariam, ut benè animadvertit *R. P. D. Petra locis supra citatis num.66.* Parique facilitate inapplicabilis etiam reddebatur auctoritas *Calderin. in conf. 2. post tit. de præscript.*, nec non aliæ nostri Tribunalis Decisiones in *Constantien. Jurisdictionis dec.324. part.1. recent. & in Beneventana Jurisdictionis dec.440. part.13.* à Defensoribus Episcopi pro punctualibus allegatæ ad infringendam vim, & efficaciam quadragenariæ: in fonte siquidem recognitæ, compertum fuit minùs se habere, ex quo *Calderin.* examinat solum actus, quos Capitulum subditum, & in Diœcesi existens, potest adversus proprium Episcopum præscribere, quo casu Defensores quoque Abbatis admittebant non suffragari quadragenariam; dictæ verò Decisiones non reiiciunt præscriptionem quadragenariam cum titulo colorato, quia in Jure relevans non sit, sed quia deerant probationes facti, dum Privilegia adducta non erant talia, quæ justum errorem, & causam præscribendi præbere possent; quinimmò in illa *Beneventana*, Privilegium neque desumebatur à Concessione Apostolica, sed ex Constitutionibus Ecclesiæ Beneventanæ, quæ dubio procul ineptæ erant ad inducendam Territorii separationem, & justam causam præscribendi, ut etiam laté probat *Rosa de Resid. sect.6. num.448.*; cum per Papæ Privilegium
11 dumtaxàt, ad quem spectat unam partem Diœcesis ab alia separare, id assequi valeat, juxta *Theoric. Hostien. in cap. cum contingat, de for. compet.*, quam ibi refert, & sequitur *Panormit. num.18. vers. nec consuetudo*, & admittit *Rota in recent. dicta dec.324. num.2. part.1. dec.334. num.16. & 17. part.13. dec.21. num.11. part.14. dec.340. num.15. part.15. in Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692. coram Reverendissimo Domino meo Molines Decano impress. ad ornat. Card. de Luca de Jurisd. disc.20. num.2. & 3. & in Firmana Jurisdictionis super Reservatis 15. Aprililis 1701. sub §. Et licèt, cor. Eodem.* Itidemque minus obstat, quòd *Sac. Conc. Tridentinum in cap. 20. vers. ad hæc. sess.24. de reformat.* mandaverit, quòd Causæ Matrimoniales, & Criminales, nullius alterius, quàm Episcopi examini, & Jurisdictioni relinquantur, non obstantibus Privilegiis, & quibuscunque Consuetudinibus, non tamen immemorabilibus;
12 Undè inferebatur, quòd si quò ad istos actus particulares *Sac. Concilium* per dictum Decretum sustulit vim quadragenariæ cum titulo colorato, quemadmodum declaravit ejusdem *Sac. Concilii Congregatio die 20. Julii 1612.* in Causa *Nullius de Atthissa, seu Theatina Jurisdictionis*, de qua actum postmodùm fuit in *Sac. Rotæ Auditorio dec.860., & dec.872. coram Coccin.*, novissimè reassumpta *die 18. Februarii 1707. coram R.P.D. meo Scotto*, & in alia Causa *Clusina, seu Montis Amiati Jurisdictionis die 21. Aprilis 1703. & 5. ejusdem Mensis 1704.*, eo fortiùs dicendum sit illam sustulisse quò ad Jus universale Territorii Separati.

Etenim pro responsione animadversum fuit, quòd *Sac. Concilium* sustulit tantùm vim quadragenariæ præscriptionis quò ad Decanos, Archidiaconos, & alios inferiores, Territorium Separatum non habentes, nè per exercitium talium actuum in aliena Diœcesi, con- 13
tingeret, quòd una, eademque Civitas, seu Diœcesis diversos Pontifices haberet, & tanquam unum Corpus diversa Capita, contra sancita per Sacros Canones in *cap. quoniam 34., de Offic. Ordinar., & in cap. cum contingat, de for. compet.*; Nequaquam verò quo ad illos Prælatos, qui habent Jura Episcopalia cum Territorio Separato, & qui soli, sub- 14
moto penitus Episcopo, principem locum obtinent in Locis ipsis subjectis, ut præter adductos in §.2. ponderant *Fagnan. in cap. accedentibus, n.37. & seqq. de excess. Prælat., Card. de Luc. in Annot. ad Concil. dicta sess.24. cap.20. de Reformat. num.51. De Marin. Resolut. Jur. lib.1. cap.1. num.2., Salgad. de Supplicat. ad Sanctissimum part.2. cap.4. n.22. & seqq. Gratian. discept. forens.212. num.15. Cortiad. dec.128. sub num.39. Rota decis.41. n.2. dec.42. num.3. & dec.43. num.3. post Tamburin. de Jur. Abbat.*; Ideoque si in hac parte circa Territorium Separatum, & Prælatos inferiores illud habentes, *Sacrum Concilium* nihil determinavit, utique dictum Conciliare Decretum trahi non potest ad tollendam præscriptionem quadragenariam cum titulo colorato, in Jure approbatam pro ejusdem Territorii Separati acquisitione, tametsi eo posito 15
in consequentiam veniat etiam Jus cognoscendi Causas prædictas, ut benè huic occurrendo objecto respondet *R. P. D. Petra in suis Comentar. ad Constit.6. Alex. Tertii dicta sect.1. num.66. tom.2. & dicta dec. 27. Aprilis 1705. §.21. coram Reverendiss. Domino meo Molines Decano*; Addito etiam, quòd præscriptio actuum particularium faciliùs posset haberi per Inferiorem, præscriptione totius Territorii, quæ est alia ratio, cur forsan Concilium magis præcavere voluerit super præscriptione actus particularis, quàm ipsius Territorii.

Qua de re extraneæ erant à casu citatæ Resolutiones *Sacræ Congregationis Concilii* in Causis de *Atthissa, seu Theatina, & Clusina Jurisdictionis*, attento quòd tunc non agebatur de Prælatis, qui totum Territorium præscripsissent, aut præscribere contendissent, sed de Inferioribus sub Diœcesi, & potesta- 16
te propriorum Episcoporum existentibus, nec non de præscriptione actuum particularium, cognitionis videlicet Causarum Matrimonialium, & Criminalium. Præter quam quòd in Causa *Theatina* Præpositus *Atthissanus* allegabat pro titulo colorato titulum promanantem à Privilegio, seu Concessione sibi facta ab Episcopo Theatino, ut legitur in *dec.706. num.5. cor. Coccin.*; Prout quoque in Causa *Clusina* non docebatur ab Abbate de Privilegio Apostolico, & insuper observantia non erat pacifica, ut hæc omnia perpendit *Decisio 27. Aprilis 1705. §.22. cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano.*

De-

Demum frustra contendebatur, quòd Abbas Fuldensis, ad summum per quadragenariam cum titulo colorato dubio, aut putativo, præscribere potuerit actualem Jurisdictionem sub Episcopo, secus habitua-
17 lem, quam Episcopus semper conservat. Quoniam hæc propositio locum sibi vindicat in themate, quo Prælatus inferior innitatur, non Privilegio Apostolico, benè verò simplici possessioni, ut declarando *Hostien.* Doctrinam *in cap. cum contingat, de for. compet.*, distinguit *Tamburin. de Jur. Abbat. disp.*15. *quæst.*9. *num.*10. 11., *& seq. tom.*1.

Atque hinc ex præmissis in Jure firmato, quòd sufficiat quadragenaria præscriptio conjuncta titulo Apostolico proportionato, etsi colorato, putativo, & dubio, pro adipiscenda Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum cum Territorio Separato, descendentes Domini ad examen extremorum hujus præscriptionis, tituli, nempè prædicti, nec non observantiæ quadragenariæ, pro comperto habuerunt, utrumque suppetere Abbati Fuldensi.

Et sanè quod attinet ad titulum coloratum, seu dubium, satis, superque hic desumebatur ex Privilegio, à Zaccharia Papa an-
18 no 571. Cœnobio Fuldensi ad preces S. Bonifacii illius Fundatoris hisce verbis concesso -- *Igitur Frater charissime, quia postulasti à Nobis quatenus Monasterium Domini Nostri Salvatoris Jesu Christi à te constructum in loco Fulden. juxta Ripam Fluminis ejusdem nominis, Privilegio Sedis Apostolicæ decoretur, ut sub Jurisdictione Sanctæ nostræ Ecclesiæ constitutum, nullius alterius Ecclesiæ potestati submittatur, sed sub nostra Romana Apostolica auctoritate munitum, Privilegio, & Banno nostro confirmetur; Idcircò piis tuis desideriis annuentes, hac nostra auctoritate usi, & Beati Petri Vicaria potestate confisi, id, quod exposcitur piæ devotionis effectui mancipamus; Cujuslibet ergo Ecclesiæ Sacerdotem, vel Episcopum, in Fulden. Monasterio ditionem quamlibet habere, vel auctoritatem, vel potestatem posse exercere, præter Sedem Apostolicam, prohibemus, itaut nisi ab Abbate Monasterii fuerit invitatus, nec Missarum Solemnia ibidem quispiam præsumat celebrare, ut profectò juxta nostram auctoritatem, & præceptionem, & Beati Petri reverentiam, & timorem, Locus idem Apostolicæ Sedi subjectus inconcussè, sicut à Nobis, & Religiosis viris ditatus est, permaneat, locis quoque, & rebus, tam eis, quæ moderno tempore possidet, quàm quæ futuris temporibus in Jus ipsius Monasterii Divina Pietas voluerit augere ex donis, & oblationibus Fidelium, absque ullius personæ contradictione, firmitate perpetua perfruatur &c.* --, & paulò infra -- *quicquid autem idem V. Fuldense Monasterium, sive à Regibus, sive à Ducibus, sive quibuscunque Viris Religiosis, & Deum timentibus pro oblatione in possessionem accepit, seu adhuc Deo favente, quandoque est accepturum, sive in Prædiis, Sylvis, Nemoribus, Pratis, Villis, Vineolis, Molendinis, sive quibuslibet utilitatibus, volumus, & præcipimus, & Beati Petri præcepto confirmamus, ut semper inconcussum ibi permaneat, & de die in diem subcrescat.* Summario antiquo Abbatis num.6., quodque per extensum etiam refert *Card. Baron. in Annal. Eccles. ad Annum Christi* 751. *fol.* 199. *& fol.*201. *juxta impress. Roman.*

Subjectio enim ista Romanæ Sedi Abbatialis Monasterii, ejusque locorum, & rerum, quæ tunc possidebat, & in futurum possideret ad exclusionem Jurisdictionis, & potestatis cujuslibet Sacerdotis, vel Episcopi dicto modo concepta, tempore, quo simplex antiquitas ignara erat distinctionis exemptionis activæ, & passivæ, postmodum à *Sacro Concilio Tridentino* adinventæ, nec non formularum, quibus modò Summi Pontifices juxta magis politum Romanæ Curiæ stylum utuntur, quando inferiorem Prælatum Dignitate
quasi Episcopali ornare volunt; profectò ne- 19
gari non potest, quòd ad minus præbere non valuerit Abbatibus justum titulum putativum, & coloratum, & per consequens causam bona fide acquirendi Territorium Separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum eorum Fuldensis Ditionis, ut de simili Privilegio ratiocinatur *Card. de Luc. discurs.*12. *num.*16. *&* 19. *de Jurisd.* Et quidem juremeritò, sive quia vigore præfati Privilegii tributa insuper fuit Abbati, Monacis-
que Fuldensibus potestas accipiendi Chrisma, 20
& Ordines à quocunque Antistite, teste *Thomassin. de Re Benefic. part.*1. *lib.*3. *cap.*30. *sub num.*9., quæ prærogativa propria est Prælatorum inferiorum, Jurisdictionem quasi Epi-
scopalem, & Territorium Separatum haben- 21
tium, ut firmant *Pignattell. Consult. Canon. ...sub n.*89. *&* 90. *tom.*7. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.*3. *disput.*2. *quæst.*26. *num.*3. *Ros. de Resident. Episcop. cap.*4. *sect.*6. *num.*500. *Barbos. de Offic. & Potest. Episc. part.*2. *alleg.*7. *num.*8. *& in Collect. ad Concilium sess.*26. *cap.*10. *n.*8. *Gratian. discept. forens. cap.*212. *num.*25. *Rota dec.*459. *num.*9. *& seqq. coram Bich. & in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono Jure* 7. *Junii* 1700. §. *Insuper, coram bo. mem. Muto*; sive etiam quia titulus putativus dubius, & coloratus, tunc semper adesse dicitur, quoties proficiscitur ab habente potestatem con-
cedendi dictam Jurisdictionem, quæque reve- 22
ra competeret, si talis titulus clarus, & legitimus esset, ex notatis per *Imol. in cap. proposuit, de concess. Præben. Passerin. in cap. Episcopum, num.*12. *cum seqq. & num.*64. *& seqq. de præscript. Dec. cons.*219. *num.*2. *vers. ex his confirmatur. Paul. de Castr. cons.*253. *num.*4. *lib.*1. *Lotter. de Re Benefic. lib.*1. *quæst.*24. *num.*166. 216. *&* 217. *Ros. de Resid. Episcop. cap.*4. *sect.*6. *num.*429. 430. *&* 457. *& seqq. Osasch. dec.*116. *num.*6. *Rot. dec.*94. *num* 1. *lib.*1. *cor. Puteo.*

At ex aliis quoque Privilegiis, per quæ Successores Zaccharíæ Abbatiam Fuldensem toto Orbi celeberrimam novis gratiis ornarunt, æque benè desumebatur titulus coloratus, putativus, & dubius, de quo res est. Etenim Stephanus Papa IV., dictus III., anno 770. adhibita eadem figura verborum, qua Zaccharias usus fuerat, eandem Abbatiam sub tuitione B. Petri recepit, immediatèque Sanctæ Sedi subjecit, prohibendo, nè locus ille al-
teri Ecclesiæ submitteretur, aut quòd in eo 23
aliquis ditionem haberet, & similem prærogа-

gativam communicavit rebus, & *hominibus* ibidem existentibus. *dicto Summar. num.*8. Idipsum disposuit Joannes VIII. anno 872. mediante suo Privilegio, relato *in d. Summar. num.*12., quo ulteriùs mandavit, *quòd nullus indè futurus Abbas Consecrationem unquam præsumeret accipere, nisi à Sede Apostolica, ut noscerent cæteræ Ecclesiæ Fuldensem Ecclesiam S. Romanæ Ecclesiæ esse filiam*, ejusque Abbati tribuit facultatem *judicandi*, *& Consilium* cum cæteris Abbatibus habendi, nec non *Episcoporum more ad Apostolicam Sedem appellandi*. Non absimili privilegio Silvester II. anno 999. *ut in d. Summar. num.*14., concessit Abbati primum Ordinem *sedendi* inter omnia Germaniæ Cœnobia, potestatem *judicandi*, ac convocandi *Concilium*, & denique enunciata omnia Privilegia confirmando, easdem prærogativas indulsere Sergius Papa IV. anno 1011. *dicto Summar. num.*15., *Clemens II. anno* 1040. *dicto Summar. num.*16., & *Gregorius IV. anno* 1045., *dicto Summar. num.*17. qui voluit insuper Abbates Fuldenses potiri Sedis honore cum Jure suffragii decisivi in Episcoporum Conciliis, tum Provincialibus, tum Generalibus, ut testatur *P. Christian. à Lupo in Dissert. de Rhemen. Synodo tom.*3. *fol.*477.

Hæc autem omnia simul sumpta utique eo magis causare potuerunt in Abbatibus justum titulum coloratum, & dubium pro Jurisdictione quasi Episcopali bona fide acquirenda, cum indubitanter vim argumentorum saltem
24 dubiorum obtineant ad inferendam Territorii separationem, & Jurisdictionem quasi Episcopalem in Prælatis inferioribus, talibus prærogativis fulgentibus, per ea, quæ de exemptione concessa Monasterio, tum quoad locum, tum quoad *Homines*, seu Populum, tradunt *Lotter. de Re Benef. lib.*1. *quæst.*24. *quæst.* 112. *& seqq. Rota dec.*54. *num.*2. 5. *& 6. coram Martin. Andræa, & dec.*197. *num.*2. *& seqq. parte* 8. *recent.* de Abbatis consecratione per Papam sibi reservata *Thomassin. de Benefic. part.* 2. *lib.*2. *cap.*29. *n.*8. *& 9.* de potestate judicandi Abbati elargita *Rot. in Toletana Jurisdictionis* 17. *Junii* 1689. §. *Præbuit*, *confirmata* 16. *Junii* 1690. §. *Quæ omnia*, *coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*: de Jure appellandi ad Sanctam Sedem more Episcoporum *Oliv. de For. Eccles. part.*3. *quæst.*8. *num.*35. *& quæst.*9. *num.*14. de facultate habendi Concilium, seu Synodum *Bellett. Disquisit. Cleric.* de Jurisdictione Abbatis S. Michaelis de Clusa §. *unic. num.*9. *Tamburin. de Jur. Abbatum disput.*24. *quæst.*7. *per tot. tom.*1. *Barbos. ad Sac. Concil. Trident. sess.*24. *cap.*2. *num.*2. *de reformat. Massobr. de Synod. Diœcesan. cap.*2. *num.*1. *dub.*8. *Rota decis.*1025. *coram Seraphin. in recent. dec.*197. *num.*19. *part.*8. *& dec.*204. *num.*4. *& 5. part.*19. & demum de suffragii potestate in Episcoporum Conciliis *Alvarez. in Specul. Jur. Pontific. cap.*51. 52. *Ventrigl. de Jurisd. Archiepiscop. cap.*33. *num.*10. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.*1. *disput.* 24. *quæst.*7. *per tot.* & loquendo de Abbate Fuldensi priùs dixerat *disp.*3. *quæst.* 4. *num.*3. *in fine tom.*1. *fol.*21., & notatum fuit *in dec.* 28. *Junii* 1700. §. *Eadem privilegia*, *cor. Eminentiss. D. Card. de la Tremoille.*

Et eo libentiùs DD. crediderunt præfata omnia Privilegia Apostolica exuberare pro titulo colorato, quia in hunc sensum interpretata fuerunt ab aliis Romanis Pontificibus. Quippè Eugenius Papa IV. anno 1333. Abbati Fuldensi promulgationem Festivitatis Corporis Christi, ab Urbano IV. inditæ, in suo Ter- 25
ritorio commisit *dicto Summar. n.*24. *lit. A.* quod Officium ad Episcopos, & Prælatos, propriam habentes Diœcesim pertinere, probant *Portell. de Dub. Regul. V. Episcopus. Rodriquez in Summa Quæst. resolut.*85. *sub num.*5. Ulteriùs B. Pius V. anno 1570. eidem Abbati commendavit, ut in sua. Diœcesi hæresim Lutheranam extirpare curaret *dicto Summar. num.*25. Gregorius XIII. annis 1573. & 1574. prædicto Abbati potestatem dedit, tam per se, quàm per septem Viros ab eodem eligendos, absolvendi auctoritate Apostolica in hæresim prolapsos *dicto Summar. num.*26. *& 34.*, & per alia Brevia dicto anno 1574. ad eundem Abbatem scripta, illum hortatur, ut adversus persecutiones constanter permaneret in promovenda Causa Religionis, & tuendis Patribus Societatis Jesu, auctoritate Ordinaria in Abbatiam introductis, ut Subditorum saluti præsto essent, *dicto Summar. num.*28. *& 30.*, & ipsemet Summus Pontifex memoratum Abbatem ornavit etiam facultate dispensandi illegitimos, ut ad Sacros Ordines promoveri valerent *d. Summar. n.*32., dispensandi super irregularitate, reconciliandi Apostatas, & dimittendi Alumnos Seminarii ad quemlibet Antistitem pro Sacris Ordinibus suscipiendis *d. Summar. n.*34. quæ prærogativæ veris Locorum Ordinariis pariter conveniunt, ut statuitur in *Sacra Tridentina Synodo sess.*24. *de reformat. cap.*6. & meminerunt *Hostien. in cap. ad abolendam, de Hæretic. Sperell. dec.*128. *n.*86. *cum aliis, quos citat, & sequitur dec.* 28. *Junii* 1700. §. *Eugenius*, *coram Eminentiss. D. Card. de la Tremoille.*

Insuper Nuntii Apostolici Coloniæ Residentes, Fuldensem Abbatiam visitarunt uti *Nullius*, ejusque Abbati, uti Ordinario injunxerunt publicationem Jubilæi, communi-
carunt Notulam Librorum prohibitorum, de- 26
mandarunt Concursus in Parochialibus, eique commiserunt Dispensationes Matrimoniales, & plura alia, quæ ad Ordinariam pertinent Jurisdictionem *dicto Summar. num.*62. 63. 66. 67. *& 76. Sacr. Congregatio Consistorialis* approbavit etiam tanquam *Nullius* Abbatum electiones *dicto Summar. num.*75. *& 78.* & cum hac qualitate *Nullius Diœcesis* ut plurimum Abbatia Fuldensis nuncupata fuit in Libris Cancellariæ Apostolicæ, & Datariæ *dicto Summar. num.*78. dictio enim *Nullius* Jurisdictio-
nem quasi Episcopalem regulariter præsuppo- 27
nit. *Rota in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono Jure sub* §. *Hæc omnia*, *versic. & de denominatione*, *coram bon. mem. Muto*, *& in citata decis.* 28. *Junii* 1700. §. *Pariterque*, *coram Eminentiss. D. Card. de la Tremoille.*

Eandemque interpretationem prædictorum Privilegiorum, in linea saltem, ut dictum est, tituli putativi, dubii, & colorati, præbuit universa Ecclesia, permittendo, quòd Abbates Fuldenses in Conciliis, tam Provinciali-
bus, quàm Oecumenicis, inter Episcopos, & 28

Præ-

Prælatos Jurisdictione quasi Episcopali prædi-tos, considerent; ut contigit anno 772. in Concilio Provinciali, seu Synodo Uvormatiæ, anno 1033. in Provinciali Synodo Selingen-stadii, ut scripserunt *P. Schaten. Histor. Uve-stphal. lib.7. fol.428. & 430. Brover. de Antiquit. Fuld. lib.4. fol.291.*, anno 1148. in Concilio Remensi sub Eugenio IV. celebrato, ut nota-vit *Brovver. d. lib.4. pag.299.*, in Concilio La-teranensi sub Alexandro III. & in Concilio Lugdunensi anno 1274. sub Gregorio IX. ut ajunt *Sammartani in Gallia Christiana tom.4. fol.445. num.4. lit.D. Yepes in Constit. Benedict. tom.3. centur.3. num.51. fol.114.*, anno 1414. in Concilio Constantiensi, ut testantur *Brovver. d. lib.4. fol.316. Sammartani loc. cit. fol.446. num.56.*, & anno 1542. in Sacra Tridentina Synodo à Paulo III. primitus in dicta, ad quam Abbas tunc temporis, cum ob senectutem ac-cedere nequivisset, votum suum delegavit quatuor Episcopis *dicto Summar. num.24. lit. B.* Quocirca Scriptores etiam de hisce pri-vilegiis, & prærogativis Abbatiæ Fuldensi
29 donatis optimè conscii, illam cum qualitate Territorii Separati præsupposuerunt, ac ex-presserunt, & præsertim *Alviset. de Privil. Regular. sect.4. dub.22. num.5. & seqq. Eberhar-dus Fabricius in Gloria Fuldæ fol.19. in med. & fol.42. in fine. Hopping. de Jur. Sigill. cap.4. §.1. num.40. Imhoff. in Notit. Procer. Imperial. lib.3. cap.10. num.4. Joannes Rav. Meimbresten. Cosmograph. fol.417. Laurent. Obm. de Jur. Epi-scop. Thes.28. tit.8. Reinkink de Jur. Eccles. & Secul. lib.3. class.2. cap.3. num.33. Sebast. Mun-ster. lib.5. Cosmograph. fol.1168. Yepes Constit. Benedict. tom.3. centur.3. fol.106. à tergo col.2. Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. disput.3. quæst. 4. num.3. in fine.*

Et ita denique interpretati fuerunt sæpe-dicta Privilegia Apostolica, tum ipsi Impera-tores Augusti, tum etiam finitimi Episcopi, Moguntinus nempè, & Herbipolensis. Et in-
30 cipiendo ab Imperatoribus, isti parem Epi-scopis fecerunt Abbatem Fuldensem median-tibus eorum Privilegiis eidem concessis, inci-pientibus à Pipino Rege anno 755., & desinen-tibus in Rodulphum anno 1289., registratis *in dicto Summar. num.7. 9. 10. 13. 19. 20. 21.*, per quæ in obsequium Privilegii Zachariæ præ-ceperunt, nè ullus Sacerdos, Judex, aut Præ-sul, præter Sedem Apostolicam, & ipsum Ab-batem, Jurisdictionem sibi vindicaret in Po-pulum, Decimas, Vineas, Novalia, & in Mo-nasterii Territorium, à Carolo Magno primum S. Bonifacio donatum. Quinimmò, quòd ma-gis est, Carolus Magnus S. Sturmionem primum Abbatem Fuldensem in Concilia Episcoporum quoque evocavit, & Baugolpho Sturmionis successori direxit Epistolam, qua illi Schola-rum erectionem commendavit, jubens, ut ejus-dem Epistolæ exemplaria ad omnes suos *Coe-piscopos*, & per universa Monasteria dirige-ret, quæ Epistola legitur *in tom.15. Concil. Sir-mond.*, eamque refert *P. Schatten. Histor. Vvest-phal. lib.8. fol.509. Brovver. lib.3. Antiq. Fuld. fol.190.*, & Henricus Romanorum Rex anno 1307. certior factus, quòd Herbipolensis Epi-scopus Abbatis Fuldensis Jurisdictionem tur-bare ausus fuerat, eundem graviter redarguit per hæc verba — *Conquestus est nobis V. Hen-ricus Abbas Ecclesiæ Fuldensis Princeps noster dilectus, quod tu contra tenorem privilegiorum suorum, quæ vidimus, Homines Castrenses Ab-batis ipsius proscribis, & excommunicas, quod in suum præjudicium vertitur, & libertatis Ec-clesiæ Fuldensis non modicum detrimentum: qua-propter discretioni tuæ per Regia scripta man-damus, volentes, qualiter super præmissis, & aliis, quæ contra tenorem privilegiorum Abba-tis prædicti fieri dignoscuntur, de cætero om-nino contineas, & restringas, penitus revocan-do proscriptionis, & excommunicationis senten-tias, si quæ latæ sunt contra præfatos, & alios Homines dictæ Ecclesiæ Fuldensis &c. ut in d. Summar. num.23.* Tot inquam Imperatorum Privilegia, & declarationes in actibus propor-tionatis emissæ, tametsi tribuere non valeant Abbati Jurisdictionem quasi Episcopalem, *ad Text. in cap. quoniam, de privileg. & cap.2. de supplen. neglígent. Prælat. & cap. decernimus, de Judic.*, plurimum tamen deserviunt pro inter-pretatione Jurisdictionis, eo tempore per Sum-mos Pontifices Abbatibus datæ, *R. P. D. Pe-tra in suis Commentar. ad Constit. Apostol. con-stit.6. Alexandri III. dicta sect.1. numer.56. fol.140. tom.2.*

Quo verò ad Episcopos Moguntinum, & Herbipolensem, isti pariter putarunt Abba-tiam Fuldensem fuisse immediatè Romanæ Se-dis potestati subjectam, & independentem à cujusvis Episcopi Superioritate; attento quòd 33
Moguntinus nunquam spatio decem seculo-rum præsumpsit, illam partem Abbatiæ trans amnem Fuldam, quæ respicit Moguntiam, ad se pertinere, ut advertit *Decisio edita die 27. Aprilis 1705. §.11. coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*, addito etiam quòd Sifridus, unus ex Archiepiscopis Moguntinis, anno 1069 Concordiam stipulavit cum Abba-te Fuldensi, qua sancitum fuit, quòd *in om-nibus locis, ad Sanctum Bonifacium inter Paro-chiam suam pertinentibus*, absque ulla contra-dictione Decimæ ad ipsum Abbatem privati-vè spectassent *dicto Summario num.18.*, & Joannes Philippus, qui erat quoque Archie-piscopus Moguntinus, & insimul Episcopus Herbipolensis, cum uti Archiepiscopus Mo-guntinus vices gereret Mediatoris Concor-diæ, anno 1662. inter dictum Abbatem, & Episcopatum Herbipolensem initæ, expressè professus fuit, Abbatiam Fuldensem suo po-tiri Territorio Separato, & Diœcesi certis designatâ finibus, comprehendentibus partem Territorii versus Moguntiam *dicto Summario num.74.*

Atque id ipsum sensisse visum fuit etiam Antistites Herbipolenses, ut patet ex eo, quòd anno 826. Vvolfgerus Episcopus Herbipolen., & Rargarius Fuldensis Abbas, *cum suis Cle-ricis, & Populis* coadunati, amicabiliter con-cordarunt Loca, & Villas, super quibus De-cimas unusquisque exigere valeret *dicto Sum-mario num.11.* Cætus autem, & Congregatio Episcopi cum suo Clero, & Populo ex una, & Abbatis cum suo similiter Clero, & Popu-lo ex altera, signum est saltem dubium Ordi- 34
nariæ Jurisdictionis, *ad Text. in cap. per exem-ptionem, & cap. si Papa, de privil. in 6.* idem-

que dicendum est de Jure decimandi, Abbati competenti, & per dictam Concordiam ap-
35 probato, quia illud regulariter ad Parochum, vel ad Episcopum, aliamve Personam Jura Episcopalia habentem, privativè spectat; per *Text. in cap. cum contingat, cap. cum in tua, & in cap. Dudum, de decim. Rot. in Toletana Jurisdictionis super Decimis 21. Aprilis 1690. §. Fundamentum, cor. Reverendiss. P. D. meo Molines Decano, aliique adducti in decisione 1. Junii 1308. §.45. coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Accedit præterea, quòd Philippus Adolphus, Episcopus pariter Herbipolensis, suspendit anno 1628. reformationem Parochiæ Vvolfsmunster, ex quo sciverat, quòd dictum Castrum spectabat ad Abbatem Fuldensem una
36 cum *Supremis Jurisdictionibus*, & existebat de ejusdem *Diœcesis* directo dominio *dicto Summ. n.86.*, & anno 1638. Franciscus alter Episcopus noluit conferre quandam Parochialem Nicolao Sciffert, eo quia Literas dimissoriales Abbatis Fuldensis non exhibebat *dicto Summario num.87.*, si enim non agnovissent in Abbate Jus Diœcesanum, ad istos actus non devenissent, ad tradita per *Rotam dec.274. n.4. part.17. recent.* Et tandem præsens lis, & controversia fuit à Joanne Godefrido Antecessore moderni Episcopi introducta sub narrativa, quòd -- *licèt ipsius Prædecessoribus Jurisdictio Episcopalis in diversa Loca, Cœnobia, & Parochias, Territorii Abbatiæ Fuldensis in Actis specificandas competierit, ob litem tamen, & simultatem inter ipsos, & Abbatem Fuldensem exortas, de facto prædicti Prædecessores impediti fuerunt*, -- ut in binis Commissionibus, & Mandatis Procuræ *dicto Summario numer.1. & 2.*, & successivè in Actis explicavit certa Loca, cis amnem Fuldam posita, quæ Diœcesi Herbipolen. subjecta esse prætendebat; Undè cum reintegrari non postulaverit ad omnia loca Abbatiæ Fuldensis cis amnem existentia, in planam consequentiam descendit, quòd in reliquis admiserit Jurisdictionem quasi Episcopalem Abbatis, & hujusmodi confessio, utpote in ipso Judicii
37 limine emissa, & elicita ex actibus adeò proportionatis, fortiùs attendi debet. *l. cum precum C. de liber. caus., Spad. consil.58. n.11. lib.1., Rota dec.2. de Judic. coram Crescent. dec.618. num.26. cor. Dunozet. Jun.* & in proposito *dec.1126. num.1. & sequen. cor. Coccin.*

Hæcque omnia, quæ de per se clara erant ad ostendendum quod saltem dubius, & putativus censeri debeat dictus titulus, ex Apostolicis Privilegiis ab Abbate Fuldensi desumptus; adhuc clariora reddebantur ex eo, quòd cum Julius Episcopus Herbipolen. anno
38 1576. vi copiarum suarum, Abbatiam, ejecto Balthassare Abbate, invasisset, ut referunt *Brovver de Antiq. Fuld. lib.4. cap. ult. pag.336.* aliique allegati *in dec.28. Junii 1700. §. Sed magis, cor. Eminentissimo Domino Card. de la Tremoille*, Summus Pontifex Gregorius XIII. hujus rei gravitate commotus, statim insurrexit adversus Episcopum Julium, jubendo, ut sub pœna excommunicationis omnem Abbatiæ administrationem statim deponeret, Vicariosque, & alios Ministros suos indè amoveret, atque etiam Maximilianum Imperatorem hortatus fuit, ut sine ulla mora provideret, *Pastoremque ejectum Gregi suo* restitueret: *dicto Summario num.36. & 37.*, ad quem effectum per aliud Breve eidem opportunas facultates tribuit *dicto Summario num.40.* & huic Pontificio mandato Maximilianus obsequendo, præcipit Episcopo Julio, ut visis Cæsareis Literis, universaliter ab omni *Jurisdictione Ecclesiastica*, & Civili manum totaliter abstraheret, illamque loco sequestri deponi jussit penes Magnum Magistrum Ordinis Theutonici *dicto Summario num.38. & 39.* Quia verò interim vita functo Maximiliano contumacia Episcopi Julii cohiberi nequibat, idem Summus Pontifex repetitis vicibus excitavit Imperatorem Rodulphum Successorem, ut Cæsarea auctoritate Abbatem Balthassarem oppressum sublevaret, & ut eidem, qui legitimus *Pastor, & Possessor erat* (sunt verba Brevis) *omnes fructus darentur*, nè quid ibi *Jurisdictio, cæteraque res Ecclesiasticæ* detrimenti paterentur, ut latiùs in *dicto Summario n.40. 41. 42. 45. & 46.*, atque similia Brevia misit insuper ad Archiepiscopos Moguntinum, & Trevirensem *dicto Summario num.43. 44.*

Quemadmodum etiam mortuo Gregorio Sixtus Papa V. illius Successor anno 1588. non minus acriter Literis suis increpavit dictum Episcopum Julium *dicto Smmario n.47.*, & tandem, dum hæc agebantur, anno 1602. supervenit Sententia Imperatoris Rodulphi diù expectata, per quam rescissis omnibus gestis in Ditione Fulden. ab Episcopo Julio, declaravit, *eidem non licuisse se articulato modo immiscere, & Diœcesim Fuldensem de facto apprehendere*, & successivè injunxit Magno Magistro Ordinis Theuthonici, *ut Abbati Fuldensi suæ Ditionis possessionem plenariè, & omnimodè restitueret, & in illa manuteneretur, ac omnes dictæ Diœcesis Status Ecclesiasticos, & Seculares, Cives, & Subditos, nemine excepto, ad parendum* dictæ Sententiæ, & præstandam dicto Abbati obedientiam compelleret *dicto Summario num.55. & 56.* Istique Imperiali mandato inseruit aliud directum *ad Status Consiliarios Ecclesiasticos, & Seculares Ministros, Vasallos, Cives, & Subditos, tam in Civitatibus, quàm in Territorio Fuldensi*, quo his omnibus jubebat, ut *prædictum Abbatem tanquam eorum Ordinarium Dominum, & Regnantem Principem recognoscerent, & ut ejusdem Mandatis, & Interdictis in Ecclesiasticis, & Secularibus Causis obedirent -- dicto Summario num.56.*

Cumque postmodum Abbas suam Jurisdictionem Imperiali Sententia, & Mandatis sic sibi restitutam, firmiùs Pontificio Brevi constabilire curavisset, Summus Pontifex Clemens VIII., ad quem Abbas recursum habuit, examinandum commisit Sacræ Congregationi Concilii, an eidem Abbati esset concedendum Breve super expresso exercitio *quasi Episcopalis Jurisdictionis*, & edito responso affirmativo, exceptis his, quæ sunt Ordinis, & Consecrationem requirunt *dicto Summario num.57.*, Papa ad hujus Rescripti teno- 40
rem precibus Abbatis libenter annuit per Bre-

Breve hisce verbis conceptum -- *Jurisdictionem aliàs tibi competentem auctoritate Apostolica excitamus, & confirmamus, ut in Locis tibi subjectis, in quibus Jurisdictionem quasi Episcopalem habes, quascunque Ecclesias, & Loca Pia, Secularia, & Regularia tuæ hujusmodi Jurisdictioni subjecta, tam in Capite, quàm in Membris visitare, & reformare &c. cætera denique ad eandem Jurisdictionem pertinentia facere cures, sine tamen alicujus præjudicio &c. dicto Summario num* 58. Quòd autem tale Breve, sicut & illa alia Gregorii XIII., & Sixti V. superiùs enunciata, ut dictum est, occasione Spolii à Julio Episcopo perpetrati, scripta Imperatoribus Maximiliano, & Rodulpho, Archiepiscopis Moguntino, & Trevirensi, nec non Balthassari Abbati, & ipsi Julio Herbipolensi Episcopo, quicquid sit, an tribuant dicto Abbati, nec nè, Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & Populum, quomodo literaliter legitur in Sententia, & Mandatis Imperatoris Rodulphi, supra per extensum relatis, certè ambigendum non est, quin ad minus illam præsupponant: in contrarium non urgente clausula *sine præjudicio alicujus*, adjecta præfato Brevi, quia per illam censeri non potest præservata Jurisdictio Episcopi Herbipolen., cum paulò ante Cæsarea Sententia Rodulphi, de ordine Antecessorum Pontificum lata, declaratum fuisset, ei illam nullo pacto competere, atque etiam quia in antecedentibus Brevibus Gregorii XIII., & Sixti V., uti spoliativa improbata fuerat illius possessio ab Episcopo arrepta, ut supra dictum est, & benè observat *Decisio edita die* 28. *Junii* 1700. §. *Clausula verò, coram Eminentissimo Domino Card. de la Tremoille*. Non prætereundo, quòd ex post Paulus V. anno 1606., anno 1612., & Urbanus VIII. anno 1623., anno 1634., & anno 1638. occasione confirmationis electionis Abbatis, eidem per Apostolica Brevia commiserunt Abbatiæ *Curam, Regimen, & Administrationem in Spiritualibus, & Temporalibus plenariè -- dicto Summario num.* 59. 60. & 63. qua verborum formula dubio procul usi minimè fuissent, si ipsi quoque Pontifices quoquo modo Jurisdictionem quasi Episcopalem in Abbatibus Fuldensibus non præsupposuissent, ut de se patet.

Quamobrem si ex præmissis Summi Pontifices, universa Ecclesia Catholica, Curia Romana, Imperatores, Historici Scriptores, finitimi Episcopi, Moguntinus, & ipsemet Herbipolensis opinati fuerunt, ex prædictis omnibus Apostolicis Privilegiis competere Abbati Jurisdictionem quasi Episcopalem in suo Territorio, adeòut illis etiam attentè rimatis Sacrum Auditorium per geminas vices, videntibus omnibus Dominis, in hac Sententiam devenit, ut narrat altera mea *Decisio super Nativa* in hac Causa edita *die* 12. *mensis currentis* §. 1. *& seq.*, & hodie in Repropositione Causæ, quo ad punctum Dativæ Jurisdictionis ad partes examinatum, ob suffragiorum discrepantiam, nulla capi potuerit resolutio, quis unquam in dubium revocare poterit, quin sæpèdicta Privilegia, Abbatiæ Fuldensi à tot Summis Pontificibus elargita, ad omne pejus præbere potuerint Antecessoribus Abbatibus titulum in linea dubii colorati, & putativi, justo errore causati, justamque præscribendi causam tribuentis, ex animadversis per *Trobat. de Effectibus Immemorabil. quæst.* 14. *art.* 2. *num.* 12. *Rota dec.* 324. *n.* 8. *part.* 1. *recen.* 41

Cum titulo autem putativo, & colorato hucusque expenso, concurrebat plusquam quadragenaria observantia; Quippe ad evitandas ulteriores disputationes, illam etiam desumendo ab anno solum 1602. (quo tempore purgatum extitit spolium commissum ab Episcopo Julio, & Abbas Balthassar restitutus fuit ad Abbatiæ possessionem) & deveniendo usque ad annum 1688. motæ hujus litis, Abbates toto hoc tempore Ecclesias Ditionis Fulden. sibi subjectas semper visitarunt, Synodos congregarunt, Examinatores Synodales designarunt, Dimissorias suis Subditis secularibus dederunt, Parochos instituerunt, & destituerunt; Testamenta, & ultimas Voluntates executioni demandarunt, Causas Matrimoniales, & Criminales cognoverunt, Vicarios Generales deputarunt, Concionatoribus prædicandi potestatem fecerunt, Confessarios approbarunt, Decreta interposuerunt in alienatione Bonorum Ecclesiæ, Subditos anathemate percusserunt, & absolverunt, Scholas, & Seminaria erexerunt, Ecclesiarum Collegiatarum Statuta confirmarunt, Confraternitates instituerunt, & demum plures alios actus ad exercitium Ordinariæ, & quasi Episcopalis Jurisdictionis pertinentes, exercuerunt, ut resultat ex datis in *d. Summar. à num.* 79. *ad num.* 85., & ab examine triginta trium testium formiter examinatorum cum Literis remissorialibus, & Interrogatoriis datis pro parte Episcopi Herbipolensis, ut in separato *Summario* eorundem Testium distributo *die* 28. *Junii* 1700. *coram Eminentiss. D. Card. de la Tremoille*.

Absque eo quòd in contrarium repetere juvet actus aliàs recensitos in quadam Notula Locorum distributa *die* 27. *Aprilis* 1705. *cor. Reverendissimo D. meo Molines Decano*, super quibus locis Episcopus Herbipolen. manuteneri, & Jurisdictionem exercuisse contendit: Nam omissa pro nunc tanquam superflua particulari responsione, qua unusquisque ex adductis actibus à Defensoribus Abbatis reiiciebatur, cessare visa fuit undique difficultas, reflectendo, quòd illi actus, qui sunt ante annum 1602., inter quos adscribi potest asserta Synodus Moguntina, qua anno 1408. auctoritate Papæ Leonis IX. sancitum fuisse dicebatur, quòd Clericus ab Abbate eligendus pro definiendis Causis in nonnullis Ecclesiis, & paucis quibusdam Locis, Bannum, seu Placitum ab Episcopo Herbipolen. susciperet *Summario* antiquo Episcopi *num.* 64. *&* 65., omnes una cum ipsa Synodo ponendi veniunt ad partes, cum sint priores dicta quadragenaria, quam propterea infringere non valent: Alii verò actus post quadragenariam gesti ab Episcopo annis 1606. 1607. 1608. 1615. 1616. & 1618., registrati in dicta Notula & in *Summario* Episcopi dato *die* 1. *Julii* 1708. *numero* 13. *numero* 14., *& numero* 15., nul-

nullius etiam sunt momenti, quia primi annorum 1606. 1607. respiciunt collationes Ordinum, Episcopis privativè reservatas *d. Sacro Concilio Tridentino sess.23. cap.4. de Ordine*, & reliqui annorum 1608. 1615. 1616., & 1618. consistentes in cognitione Causarum Matrimonialium, & decisione aliarum Causarum, re-
42 manent æquivoci, ex quo Litigantes, vel alter eorum, erat Diœcesis Herbipolen., ut respondet *Decisio 28. Junii 1700. §. Quam sanè, coram Eminentissimo D. Card. de la Tremoille, & 27. Aprilis 1705. §. 27. coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*.

Prout inutiliter obiiciebatur, quòd propter bellum Svecicum, quod in illis partibus exarserat circa annum 1631., Episcopus Herbipolen. impeditus fuerit libero suorum actuum exercitio: Siquidem Gustavus Rex per dictum
43 bellum nulla ex parte turbavit exercitium Catholicæ Religionis, & Ecclesiasticæ Jurisdictionis, ut traditur in *Theatro Europeo ad annum 1631. tom.2. fol.478. d. Joanne Abellin. in Cronic. Histor. fol.436. d. Petr. Lottrich. lib. 42. capit.1. §.2. & cap.2. §. Proindè, d. Joanne Baptista Bung. lib.2. pag.160. & seqq. d. Bissaccioni Histor. memorab. pag.97.*, & apertiùs confirmant plures Jurisdictionales actus, tunc temporis per Abbatem Fuldensem peracti *d. Summario Abbat. Numero 82., & 83.* Ulteriùs, ut præscriptio adversus Episcopum currere desiisset, satis non esset, quòd bello prohibi-
44 tus fuisset suæ Jurisdictionis exercitio, sed insuper doceri oporteret, quòd tale impedimentum fuerit causa illam non exercendi, ostendendo, quòd ante, & post bellum aliquid agere curasset, ut benè docuit *Abb. in cap. Ex transmissa, de præscript. num.5. & 6. Menoch. cons.972. num.46. & seqq.* Cæterùm, sive quadragenaria etiam computetur post prædictos actus ab Episcopo allegatos, hoc est post annum 1618., sive post annum 1635., quo tempore circiter cessavit sæva illa Svecici belli tempestas; adhuc usque ad annum 1683. motæ præsentis Litis habetur tempus exuberans ad quadragenariam perfectè complendam, ut arguit *d. dec. 28. Junii 1700. §. Impedimentum, coram Eminentissimo D. Cardin. de la Tremoille 26. Februarii 1703. §. Nec demum, coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & 27. Aprilis 1705. §. 27. cor. eodem*.

Ejusdemque irrevelantiæ est, quòd Concordiæ initæ inter Episcopum Herbipolen. & Abbatem Fuldensem annis 1613. 1614., & 1662., collabescere faciant in Abbate fundamentum bonæ fidei ad validam præscriptionem requisitæ, & respectivè excludant possessionem omninò pacificam. Pro remotione namque istiusmodi objecti animadversum fuit, quòd in prima anni 1613. refertur prætentio Episcopi pro Jurisdictione Ecclesiastica, non in tota Abbatia, *sed in diversis Locis, Monasteriis, & Parochiis*, in eaque Abbas dumtaxat consensit, quòd Clerici ordinandi, quos cæteroquin transmittere poterat ad quemcunque Ordinarium sibi benevisum, aliæque Personæ Ecclesiasticæ, & Parochi, ad Dominum Episcopum trasmitterentur, *ut Dilectionem suam Herbipolensem pro Ordinario Episcopo in Pontificalibus, & in iis, quæ sunt Ordinis, cognoscant, ac Ordinandos Herbipolim mittant*; Et è contra Episcopus, relictis in suspenso nonnullis aliis punctis controversis, in alio congressu examinandis, agnovit Abbatem, uti Ordinarium, invicem promittentes, *quòd in posterum nullum Alumnum, aut Clericum, suis Dimissorialibus non instructum, contra unam, alteramve Ecclesiam reciperent, sed si quis, vel plures ejusmodi in futurum in stiftis Herbipolensi, & Fuldensi absque Dimissorialibus comperti fuerint, eundem, vel eosdem ad sui Superioris requisitionem extraderent, ut in Summario additionali Abbatis distributo die 1. Junii 1708. coram R. P. D. meo Ansaldo*. Actus verò anni 1614. absolutè dici nequit Concordia, sed veriùs tractatus à Ministris assumptus pro Concordia ineunda, idque adeò verum, ut nunquam ab Abbate approbatus fuerit, aut ratificatus *d. Summario Episcopi coram R.P.D. meo Ansaldo num.10.*

Et demùm Concordia stipulata anno 1662. immeritò allegabatur ab Episcopo, dum ab eodem, tanquam sibi præjudicialis, aliàs fuit in Judicio acriter impugnata, ut patet ex Decisionibus 1028., & 1267. *Emerix Jun.*, illam tamen ex capite deficientię solemnitatum infirmantibus; & revera tantum abest, ut in aliquo præjudicet Jurisdictioni Abbatis, quin potius illam confirmet, in ea enim stabilitum legitur, *quòd Ecclesia Fuldensis sit, maneatque eatenus Nullius Diœcesis, habeatque ejusdem Antistes in Clerum, & Populum Jurisdictionem Ordinariam privativè, qualis Prælatis Episcopo inferioribus, & de facto Reverendissimo Fuldensi (sive de Jure, sive ex Consuetudine) competit, hanc Jurisdictionem exerceat, ut hactenus exercita est; dicto Summario* antiquo Abbatis *num.74.*, proindeque si quotiescunque Abbatis Jurisdictio quasi Episcopalis ab Episcopis Herbipolensibus controversa fuit, per Concordias postmodum celebratas magis, magisque canonizata fuit ab ipsismet Episcopis, consequens est, quòd vigore earumdem Concordiarum Abbates pro tempore, nec constituti dici debeant in mala fide, minusque quòd unquam interuptum fuerit eorum Jurisdictionis exercitium, quemadmodum de Possessore, qui nunquam sua possessione 45
deturbatus, Causam vicit, tradunt *Felin. in cap. illud, num.17. de præscript. Covaruv. in Regul. possess. part.2. §.12. num.4. vers. Secunda Conclusio, Card. de Luc. discurs.27. num.7. de Paroch. Rot. dec.467. num.1. coram Ludovis. dec.288. n.6. apud Postb. de Manut. dec.69. num.28. post Tamburin. de Jur. Abb. dec.281. num.21. & dec.307. num.7. coram Emerix Jun. in Giennen. Juris mutandi super restitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. Sive demum, cum seqq. coram bon. me. Muto*.

Longè verò minus efficax est argumentum prætensæ malæ fidei Abbatis, desumptum ex Epistolis eidem ab Herbipolensi Episcopo scriptis annis 1621. & 1656., quibus hic conquerebatur, quòd ipse Abbas Jus suum Diœcesanum turbaret *dicto Summario* Episcopi *coram R. P. D. meo Ansaldo num.17.*, Tum quia Abbas in suis Responsionibus protestatus fuit, velle continuare in sua Jurisdictione *d. Summario num.17. lit. G. V. & X.*: Tum etiam quia cum

cùm magnificatæ Epistolæ nihil aliud præseferant, quàm requisitiones extrajudiciales Episcopi, contendentis Jurisdictionem ad se
46 spectare, ex illis, nec mala fides inducta, nec præscriptio interversa dici queit. *Surd. decision.5. num.7.*, eo quia Abbas talibus re-
47 quisitionibus credere non tenebatur, *Gratian. discep. foren.80. num.29. & 30. Cyriac. controv. 624. num.64. & seqq. Surd. d. decis.5. num.6. & seqq.*

Et denique scientia etiam Episcoporum Herbipolensium satis abundè resultabat ex dictis Epistolis ad Abbatem scriptis, & præ-
48 sumitur ex vicinitate Territorii, & actuum multiplicitate, ut probat *dec. 28. Junii 1700. §. Scientia autem, coram Eminentiss. D. meo Card. de la Tremoille.* Turpe namque fuisset, solos Episcopos Herbipolenses, de quorum Jure agebatur, ignorasse, quod omnes noverant, ut triginta tres Testes de publica voce, & fama, & de constanti traditione à Majoribus recepta testati fuerunt, quocirca nullam, vel non nisi supinam, & crassam ignorantiam habuisse allegari valeat, quæ eosdem excusare minimè posset, ut monuit *Paulus Juris Consultus in L. Regula est 9. ff. de Jur. & fact. ignorant.*

Et ita utraque Parte informante responsum fuit, omnibus Dominis videntibus.

Emo. SCOTTO.

Gerunden. Anniversariorum de Grixols.

Lunæ 3. Decembris 1708.

ARGUMENTUM.

Parochus impedire non valet Fundationem Anniversariorum, aliorumque Piorum Operum in Ecclesia inferiori, absque ejus consensu, & successivè illorum implementum, faciendum per alios Sacerdotes, Fundatori benè visos.

SUMMARIUM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Liberum est cuilibet relinquere Anniversaria, & onera Missarum in qualibet Ecclesia, sibi benè visa*, & n.16.
3 *Jurisdictio Parochi comprehendit tantùm ea, quæ concernunt Curam animarum, non autem actus indifferentes*, & n.18.
4 *Fundatio Anniversariorum, & onera Missarum, non recensentur inter Jura Parochialia*, & n.6. & 19.
5 *Ex Legatis factis pro Anniversariis in Ecclesiis inferioribus non debetur Quarta Parocho*, & n.20.
7 *A licentia à Parocho concessa ædificandi aliam Ecclesiam intra fines Parochiæ, non infertur ad Filiationem*, & num.8. & 26.
9 *A diversis, & separatis non potest fieri illatio*, & n.30.
10 *Potestas quasi Episcopalis, nonnisi per Privilegium Apostolicum, vel ex immemorabili consuetudine acquiri potest*, & n.33.
11 *Sententia in causa status, & in judicatum transacta, pro veritate haberi debet, præsertim si sit antiqua*, & n.34.
12 *Simplex relatio ad scripturas, quæ non exhibeantur, nullum probationis gradum constituit, præsertim ad favorem ejus, à quo fuerunt exaratæ.*
13 *Defunctorum voluntates sunt inviolabiliter servandæ.*
14 *Non est locus restitutioni in integrum, nisi docto de injustitia Sententiæ.*
15 *Fundator in limine Fundationis potest apponere conditiones, sibi benè visas, etiam Juri contrarias.*
17 *Celebrationem Missæ relictæ à Testatore cum determinatione certæ Ecclesiæ, non potest Sacerdos, vel hæres ad aliam transferre.*
21 *Celebrationem Missarum, quæ in aliqua Ecclesia inferiori dicendæ relictæ sunt, deputati ad ejusdem Ecclesiæ gubernium demandare possunt cuilibet Sacerdoti, ipsis benè viso, excluso Parocho.*
22 *Ædificatio novæ Ecclesiæ intra fines Parochiæ impediri non valet, ratione præjudicii, quod Ecclesia Parochialis sentiret, ex quo per ipsos Parochianos possent ibidem Missæ, & Anniversaria relinqui.*
23 *Nulla Ecclesia, præter Cathedralem, potest de Jure super subjectione alterius Ecclesiæ intentionem suam fundare, exceptis Juribus Parochialibus.*
24 *Ad hoc, ut Ecclesia noviter constructa Parochiali subjecta dici debeat, quæ sint probanda.*
25 *Quando Ecclesia Parochialis dicatur propriè Matrix, & quando impropriè.*
27 *Oblationes, quæ fiunt in Capellis, vel Ecclesiis, existentibus intra fines Parochiæ, dum non constat de contraria Offerentium voluntate, non debentur Capellano, sed Parocho.*
28 *Retentio clavium apud Parochum non arguit inferioris Ecclesiæ subjectionem, & quare.*
29 *Laicus non habens potestatem exercendi Jurisdictionem Spiritualem, non potest illam aliis communicare.*
31 *Beneficiati, Ecclesiæ Parochialis servitio addicti, salvo eodem servitio, non est, cur non valeant in Ecclesia inferiori Missas, Aniversaria, & alia Opera Pia celebrare.*
32 *Beneficiati alicui Ecclesiæ exemptæ, in Diœcesi tamen existenti, mancipati, remanent Episcopo subjecti.*
35 *Transactio, ad quam faciendam major pars Collegialium non intervenit, afficere non valet Corpus ipsum Beneficiatorum.*
36 *Sed stipulata censetur ab iis, qui interfuerunt, nomine proprio, & jure singulari; ac propterea ipsos tantùm obligare valet.*
37 *Pro actu merè voluntario, & tangente privatum interesse singulorum Collegialium, ad ejus validitatem requiritur consensus omnium de Collegio, nec sufficit consensus majoris partis.*

38 Con-

38 *Concordia non datur sine omnium consensu.*

39 *Deficiente causa motiva Confirmationis, deficere dicitur voluntas confirmandi.*

40 *Corruente supposito validitatis actus, corruit quoque subsecuta illius approbatio, licèt Juramento fuerit vallata.*

DECISIO IX.

NImis angustam Cultui Divino, ac publicæ pietati existimantes Homines Insignis Oppidi de Guixols unicam Ecclesiam Parochialem S. Felicis, in eodem Oppido existentem, cujus cura penes Abbatem pro tempore Ordinis S. Benedicti, servitium verò Chori penes Monachos ejusdem Ordinis, ac etiam nonnullos Beneficiatos, distinctam Massam habentes, seorsim exercetur, de anno 1548. novam Ecclesiam sub invocatione Sancti Joannis propriis sumptibus construxerunt: Undè
1 Incolæ Loci illius latius pietatem effundentes, plura in ultimis tabulis Legata Pia, & Anniversaria perpetua reliquerunt in prædicta Ecclesia noviter constructa, demandando illorum implementum prædictis Beneficiatis Ecclesiæ Parochialis S. Felicis. Cum autem modernus Abbas prætentionem excitaverit, quòd tam Fundatio Anniversariorum, quàm etiam illorum executio expleri non posset sine illius licentia per Beneficiatos, ac proindè controversiam hanc vigore specialis Commissionis mihi delegari obtinuerit, proposui Dubium utriusque prætentionis complexivum, videlicet. -- *An homines S. Felicis de Guixols possint fundare Anniversaria, & onera Missarum perpetuarum in Ecclesia S. Joannis, implenda per Beneficiatos Parochialis Ecclesiæ S. Felicis de Guixols sine consensu Abbatis S. Benedicti* -- quod fuit *Affirmativè in omnibus* in hodierna Audientia resolutum.

Quo enim ad Anniversaria resolutionis motivum desumpserunt DD. à libertate cuilibet pio Fundatori attributa legandi, vel relinquendi Anniversaria, & onera Missarum in qualibet Ecclesia sibi benevisa, ut spiritua-
2 le auxilium Defunctis exhibeatur, quæ quidem libertas nullibi à Sacris Canonibus legitur impedita, quinimmo expressè permittitur, & commendatur *in cap. final. de testamentis. Lara de Anniversariis cap.*25. *numer.*54. & 56. *lib.*1., & meliùs *lib.*2. *cap.* 1. *num.*13. cum aliis per eum adductis.

Neque assumptum Abbatis juvari potuit ex eo, quòd ipse sit Rector, ac Parochus totius Loci de Guixols, indè inferendo, quòd intra limites propriæ Parochiæ Pium Opus expleri non possit sine illius licentia: Etenim tunc solùm illatio procederet, ubi ageretur de illis Piis Operibus, directè percutientibus Parochialia Jura, sed cum hìc sermo esset de Pio Opere explendo in Ecclesia inferiori independenter à Juribus Parochialibus, nulla ratio suberat, quòd Abbas pote-
3 statem Rectoris sibi tantùm attributam in iis, quæ concernunt Curam animarum, ulteriùs extenderet etiam ad actus indifferentes, ac positos extra sphæram suæ Jurisdictionis, sicuti contra Parochum respondit *Fagnan. in cap. ad audientiam, num.*10. *de Eccles. ædifican. Cardinal. de Luc. de Parochis disc.* 31. *num.*4. & *seqq. Ricc. Collect. dec.*124. *num.*6. & *seqq.*

Ad dignoscendum autem, quòd actus, de quibus præinsertum Dubium loquebatur, Parochialia Jura non tangerent, normam præbuit magistralis *gloss. in cap. quia ex eo, V. Juribus Parochialibus in* 6. ubi diligenter enumerantur omnia ea, quæ Curam animarum, ac Rectoris Jurisdictionem percutiunt, & ta- 4
men ibi neque expressè, neque illativè continentur, vel Fundatio Anniversariorum, vel onera Missarum, ut præcisè argumentando à partium enumeratione docuit *Abb. in Rubrica de Parochis, num.*2. *Card. de Luc. de Paroch. d. disc.*31. *num. final.*, & latè expendit *Rot. dec.*289. *num.*10. *cor. Coccin. repetita dec.*252. *n.*12. & 23. *part.*5. *rec.*

Immo cum de tempore, quo æternæ memoriæ Gregorius IX. universalis Ecclesiæ Gubernio residebat, nonnulli Rectores Ecclesiarum Apostolicæ Sedis oraculum adeundo petiissent declarari, an ipsis deberetur Quarta Canonica ex Legatis factis pro Anniversa- 5
riis in Ecclesiis inferioribus, responsum fuit, Quartam non deberi, ut scriptum habetur *in d. cap. final. de testamentis*, & consonat *Text. in cap. ex parte, de verb. significat.*; Undè ducto indè argumento inevitabilis erat illatio, quòd eorundem Anniversariorum Fundatio Rectoris auctoritatem ex ipso Apostolicæ Sedis 6
decreto non tangebat, ut examinando *Textum* prædictum scripsit *Gonzalez Tellez num. fin. Lara de Anniversariis cap.*25. *n.*54. & 56. §. *Sed quamvis*.

Quod autem à Jure favore Abbatis haberi non potuit, neque ex facto depromi visum fuit: quamvis enim ipse conaretur ostendere, quòd Ecclesia S. Joannis esset Filialis alterius Ecclesiæ S. Felicis, ex quadam sententia lata anno 1678., ubi enunciatur, quòd constructio Ecclesiæ controversæ secuta fuerit de licentia Abbatis, eidemque consignatæ extiterint claves ejusdem Ecclesiæ, nihilominus consignatio clavium ex eadem sententia legitur facta per modum provisionis, ac deindè revocata *Summario Universitatis num.* 7., ex sola licentia ædificandi, aliàs de Jure ne- 7
cessaria ad effectum præservandi Jura Parochialia, ut in dicta Sententia, & etiam tradit *Tondut. Resol. Benefic. part.*1. *cap.*53. *num.*17. & 18., non infertur ad Filiationem, quæ tan- 8
quàm odiosa subjectio, exigit rigorosas, & univocas probationes, ut dixit *Card. de Luc. de Parochis disc.*40. *num.*12. cum ibi relatis.

Neque attendi posse visum fuit, quòd Abbas consensum interposuerit in nonnullis Fundationibus Anniversariorum: quia cum illæ fuerint erecta in Ecclesia Monasteriali S. Felicis, & legata ulteriùs legerentur Monachis ejusdem Ecclesiæ, necessaria erat quidem in illis licentia Abbatis tanquàm Superioris Regularis, sed neutiquàm indè inferri valet, 9
quòd eadem licentia requiratur in alia distincta Ecclesia Sancti Joannis, quæ ab Abbate nullam habet dependentiam, cum à diversis, & separatis fieri non possit illatio. *l. si ex plagis* §. *In Clivio, ff. ad legem Aquiliam*,

liam. Rota in Avenionen. seu Carpentoracten. Fideicommissi de Tertullis 2. Julii 1706. §. In nihilo, in fine, coram R. P. D. meo Lancetta.

Debiliori fundamento nitebatur Abbas in ea parte, in qua prætendebat sibi subiicere Beneficiatos, nè dictorum Anniversariorum onera expierent: Licèt enim Beneficiati prædicti inserviant Ecclesiæ Monasteriali in iis, quæ respiciunt Chorum, & Divina Officia; attamen cum Locus de Guixols sit positus in Diœcesi Gerunden., & extra controversiam subsit pleno jure Reverendissimo Episcopo, ut ex Visitationibus factis in eadem Ecclesia S. Joannis, *Summ. Universitatis num.* 5., regula Abbati resistit, cum omnes Presbyteri, inibi existentes, Ordinariæ tantùm Jurisdictioni sint subjecti, ac proindè non poterat ipse, evertendo ordinem Ecclesiasticæ Hierarchiæ,
10 quicquam Jurisdictionis in ipsos sibi arrogare, gerendo figuram Prælati inferioris, & potestatem quasi Episcopalem habentis, quæ nonnisi per amplissimum Privilegium Apostolicum, vel ex immemorabili consuetudine potest acquiri, ut per *Gloss. in cap.* 1. *de præscriptionibus. Card. de Luca de Jurisdiction. discurs.* 1. *num.* 11. *&* 18. *Rot. dec.* 338. *num.* 11. *coram Priol. dec.* 304. *num.* 7. *part.* 11. *recent. & in Gerunden. Jurisdictionis super bono jure* 5. *Martii* 1992. *coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Resistente potissimùm Sententia lata per Vicarium Generalem Gerunden. in contradictorio Judicio usque ab anno 1626., qua pronunciatum fuit, Abbatem nullam prorsus Jurisdictionem habere in Beneficiatos, Horas Canonicas recitantes in Ecclesia Parochiali Sancti Felicis, sed illos pleno jure subesse Jurisdictioni Ordinariæ Episcopi Gerunden., *Summario Universitatis num.* 12., quæ quidem Sententia, tanquam lata in causa status, & in judicatum transacta, pro veritate haberi debet,
11 ubi præsertim, ut hic, antiquitatis præsidium obtinuit. *leg. res judicatæ ff. de regulis Juris, & leg. ingenuum ff. de statu hominum. Rot. cor. Emerix dec.* 461. *num.* 4. *& cor. Bich. decis.* 312. *num.* 14. *& dec.* 104. *num.* 8. *part.* 19. *recen.*

Absque eo quòd subjectionem Beneficiatorum suadere potuerit quædam informis Attestatio Notarii asserentis, quòd in quodam Juridico Manifesto, publicato ad instantiam Abbatis usque de anno 1671., ipse Abbas probare conabatur ex quibusdam Apostolicis Constitutionibus, quòd Beneficiati tenerentur ei obedire, ac subesse, præsertim in concernentibus Chori servitium: quia cum hæc esset
12 simplex relatio ad Scripturas, & Jura, quæ non exhibentur, & ulteriùs ab eodem Abbate exarata, nullum gradum probationis constituere potuit ad ipsius favorem. *Rota cor. Buratt. dec.* 754. *num.* 3. *& in Ferrarien. Decimarum.* 25. *Junii* 1703. *§. Quantum, coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Et demum resolutioni obstaculum præbere non valuit decantatum præjudicium servitii Ecclesiæ Parochialis, cui incumbere non posse Beneficiatos, Missas pro Anniversariis celebrantes, contendebat Abbas: quoniam neque hoc legitimè justificatum apparuit, & ulteriùs erat inspectio extranea prorsùs à præsenti controversia, cum satis abundanter per Punctaturas, vel aliis opportunis remediis huic præjudicio in Jure consultum remaneat, & conveniebant etiam Scribentes pro Universitate, quòd implementum Anniversariorum obesse non deberet servitio Ecclesiæ Parochialis.

Et ita utraque, &c.

Eadem coram

R. P. D. CRISPO.

Lunæ 1. *Julii* 1709.

Liberas Defunctorum voluntates, licèt inviolabiliter servandas, nec alieno regu- 13
landas arbitrio, ipsæmet XII. Tabularum leges statuerint, præcisè jubendo, *uti quisque legasset suæ rei, ita jus esto*, prout retulit *Justin. in Novell.* 22. *sive Auth. de Nupt. §. Disponat. collat.* 4., sanciendo proindè, neminem contra eandem dispositionem valere, nec si Sacram impetret Firmam, hoc est Principis Rescriptum obtineat, sic pariter decernentibus Sacris Canonibus, quòd ultima voluntas defuncti modis omnibus conservari debeat, ut in *Can.* 4. *caus.* 13. *quæst.* 2.: attamen modernus Abbas Ecclesiæ Parochialis S. Felicis libertatem hanc morientibus in eorum piis largitionibus adimere tentavit, prætentionem excitando, quòd Homines Oppidi de Guixols, qui novam Ecclesiam sub Invocatione Sancti Joannis propriis sumptibus extruxerant, non possent ibidem fundare Anniversaria, & onera perpetua Missarum, atque illorum executio expleri non posset per Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis sine ipsius licentia, hinc jure merito per Sententiam nostri Tribunalis *cor. R. P. D. meo Scotto* succubuit, quæ postea ob non interpositam intra decendium appellationem in auctoritatem rei judicatæ transivit. Commissa verò mihi in gradu Restitutionis in integrum Appellationis Causa, eaque in hodierna Audientia proposita ad normam Dubii Commissioni conformis, emanavit resolutio — *Non constare de causis restitutionis in integrum.*

Deficit enim fundamentum concedendi restitutionem in integrum, quod est sententiæ injustitia, de qua cum doctum non fuerit, non
potest esse locus dicto extraordinario reme- 14
dio. *cap.* 1. *ibique Repetentes, de restit. in integr. leg. si ex causa ff. de minor.* quando è converso clara effulget Sententiæ Rotalis justitia, in qua ratione optima rejecta extitit Abbatis instantia, quòd Anniversaria in Ecclesia Sancti Joannis sine ipsius licentia fundari, ac per Beneficiatos expleri nequirent, cum illa tendat ad comprimendam liberam Fidelium devotionem, nè possent Anniversaria in qualibet Ecclesia sibi benevisa fundare, & ubi eisdem maluerit relinquere perpetua Missarum onera in Animarum proficuum suffragium, quod quidem nullo Jure permissum esse potest: nam & si pia Mater Ecclesia ad alliciendos Fundatores in Beneficiorum Fundationibus non respuit admittere conditiones
omnes, & pacta, etiam Juri contraria, itaut 15
postquam fuerint Ordinarii auctoritate dictæ

Fundationes roboratæ, quovis prætextu impugnari amplius non valeant per ea, quæ tradit *Rota in Senogallien. Canonicatus de Lucbis* 25. *Januarii* 1709. §. *Non attenta*, *coram R. P. D. meo Lancetta*, quanto magis voluisse dicendum venit, ut Fundatorum voluntates fraudari non debeant, nec eorum libertas li-
16 mitanda, quin peculiari loco, seu particulari Ecclesiæ Anniversaria, & alia Defunctorum suffragia possint infigere, juxta notata in *decis. R. P. D. mei Scotti die* 3. *Decembris* 1708. §. *Quo enim ad Anniversaria*.

Quod adeò verum esse constat, ut si Missarum Fundatio, certo, & determinato loco à Testatore fuerit facta, illæ in loco præscri-
17 pto adeò pernecesse exigitur ut veniant celebrandæ; quòd nec Sacerdos, vel heres possit in aliam Ecclesiam celebrationem transferre, nisi contraveniendo Fundatoris præcepto, ut dixerunt *Gratian. discep. forens.* 73. *n.* 4. *Lara de Anniverf. & Cappell. cap.* 8. *num.* 32. *Pasqualig. de Sacrific. Nov. Leg. quæst.* 1139. *num.* 3. *Amostaz de Causis Piis lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 13. *& seqq. Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerunden. lib.* 3. *tit.* 9. *cap.* 3. *num.* 19. *&* 20. *Rot. dec.* 1149. *coram Seraphin.* atque ita declarasse *Divum Carolum Borromaeum in Concilio Mediolan.* 4. *part.* 2. *tit. Quæ pertineant ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium*, refert *Van. Espen. de Jure Ecclesiast. univers. part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 7. *n.* 32. *tom.* 1.

Quin exaudiendus veniat Abbas ex eo, quòd ipse sit Rector, & Parochus totius Loci de Guixols, atque exindè intra limites propriæ Parochiæ talia Anniversaria, & Missarum celebrationes in Ecclesia inferiori sine ipsius licentia expleri minimè debeant. Etenim Ab-
18 batis objectum tunc sanè relevare posset, quatenus actus prædicti directè percuterent Jus ipsum Parochiale, illudque læderent, nam aliàs Parochus in cæteris actibus extra lineam propriæ Parochialis Jurisdictionis nullam in Jure habet attributam potestatem, ex adductis in *Decisione* §. *Neque assumptum;* Nullibi autem docetur, quòd actus, de quibus agitur, percutere possint Jura Parochialia, cum po-
19 tiùs iidem sint actus indifferentes, nec ullatenùs inclusi intra sphæram suæ Parochialis Jurisdictionis, nam ut notat *decisio in* §. *Ad dignoscendum*, cum per *Glos. in cap. ex eo quia*, *V. Juribus Parochialibus*, *de pactis in* 6. enumerentur omnes actus pertinentes ad Curam animarum, & Parochi Jurisdictionem, inter eos connumerata non reperiuntur, nec Fundatio Anniversariorum, nec onera Missarum, prout nec etiam Doctores, individuantes universos actus Parochiales, ad neutrum ex hisce, de quibus agitur, descenderunt, illos inter Parochiales actus reponendo, ut præ cæteris videre est apud *Abb. in Rubr. de Paroch. n.* 2. *Tondut. Resol. Benef. cap.* 63. *num.* 19. *&* 20. *part.* 1. *Frances de Eccles. Cathed. cap.* 21. *num.* 23. *& seqq.* cum aliis adductis in *decis.* §. *Ad dignoscendum autem*.

Atque id apertè demonstratur ex Gregorii IX. responso *in cap. final. de testam.*, qui decrevit, Quartam Canonicam ex legatis factis
20 pro Anniversariis in Ecclesiis inferioribus, Parochis non deberi, quod utique denotat, dicta Anniversaria Jura Parochialia nullo modo tangere, & quòd ad Parochi auctoritatem illorum Fundatio pertinere non possit.

Nec non ex hac eademmet individua ratione, quòd Missarum legata non sint de Juribus Parochialibus, traditum habetur, quòd Missæ, quæ celebrandæ relictæ fuerunt in aliqua Ecclesia inferiori, Deputati, ad quos Ecclesiæ gubernium fuit commissum, possunt ad eorum electionem Missarum celebrationes demandare cuilibet ipsis beneviso 21
Sacerdoti, absque eo, quòd Parochus in eo quidquam se valeat ingerere, & nec minus prælationem aliquam in illarum celebratione, tanquam Parochialia Jura non tangente, sibi deberi, prout individualiter dictum fuit in *Romana Oratorii* 13. *Januarii* 1698. §. *Nullum igitur*, *&* §. *Si ista tria*, *coram R. P. D. meo Priolo*, *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium* 3. *Julii* 1705. §. *Exclusa subjectione*, *coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*.

Et manifestius efficitur, quòd de Jure sæpedictæ Fundationes intra limites Parochiæ in Ecclesia inferiori fieri possint absque eo, quòd ad eorum validitatem Parochi auctoritas, seu assensus sit de necessitate exquirendus, animadvertendo, quòd si in ædificatione novæ Ecclesiæ, quæ contingit fieri intra Parochiæ fines, si Parochus constructioni se opponat allegando præjudicium, quod eidem redundaret ex dicto novo Ecclesiæ ædificio, ex quo 22
ibidem per pios Parochianos Missæ, & Anniversaria possent relinqui in præjudicium Parochiæ, hoc tamen præjudicium nullatenùs attenditur, nec in eo exauditur Parochus, ex quo cuilibet libera est potestas dicta Anniversaria, & Missarum celebrationes in Ecclesia sibi benevisa relinquere, ut post alios tradiderunt *Cortiad. decis. Cathalon.* 246. *sub num.* 18. *vers. Idemque dixit*. *tom.* 4. *Rot. decis.* 745. *num.* 3. *part.* 2. *recen. & in d. Romana Oratorii* 13. *Januarii* 1698. §. *Sed quando*, *coram R. P. D. meo Priolo*.

Ad evertendam autem hanc ineluctabilem libertatem, Abbas S. Felicis innititur comprobare, quòd Ecclesia S. Joannis, in qua peragenda sunt controversa Anniversaria, & celebrationes Missarum, sit sibi subjecta, ac suæ Parochialis Ecclesiæ Filialis existat, tam attento, quòd in sui Fundatione de ejus licentia fuerit erecta, unam ex clavibus Ecclesiæ apud se retineat, Oblationes, quæ ibidem à Fidelibus fieri contingunt, percipiat, ac in eadem Jus habeat ad sui libitum celebrandi, nec non ad sui favorem adstipuletur generalis Sententia Principatus Cathaloniæ, in qua eidem decernitur Jus prohibendi Incolis, & Hominibus Loci de Guixols, sibi in temporalibus subjectis, quamlibet novam constructionem & ædificationem, sine ipsius auctoritate, ex quo universali dominio sequi videatur, quòd omnia in eodem Loco peragenda exquirant ipsius assensum, & quòd quodlibet Pium Opus, in Ecclesia sibi subjecta exercendum, cum ejus licentia veniat peragendum.

Verùm hæc omnia non videntur posse adstruere, ut Ecclesia S. Joannis subjecta dici possit Ecclesiæ Parochiali Abbatis: nam cum certum esse videatur, ut Ecclesia posita intra 23
fines Parochialis eidem Parochiali subjecta non

non censeatur, ex quo citra Cathedralem, nulla alia Ecclesia potest de Jure super subjectione alterius Ecclesiæ intentionem suam fundare, præterquam in ordine ad Jura Parochialia, adeout si præter ipsa Jura Parochialia Parochus in dicta Ecclesia, intra limites Parochiæ fundata, vellet aliquod Jus vindicare, hoc ex Jure speciali sibi competere docere tenetur, nam aliàs de Jure communi nullum habet rationis fomentum, ut communiter docent Canonistæ *in cap. cum dilectus, de Capel. Monac.*, & dixit *Rot. in recen. dec.552. num.11. cum seqq. §.5. & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Decidendi ratio, coram Reverendiss. D. meo Molines Decano.*

Ad hujusmodi autem effectum, ut Ecclesia noviter constructa Parochiali subjecta esse debeat, præcipuè necesse esset ostendere, quòd dotata foret de redditibus, & proventibus illius: si autem Parochus in novæ Ecclesiæ constructione nihil de suo contulit, nec dotem, neque sumptus ad constructionem præstitit, nullam ex hoc subjectionem valet sibi arrogare. *Valenzuel. cons.45. num.10. lib.1. Covar. Var. Resol. cap.36. num.8. vers. Quarto ex ædificatione. Rot. in decis. Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Non solùm, coram Reverendiss. D. meo Decano.* Præcipuè quia, ut etiam aliqua Ecclesia Filialis dici possit, deberet esse erecta prævia dismembratione partis Parochiæ, atque cum participatione illius proventuum, his autem de-
25 ficientibus, Parochialis Ecclesia Matrix propriè nuncupari non valet, sed Matrix impropria, & magis remota, resultans ex eo, quod sit respectivè ad eam major, quæ majoritas nihil ad subjectionem infert, ut ratiocinatur *Card. de Luca de Præeminen. disc.42. n.12.*

Nec ad inferendam hanc subjectionem ullam animadversionem promeretur, quòd dicta Ecclesia cum licentia ipsius Parochi erecta fuerit; Hæc enim Parochi licentia non præsefert in Ecclesia noviter fundata aliquam
26 subjectionem, cum regulare sit, quòd in omnibus Ecclesiarum ædificationibus Parochus semper sit audiendus, ejusque assensus in eis impetrandus ad effectum, ut eidem præserventur Jura Parochialia, in quibus per novam Ecclesiæ ædificationem præjudicium ipso inaudito non inferatur. *Lambert. de Jurepatronat. lib.2. part.1. quæst.7. artic.23. Barbos. de Potestat. Paroch. lib.1. cap.1. num.26. & cap.11. n.1. & 2. Tondut. Resol. Benef. par.1. cap.63. n.18. Milaz. Ass. Jur.55. num.57. Ricc. in Prax. Var. Resol. in Prax. Jur. Paroch. part.4. resol.298. & prius part.3. resol. 484. in princ. Ventrigl. in Prax. Ecclesiast. tom.2. annot.17. §.1. n.8. vers. respondeo. Panimol. dec.11. num.1.*

Ejusdem pariter relevantiæ esse videtur ad Ecclesiæ subjectionem inducendam, quòd Parochus in illa Oblationes percipiat, dum ex hoc nullum subjectionis vinculum argui valet, nec ex eo Filialis censeri potest dicta Ecclesia, à qua Parochus habet Oblationum perceptionem; Oblationes enim prædictæ sunt de ejus Juribus Parochialibus, dum de Jure,
27 quando non constet de contraria voluntate Offerentium, Oblationes, quæ fiunt Capellis, vel Ecclesiis existentibus intra fines Parochiæ, ille non Capellano, sed Parocho debentur in recompensam laborum, quos substinet in ministrando Sacramenta. *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.30. num.29. Frances de Eccles. Cathed. cap.21. num.27. & cap.25. num.214. Alphonsus de Leon. de Off. Capell. quæst.5. sess.8. num.103. cum seqq. Ventrigl. Prax. Ecclesiast. tom.2. annot.26. n.11. & 33. Ricc. in Prax. Var. Resol. part.4. resol.246. Capon. discept. forens. discep.67. per tot., & signanter num.11. & 12. Francis. Marc. decis. Delph. 385. tom.2. Cortiad. decis. Cathalon. 246. num.102. tom.4. Capell. Tolosan. decis.483. Rot. coram Merlin. dec. 257. per tot. in Gerunden. Admissionis ad Distributiones 18. Februarii 1707. cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Novarien. Decimarum, & Oblationum 22. Junii 1707. cor. Reverendissimo Omaña nunc Episcopo Giennen.*

Retentio paritèr unius ex clavibus apud Parochum nihil ad ejus assumptum valet conferre, dum quatenùs alia peculiaris non adesset ratio, actus hic esset adscribendus ad illam congruentiam, quæ à legibus Ecclesiasticis derivat, quòd clavis Ecclesiæ penes Sacerdotem resideat, non verò apud Laicos, 28
cum pro custodia clavium Ecclesiæ institutus fuerit Ordo Ostiariatus, qui templi Januis presideret, ut differit *Tondut. Resol. Benefic. cap.63. num.12. & 13. part.1.*; Verùm etiam omnis submovetur in hoc hæsitatio, ex quo signanter Clavis Parocho tradita apparet ad hoc præcisè, ut ad sui libitum posset ingredi Ecclesiam, in qua Oblationes percipit, & ibi valeat Missæ Sacrificium offerre, ut sic propterea, cum etiam actus præfatus, prout alii cæteri per Abbatem cumulati, in universum respiciant Jura Parochialia, inter hosce limites sunt arctandi, nec possunt tangere Fundationes Anniversariorum, & Missarum, quæ de Juribus Parochialibus non sunt, neque exindè in Ecclesia, ubi actus præfati peraguntur, subjectionem aliquam inducendi virtutem habere poterunt.

Sententia itidem Principatus Cathaloniæ à Laico Tribunali prolata ad Abbatis intentum nihil valet concludere; Ea enim, utpote respiciens temporale Dominium, ad Pia opera in Ecclesia peragenda non se extendere 29
valet: verùm etiam cum in illis, qui sententiam præfatam emologarunt, deesset, uti Laicis potestas exercendi Jurisdictionem Spiritualem, ita eandem Abbati communicare nequibant, ad *Text. in cap. Quoniam, de privileg. & cap.2. de supplen. neglig. Prælat. Ciron. Paratil. ad decretal. de privileg. §. Quod deinde. Rot. dec.42. num.14. post Pacichel. de Distant. cum aliis adductis in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 16. Februarii 1703. §. Nec ulla habita fuit, coram Reverendissimo D. meo Molines Decano.*

Minùs attendendum venit, quòd Abbas in nonnullis Fundationibus Anniversariorum consensum interposuerit, quia dictæ Fundationes in oppositum adductæ convincuntur factæ in ipsa Ecclesia Parochiali, in qua equidem necessarius erat assensus Superioris Regularis, ex eo autem inferri non valet, quòd in aliis Ecclesiis inferioribus Abbati non subjectis, ca-

eadem licentia exquiratur, ut advertit *Decisio R. P. D. mei Scotti in* §. *Neque attendi posse*. Observantiæ enim ad hoc ut deferen-
30 dum veniat, debet præcisè probari, nec de Ecclesia ad Ecclesiam extendenda, juxta traditam in *Gerunden. Capparum* 22. *Junii* 1698. §. *Non quidem prim. cor. bon. mem. Pio*.

Liberam autem Anniversariorum, & Missarum Fundationem sicuti in Ecclesia S. Joannis Parochus Ecclesiæ Sancti Felicis præpedire non valet, nec minùs dictorum Piorum Operum exercitium interdicere poterit Beneficiatis suæ Ecclesiæ Parochiali mancipatis, ut sine ipsius assensu, & licentia onera Missarum, & Anniversaria explenda in altera
31 Ecclesia acceptare nequeant, Quoniam licèt Beneficiati prædicti addicti reperiantur servitio Ecclesiæ Parochialis Sancti Felicis, & teneantur Abbati servitium, & obedientiam præstare, id tamen non officit, quo minùs, firmo remanente servitio, & obedientia erga Abbatem, valeant deindè in aliis Ecclesiis Missas, & Anniversaria, & alia Opera Pia celebrare, ut benè advertit *Decisio R. P. D. mei Scotti* §. *Finali*.

Locus enim de Guixols cum positus sit in Diœcesi Gerunden., & sub illius Episcopi maneat Jurisdictione, non potest Abbas sibi potestatem arrogare subiiciendi suæ Jurisdictioni plenariæ Presbyteros ipsi Ecclesiæ inservientes, contra eos statuendo, ut non valeant sine ipsius auctoritate, & assensu Opera Pia in aliis Ecclesiis explere. Quandoqui-
32 dem Beneficiati Ecclesiæ Monasteriali mancipati licèt existant, tamen etiamsi Ecclesia exempta dici valeret, adhuc tamen Episcopo remanent subjecti, *Pignatell. Consul. Canon.* 189. *num.* 48. *tom.* 9., atque ipsi solùm reservata est potestas Jurisdictionem exercendi super Clericos, & Presbyteros suæ Diœcesis, super quibus habet fundatam intentionem illos Legibus, & Edictis alligandi; hæc tamen potestas residere non valet in Abbate, & Eccle-
33 siæ Rectore, seu Parocho, nisi doceat se constitutum in statu Prælati inferioris cum Jurisdictione Ordinaria in Clerum, & Populum Secularem, & quòd eadem sublata fuerit ab Episcopo. *Rot. in Leodien. Jurisdictionis prima Aprilis* 1698. §. *Ulteriùs*, *coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*, & 4. *Februarii* 1699. *coram R. P. D. meo Priolo: in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *Subnixa*, *juncto* §. *Et licèt*, *coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*, & *in Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure* 4. *Maji* 1707. §. *Et licèt*, *coram R. P. D. Caffarello*.

Præcipuè, quia ex Sententia lata per Vicarium Generalem Gerunden. usque de anno 1626. pronunciatum habetur, Abbatem nulla potiri Jurisdictione in Beneficiatos adscriptos servitio Ecclesiæ S. Felicis, sed pleno jure illos Ordinarii Gerunden. Jurisdictioni esse subjectos, ut notatum fuit in sæpè laudata *Decisione R. P. D. mei Scotti*, quæ revidetur, §. *Resistente*, ex qua quidem Sententia, emanata in Causa Status, ac in Judicatum transacta, omnis adempta fuit dubietas, cum illa
34 pro veritate haberi debeat, præsertim cum ab antiquitate robur accipiat. *l. res judic. ff. de reg. Jur. Rot. in Arianen. Archipresbyteratus* 22. *Junii* 1708. §. *Juspatronatus juncto* §. *seqq. cor. R. P. D. meo Scotto*.

Neque Beneficiatis obesse valet noviter adducta Concordia stipulata de anno 1571., ac per B. Pium V. confirmata, in qua conventum fuit, ut Beneficiati Parochialis Ecclesiæ S. Felicis non possent in aliqua Ecclesia, vel Capella Oppidi de Guixols, quæ esset subjecta, vel dependens à Monasterio Abbatis, Officia, nec Missas Cantatas celebrare sine licentia Abbatis, aut Præsidentis Monasterii: Dicta siquidem Concordia ipso jure nulla convincitur; stipulata enim apparet cum duobus tantùm Beneficiatis, ac per alterum successivè ratificata, quando ex ejusdem Concordiæ lectura constat, Beneficiatos in Ecclesia residentes fuisse numero septem, & sic cum Concordia præfata expleta fuerit à Beneficiatis, nec Capitulariter congregatis, nec ab eorum majori parte, nunquam afficere valet Corpus ipsum Universitatis Beneficiatorum, cum ad dictum 35
effectum Universitatis convocatio esset necessaria, & quòd in transactione saltem major pars Beneficiatorum interesset, ut docet *Gonzal. Tellez in cap.* 1. *num.* 5. *in fine*, *de his*, *quæ fiunt à majori parte Capituli*. *Felin. in cap. cum omnes*, *n.* 24., & 28. *de constit. Francesc. de Ecclesiis Cathedralibus cap.* 8. *n.* 353. & 354. *Rot. dec.* 887. *num.* 9. *cor. Merlin.* & *dec.* 731. *num.* 16. *cor. Dunoz. Jun.* & *in rec. dec.* 132. *num.* 7. *part.* 5., aliter enim transactio exarata ab aliquibus tantùm de Universitate Beneficiatorum, etiamsi isti essent plures, adhuc stipulata censetur ab eis nomine proprio, & jure singulari, atque propterea nonnisi ipsos transigentes potest afficere, non 36
autem alios, qui actui prædicto non interfuerunt, quive ab aliorum stipulatione obligari minimè possunt, *Faber in leg. lib.* 7. *tit.* 13. *definit.* 3. *Urceol. de Transact. quæst.* 32. *num.* 3. *Tancredin. consf.* 3. *num.* 7. & 9. *tom.* 1. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 31. *n.* 4. *Card. de Luc. de Decimis disc.* 3. *num.* 6. & 7.

Verùm quoque cum ageretur de adimenda Beneficiatis libera facultate celebrandi Anniversaria, & Missarum onera adimplendi in illis Ecclesiis, ubi eadem à Fundatoribus fuissent fundata, illorumque emolumenta administrandi; cum res esset de actu merè 37
voluntario, & tangente privatum singulorum Beneficiatorum interesse, ad ejus validitatem requirebatur consensus omnium de dicta Universitate, seu Collegio, nec satis erat majoris partis consensus, quacunque ampliori forma ille emissus esse potuerit, *Gloss. in cap. cum omnes, in V. constit. de Constit. Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ultimo* §. *Primò*, *sub n.* 9. *Urceol. de Transact. dicta quæst.* 32. *num.* 25. *Card. de Luc. de Decimis d. disc.* 3. *num.* 9. & *seqq. Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 96. *Rot. dec.* 450. *n.* 13. *cor. Cerr.* & *in rec. dec.* 139. *n.* 1. *part.* 14. & *dec.* 224. *n.* 25. & *seqq. part.* 16. & *in Castellana Validitatis Concordiæ*, *seu Bipartitæ* 12. *Januarii* 1705. §. *Sicut etiam*, *cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano*.

Absque eo quòd ad Concordiæ nullitatem sa-

sanandam possit in aliquo prodesse Confirmatio Apostolica eidem superaddita, quia cum
38 omnes Beneficiati eorum consensum non dederint, ut supra fuit probatum, sine quo non datur Concordia *leg.1. ff. de pactis*, utique omninò deficit subjectum, super quo Pontificis Confirmatio posset cadere, & proindè deficiente Causa motiva Confirmationis, dici-
39 tur deficere in Papa voluntas confirmandi, & sic talis Confirmatio evanida, & nullius roboris remanet, ut pluribus cumulatis dictum fuit in *Castellana Aperitionis oris 19. Novembris* 1703. §. *Procedentes, & in eadem Castellana Validitatis Concordiæ, seu Bipartitæ 12. Januarii* 1705. §. *Posito ex hactenus, & §. Et hac subreptionum capita, cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano*.

Posita autem Concordiæ nullitate, ac successivæ illius Confirmationis, opponi non potest ejus subsecuta approbatio, facta à nonnullis Beneficiatis pro tempore, prævio etiam ipsorum juramento; nam sicuti ab initio Concordia expleri non potuerat à Particularibus tantùm Beneficiatis, sed universalis omnium consensus ad sui essentiam requirebatur, subsecutæ utique approbationes, non ab omnibus universaliter emanatæ, Universitatem obligare non valebant, sed ad summum ipsos obligatos potuerunt arctare, signanter quia approbatio emanata censetur sub præsup-
40 posito validitatis originariæ Concordiæ, qua corruente, corruit etiam subsecuta approbatio, ac juramentum, quod non debet esse vinculum iniquitatis, ut prosequitur *Rot. in d. Castellana Aperitionis oris* §. *Non relevante, & in altera Validitatis Concordiæ, & Bipartitæ* §. *Nec obstat, cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano*.

Sed in universum cessat Concordiæ obstaculum, nam data etiam ipsius validitate, non exindè tamen sequi posset, quòd per eam Beneficiati præpediti essent Anniversaria celebrare, ac Missarum Sacrificia offerre in Ecclesia S. Joannis, cum Concordia ad eam non se extendat, dum in eadem solummodo interdictum reperitur Beneficiatis similia Pia Opera exercere in Ecclesiis, & Capellis subjectis ipsi Ecclesiæ S. Felicis: Cum autem supra probatum extiterit, Ecclesiam S. Joannis neutiquam esse illi subjectam, sub prohibitione propterea venire non potest, itaut licitè non valeant sine dictæ Concordiæ violatione Anniversaria, & Missas per dictos Beneficiatos celebrari in sæpedicta Ecclesia S. Joannis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P I O.

Gerunden. Officiorum.

Lunæ 7. Decembris 1699.

A R G U M E N T U M.

Parochus prætendere non potest, quòd, quando corpora suorum Parochianorum in aliena Ecclesia tumulantur, post ibi peractas exequias, funebre Officium iterum in Ecclesia Parochiali celebretur.

S U M M A R I U M.

1 *Manutentio concedenda non est habenti contra se rem judicatam.*
2 *Humatis extra Parochialem Ecclesiam defunctorum Cadaveribus, Parocho Quarta funeralis debetur.*
3 *Sed non potest hæredem obstringere, ut Officium funebre in Ecclesia Parochiali iteretur, prout in Ecclesia, in qua Cadaver tumulatum fuit.*
4 *Sacris Canonibus repugnat, quòd Fidelibus adimatur libera facultas eligendi Sepulturam.*
5 *Partitæ, extractæ ex privatis Libris, pendente Judicio, ac Parte non citata, non probant.*
6 *Consuetudo in uno casu probata, ad alium non extenditur.*
7 *Manutentio nonnisi ad limites possessionis concedi debet.*
8 *Et non competit ex actibus merè facultativis.*
9 *Synodalis Constitutio, à Jure Communi exorbitans, non est attendenda, nisi confirmatio Apostolica accesserit.*

D E C I S I O X.

TUmulatis in Monumento Majorum, sito in Ecclesia Parochiali Loci de Olla Cadaveribus Ursulæ matris, Francisci filii, ac Salvatoris nepotis Josephi de Mach; Sacrista, ac Beneficiati Parochialis Ecclesiæ S. Ginnesii Oppidi Turricellæ, intra cujus fines extat dicti Josephi Domus, in qua præfati Ursula, Franciscus, ac Salvator mortem obierunt, Judicium instruxerunt coram altero ex Vicariis Episcopatus Gerunden. adversus dictum Josephum, prætendentes in eorum Parochiali Ecclesia funebre Officium eodem fermè modo, ac pompa, qua in memorata Ecclesia Loci de Olla omnia Exequiarum Justa jam fuerant persoluta, iterum esse celebrandum. Verùm comperta per Officialem supradictum actionis insubsistentia, Joseph per sententiam ab impetitis absolutus fuit, quæ, ob non interpositam ex parte Reorum appellationem, in rei judicatæ auctoritatem transitum fecit, ut idemmet Judex per separatum Decretum deinceps declaravit. Sed adhuc non acquiescentibus Sacrista, ac Beneficiatis, Causam ad nostrum Tribunal committi curarunt: Quapropter cum hodie dubium *An sit danda manutentio*, jamdiù subscriptum, proposuerim, prodiit Rescriptum, Manutentionem non esse dandam.

Fundabatur resolutionis ratio in eo, quòd scilicet concedi non debet manutentio con- 1
tra habentem pro se rem judicatam, cum tunc petitorium dicatur absorbere possessorium, ut tradunt *Menoch. de Retinen. possess. redem.3. numer.685. Posth. de Manut. obser.66. num.1. & observ.108. num.18. Rot. dec.167. num.3. part.15. & dec.365. n.9. part.19.*

Quæ quidem receptissima conclusio potiori jure obtinere debet in præsenti casu, ex quo constat de justitia Sententiæ à dicto Vicario prolatæ: siquidem cum ex Canonici Ju-

2 Juris censura humatis extra Parochialem Ecclesiam Defunctorum Cadaveribus, Parocho Quarta Funeralis debeatur, ut habetur ex *capite certificar.9. de sepultur. & ex Clementin. dudum §. Verum, eodem titulo. Rot. coram Coccino dec.2089. num.8. & 24.* latè *in Romana Funeralium 15. Junii præteriti §. Hujusmodi, & §. Sequenti, coram Reverendiss. D. meo Decano,* fit indè, quòd cum præter dictam Canonicam portionem nil aliud Parochialis Ecclesia ab hæredibus Defunctorum consequi valeat, nequeat propterea illos obstringere, ut celebra-
3 ri faciant Officia Novennalia, prout in Ecclesia, in qua sepulta fuerunt Cadavera, celebrata fuerunt, sicuti in specie firmant *Rodriquez Quæst. Regular. quæst.58.art.3. Bordon. Var. Resol. resol.51. de Sepultur, num.29.59. & 217. Tondut. Resol. Benefic. tom.1. resol.63. n. 27. Barbos. in Summa Apostolic. Dec. collect.558. num.15. Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerundæ lib.3. & 9. cap.3. num.23. vers. Et tunc Parochi,* & respondit *Rota in Elven. Jurium Parochialium post Tambur. de Jur. Abbat. dec.85. n.1. & 2. & in rec. dec.473. num.3. part.3. rec.* & optimè quidem suadente ratione, nam si ob reiterata Officia duplex onus hæredes subire
4 cogerentur, profectò ei indirectè libera facultas eligendi sepulturam tolleretur, quod apertè Sac. Canonum Sanctionibus repugnat, ut ponderant *Bonifac. Vitalin. in Clementin. dudum, num.48. Ancaran. ibidem num.28. Oldrad. cons.225. num.10. cum sequenti.* benè *Rota d. decis.85. num.5. §. Et cum hæc, post Tamburin. de Jur. Abbat.*

Et frustra ad obumbrandam præfati Judicati Justitiam recurrebatur ad prætensam Consuetudinem celebrandi Novennalia in Ecclesiis Parochialibus, etiamsi Funeralia facta fuerint, in Ecclesiis, in quibus humi condita fuerunt Cadavera: quoniam super partitis Defunctorum, ad hunc effectum ex parte Actorum adductis, nullum visum est posse constitui fundamentum ad evincendam assertam consuetudinem, nedum quia cum extractæ fuerint ex propriis eorundem Beneficiatorum Libris pendente lite, ac
5 parte minimè citata, nullam in Judicio fidem sibi vindicant. *Rot. dec.318. num.4. part.2. & decis.273. num.6. part.19. rec.* & alibi passim.

Verùm etiam quia iisdem partitis diligenter examinatis, liquidò DD. constitit, majorem illarum partem respicere Officia facta pro Defunctis, quorum Cadavera sepulta fuerunt in Ecclesia Sancti Augustini dicti Oppidi Turricellæ, cum qua Parochi habent specialem Concordiam eisdem tribuendi Jus, ac facultatem celebrandi in hoc casu Novennalia in Ecclesia Parochiali, de qua *Summ. Josephi num.7.* proindeque actus isti, qui virtute memoratæ transactionis expleti fuerunt, frustra adducuntur ad operandum Consuetudinem in longè diverso casu, nimirum tumulationis factæ in Ecclesia separata ab illa S. Augustini, cum qua nulla intercessit transactio, regulare enim est, quòd Consuetudo in uno casu probata, exten-
6 di nequeat ad alium, cum tantum dicatur habere de potentia, quantum de actu. *Rota decis.355. num.5. & 6. part.14. cum aliis in Hispalen. Juris sedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Prout nec etiam, coram R. P. D. meo Muto,* & in his terminis *d. dec.473. num.2. vers. ultra quòd. part.3. recen.*

Aliæ verò partitæ concernunt celebrationem Funeralium factorum in Ecclesia Parochiali, antequam Cadavera delata fuerint ad Ecclesiam, ubi fuit electa sepultura, & sic pariter in casu diverso, atque idcirco inefficaces redduntur pro obtinenda manutentio- 7
ne in casu præsenti, cum eadem nonnisi ad limites possessionis concedi debeat, *Posth. de Manut. obser.73. num.2. Rota coram Greg. decis. 569. num.1. & in rec. dec.241. num.18. part.19.*

Reliquæ demùm, quæ modicæ sunt, licèt videantur percutere præsentem casum, super quo vertitur quæstio, nihilominus non officiunt, nam cum celebratio Novennalium, facta in Ecclesia Parochiali, provenire potuerit ex libera hæredum voluntate, utique ex his actibus nullibi probata coactione prætendi nequit manutentio, quæ non competit ex acti- 8
bus merè facultativis, in quibus non consideratur possessio, ex plenè congestis per *Posth. de Manut. ubi supra obser.53. num.2. Menoch. cons.201. num.63. & seq. Card. de Luca de Servitut. disc.13. num.2.* & in specie dixit *Rota sepè laudata dec.473. num.1. vers. Vel quia, part. 3. recent.*

Posito igitur quòd ex prædictis partitis comprobari nequeat consuetudo percutiens individualem casum, de quo agitur, minus relevare visa fuit Taxa, seu Constitutio Synodalis anni 1660., impressa penès *Romaguer. ad Constitutiones Gerundæ lib.3. tit.17. cap.18.*, quæ expressè decernitur, quòd in casu tumulationis Cadaverum extra Parochiam celebrari debeat in Parochia Officium cum eadem solemnitate, cum qua facta fuit sepultura in Ecclesia, in qua sepultum fuit Corpus: quoniam dicta Synodi Constitutio, utpote evidenter à Juris Communis dispositione exorbitans, juxta quam ultra Quartam, nil aliud, ut supra firmatum est, Parocho debetur, attendenda 9
non venit, nec de ea est habenda ratio ex defectu potestatis, nisi exhibeatur Apostolica confirmatio, ut in individuo respondit *Rot. dec.272. num.3. vers. nec relevat. part.8. rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Giennen. Juris mutandi.

Lunæ 11. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Jus mutandi Canonicos, Dignitates, aliosque Præbendatos ab Ecclesia Giennen. ad illam Baetien. & è converso, ad Episcopum spectare firmat præsens Decisio, titulo cessionis, eidem factæ à Capitulo de anno 1530., eaque à nullitatis vitio, per Capitulum oppositæ, vindicatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Meliorem titulum, quem habet, præsumitur quis produxisse.*

3 *Ubi*

3 *Ubi agitur de præjudicio Capitularium, ad actus validitatem requiritur omnium convocatio, & consensus.*
4 *Multoque magis, si adsit aliquorum contradictio.*
5 *Quando enunciativæ, à Prædecessoribus emissæ, aliique similes actus, possint Successoribus præjudicare.*
6 *Distingue conclusionem, sub* n. 3. & 4. *positam, ut habeat locum, quando actus Capitularis tangit interesse plurium, non ut Collegiatorum, sed tanquam singulorum.*
7 *Secus verò, si actus pertineat ad Collegium, & sit faciendus ad evitandas controversias.*
8 *Vicarius Generalis in iis, quæ respiciunt commodum, & interesse Episcopi, votum non habet in Capitulo, nec in illo stare potest.*
9 *Non sic ante Declarationes* Sacr. Congregationis Concilii, *nisi probaretur particularis consuetudo Ecclesiæ.*
10 *Jus, quod Capitulum vigore Statuti potuit sibi reservare, potest etiam illud cedere absque Beneplacito Apostolico.*
11 *Actus gestus super Jure non competente non requirit Beneplacitum Apostolicum.*

DECISIO XI.

PRessio paganorum, quæ dextera Domini faciente virtutem, in partibus Hispaniæ feliciter consumata remansit, de anno 1227. pervenerat usque ad Civitatem Baetien., quam san. mem. Gregorius IX. erexit in Cathedralem. Sed postmodùm ea ulteriùs progrediente, Ecclesia Giennen. de anno 1249. ab Inno-
1 centio IV. eodem titulo fuit decorata, ad eandem transferendo Episcopum, & Capitulum, cum hoc tamen (sunt verba Brevis) quòd Episcopus auctoritate nostra in Baetien. Ecclesia manere faciat sex, aut octo Canonicos, qui perpetuò Divinis ibidem vacent obsequiis &c.

Hæc adeò pia dispositio tractu temporis acerrimam litem excitavit inter Episcopum, & Capitulum super competentia talis Juris Mutandi, quæ postea tribus sententiis Rotalibus, favore Episcopi finem habuit: Et quia res judicata duo continebat, nempè Jus Mutandi, & liberè sine consensu Decani, Canonicorum, & Capituli, ad excutiendum tale jugum omnem lapidem movit Capitulum; Et primò curavit modificationem prædictæ liberæ facultatis, quàm tamen obtinere non potuit propter obstaculum rei judicatæ, ut videre est in *dec. R. P. D. mei Ansaldi sub die* 20. *Februarii* 1699. Secundò impetravit à Signatura Justitiæ Commissionem de Causis restitutionis in integrum à toto negotio principali, sed & hoc frustra, quia ob non integram transportationem actorum demonstrare non poterat injustitiam Sententiarum, sine qua nunquam conceditur restitutio, ut firmatum legitur in *dec. R. P. D. mei Muti* 28. *Aprilis* 1700.: à qua sententia iterum per Signaturam directa mihi fuit secunda Commissio -- *De Causis;* In quo, summo labore Capitulum recognoscere, & transcribere fecit antiqua Acta Sententiarum per unum ex Notariis *Sac. Rotæ:* Sed nihilominùs proposito per Me dubio una cum altero per *R. P. D. meum Lancettam* respiciente judicatum *R. P. D. mei Ansaldi*, ex rationibus infra dicendis Domini responderunt: *Non constare de Causis.*

Fundamenta præcedentium resolutionum duo fuerunt, defectus nempè transportationis Actorum, & justitia Sententiarum ex præsumpta assistentia Juris, & Innocentiana Constitutione. Et quo ad primum, attentis diligentiis per Capitulum factis, & Attestatione Notarii asserentis -- *Sicchè il presente Registro viene ad esser nel modo suddetto, nel tutto, e particolarmente negli Atti necessarj intiero &c. Summario super dicta Transportatione num.* 1., Domini crediderunt, vel huic objecto per hanc Attestationem jam satisfactum fuisse, vel hodie minimè necessarium assumere hanc quæstionem. Debilitatum quoque remansit secundum, nam assistentia Juris assumpta fuit illativè propter obscuritatem, in qua reperiebatur Causa ob defectum Actorum, dum ratio resolutionis erat potiùs indaganda, quàm examinanda, prout etiam demonstrat *allegat. cap. quæsitum, de rer. permutat.*, in quo materia est longè diversa à casu nostro, necnon Constitutio Innocentiana, quæ tantùm mandat, ut Episcopus manere faciat sex, aut octo Canonicos, quod est quid diversum à Jure Mutandi, & sufficit, quòd non veniat in necessariam consequentiam.

Et hoc tantò magis Domini dixerunt, quanto ex moderna Actorum transportatione resultat de alio claro titulo, nempè de cessione facta à Capitulo de anno 1530. favore Episcopi de Mendozza, & Successorum, data in *Summario num.* 7. Quando igitur habemus titulum certum, superfluum est recurrere ad illationes, & argumenta, nam etiamsi Jus Mutandi esset radicatum in Capitulo, vigore prætensi Statuti anni 1476., una cum mutationibus indè secutis, & per Capitulum exhibitis usque ad tempus factæ cessionis, nec contrarium dici posset allegatæ Constitutioni Innocentianæ, adhuc tale jus, uti cessum, spectaret ad Episcopum, & illo legitimè uti posset, maximè attenta re judicata, & observantia ab indè citra per duo ferè secula plenissimè comprobata; Cum ad inducendam illius injustitiam concludentissimæ requirantur probationes.

Sed ulteriùs hodie etiam apparet, talem fuisse sensum antiquarum resolutionum, quia ex duabus decisionibus noviter repertis apud *Put. la* 283. *& la* 295. *lib.* 3., emanatis *coram Suavio Reomano*, colligitur controversam fuisse à Capitulo validitatem dictæ cessionis. Firmant enim dictæ Decisiones, quòd Capitulum convocatum ab habente facultatem, etsi non conveniunt duæ partes Capitularium, tamen potentia Capitularis manet in illis, qui veniunt, & gesta per illos valent, tanquam gesta à Capitulo, & dum in hoc motivo principaliter se fundavit *Sac. Rota*, supponendum est, talem titulum cessionis, tanquam meliorem, usque tunc fuisse amplexum, juxta dictum *Innocent. in cap. dudum, de decim. Rota coram Put. dec.* 239. *num.* 1. *lib.* 3. 2
in

in Corr. Gregor. dec.467. num.7. & in recent. dec.29. num.36. cum seq. part.6. & dec.218. num.1. part.7. & in Januen. Abbatiæ 10. *Martii* 1692. §. *Cæterùm, cor. Reverendiss. Burgen. &* 15. *Junii* 1693. §. *Comprobata ex his, coram R. P. D. meo Caprara.*

Agnoscentes Defensores Capituli vim istius objecti, omni conatu iterum se converterunt ad oppugnandam illius validitatem, & primò opposuerunt, quòd facta fuit à nonnullis Capitularibus Giennæ, non convocatis illis Baetiæ residentibus, & cum hinc indè admittatur dictas Ecclesias, quamvis materialiter duas, formaliter tamen constituere unam tantùm Cathedralem, & Capitulares, etsi divisos, unum tantùm Capitulum, debebant omnes convocari, & illorum pretermissio nullitatem actus importat: Quia ultra quòd est de jure, agebatur etiam, de maximo interesse Ecclesiæ, & uniuscujusque Capitularis in specie; talis enim cessio imponebat in unoquoque eorum intolerabilem servitutem, sese submittendo arbitrio Episcopi, quòd quamvis semper rationabile supponendum sit, attamen negari non potest, quòd, subsistente tali cessione, non sit in potestate Episcopi hodie transmittendi ad Baetien. quem voluerit, & illum cras revocandi, incertam semper reddendo illius permanentiam, obligando potiùs eundem ad peregrinandum, quàm ad residendum, & propterea stante hoc præjudicio, ut actus cessionis esset validus, erat omninò ne-
3 cessaria omnium Capitularium convocatio, ut omissis generalibus, in terminis Capituli duarum Ecclesiarum unitarum firmant *glos. in canon. temporis qualitas* 16. *quæst.*1. *in V. unire, & Petrus de Union. Eccles. cap.*1. *num.*4. *inter Tractatus Magnos tom.*15. *part.*1. *fol.*235. *Turricell. eodem tract. cap.*3. *num.*6., *& Rot. in rec. dec.*37. *num.*4. *part.*10., & signanter hujusmet Capituli *Franç. de Eccles. Cathedr. cap.*8. *num.*142.

Subdebant etiam, quòd hodie apparebat insubsistens fundamentum allegatarum Decisionum. Nam dato etiam quòd potentia Capitularis maneat in illis, qui veniunt ad Capitulum, hoc procedit, quando omnes sunt vocati, & certiorati de materia proponenda in Capitulo; quia tunc supponitur, quòd absentes se remissivè habeant ad resolutionem capiendam, at in præsenti non solùm constat non fuisse vocatos, neque tempus adfuisse pro intimatione illis facienda, sed quod magis est, contra dictam nullitatem expresè protestatus fuit Decanus, cum nonnullis aliis, qua de Causa etiam se absentarunt à Capitulo, ideoque cum hoc Jus Mutandi in omnes singulariter influeret, stante hac contradictione,
4 tanto magis requirebatur omnium convocatio, ac etiam consensus. *Bim. cons.*184. *n.*27. *Bellon. Jun. cons.*32. *num.*4. *Barbos. in cap. cum omnes, num.*6. *de constit. Tranchedin. consult.*3. *num.*9. *cum seqq., & Rot. cor. Cerro dec.*473. *num.*7.

Quamvis pro parte Episcopi diceretur, talem actum non posse appellari veram cessionem, ex quo controversum Jus Mutandi pertinebat ad Episcopum, vel ab immemorabili, vel saltem vigore allegatæ Innocentianæ Constitutionis, & assistentiæ Juris; undè potiùs accipiendus esset pro declaratione, seu restitutione illius juris, quod Episcopo inerat, & usurpatum fuit à Capitulo, cum supposito ejusdem Statuti anni 1476., ac de tempore Sedis vacan., & absentiæ Episcoporum; attamen DD. illum habuerunt pro vera cessione, quia Vicarius Episcopi de eo tempore institit, ut à Capitulo tale jus cederetur Episcopo; verba Instrumenti sonant in cessionem; Canonicus Thesaurarius, qui fuit unus ex cedentibus, in actu cessionis tale votum protulit -- *Ch' era di voto, e parere, che il Capitolo di questa Santa Chiesa rinunciasse li Statuti, e preeminenza di assegnare, e mutare le Dignità, e Canonici &c. Summario n.*7., & Testes examinati pro parte Episcopi deponunt de immemorabili favore Capituli ante cessionem, & ex post favore Episcopi: Et quamvis tales enunciativæ, & depositiones non possent successoribus præjudicare, tamen cum 5
productæ fuerint pro parte Episcopi, & istarum vigore reportata fuerit res judicata, quæ hodie allegatur ad fundandam propriam intentionem, veniunt attendendæ, maximè quia supra DD. habuerunt pro valdè turbida assistentiam Juris, & Constitutionem Innocentianam. *Cravett. cons.*201. *num.*5. *Rot. cor. Gregor. dec.*215. *num.*9. *& in recen. dec.*429. *num.*24. *part.*19. *& in Carpen. Matrimonii* 28. *Aprilis* 1701. §. *Et quamvis, coram Me.*

Non tamen admiserunt allegatam nullitatem, procedendo primò cum satis vulgata distinctione, quòd scilicèt, aut actus Capitularis tangit interesse plurium, non ut Collegiatorum, sed tanquam singulorum, & in tali 6
casu omnes in eo consentire tenentur, etiamsi Capitulo non interveniant, & consensus illorum, qui præsentes fuerunt, absentibus præjudicare nequit, ut ex *Text. in cap. cum omnes, de constit. & ibi gloss. in V. constitutum*, & sequitur *Lavorius Var. Elucubr. tit.*4. *cap.*17. *n.*13. *Mantic. dec.*388. *num.*4. Aut agitur de actu ad Collegium pertinente, & faciendo, ut erat dimissio ista Juris Mutandi ad evitandas controversias, & in hoc casu Capitulum 7
dicitur legitimè convocatum, mediante consueto modo per sonum campanæ, & actus in eo expletus substinetur, licèt nonnulli ex Capitularibus defecerint, cum attendi debeat id, quòd major pars fecit, ut prosequitur *allegata Glos. in d.V. constitutum;* Et hanc *glosam* amplexa est *Rota* in allegatis Decisionibus, quæ rem judicatam præcesserunt, illam applicando casui, de quo agitur, ut videre est apud *Puteum dec.*283. *&* 295. *lib.*3. & concordat *Redoan. de Reb. Eccles. non alien. fol. mihi* 164. *num.*51. *cum seqq.*, & hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, firmat *Felin. in cap. cum omnes, num.*14. *in fin., & num.*22. *de constit.* Quapropter supponendum est, omnia etiam alia requisita de eo tempore justificata remansisse, concurrente adeo longæva observantia, & subsecuta ratificatione Capitularium Beatiæ commorantium, quia statim duo petierunt ab Episcopo propriam commutationem, & illam obtinuerunt.

Cum tale Jus mutandi certè adsit in hac Ecclesia etam ad sensum Capituli, & solùm in-

incertum sit an competat Episcopo, sive ex jure proprio, sive jure cesso, vel Capitulo, hanc incertitudinem sustulit res judicata, & observantia, quia etiam magis congruum est, quòd tale jus præeminentiale resideat in Episcopo, tanquam Capite, in quo cum non agatur de proprio interesse, supponenda est minor affectio, & quòd solùm præ oculis teneat servitium Dei, & Ecclesiæ, & maximè quia in tanto temporis spatio nullum allegatur absurdum.

Alia verò nullitas allegata per Capitulum consistit in eo, quòd inter octo, sive novem, qui huic cessioni consenserunt, adfuit Vicarius Generalis Christophorus de Arquellada, qui
8 in his, quæ respiciunt commodum, & interesse Episcopi, votum non habet in Capitulo, neque in illo stare poterat, ut firmavit *Rot. in Hispalen. Juris votandi* 4. *Februarii* 1697. *cor. R. P. D. meo Caprara*.

Sed facilis fuit responsio, nam de tali nullitate nihil tunc temporis fuit oppositum, & jure meritò, quia vel dictus de Arquellada non erat de eo tempore Vicarius Generalis, cum tantùm doceatur, hoc munus exercuisse sub Cardinali Pacecho de anno 1545., vel cum de jure Familiares Episcopi non impediantur
9 votum dare, nec de eo tempore poterant observari Declarationes *Sac. Congregationis Concilii* longè posteriores, docendum esset, quòd tunc vigeret talis consuetudo in Ecclesia Giennen., de qua etiam nunc dubitatur, & pendet hæc specialis controversia, cum Partes obtinuerint Compulsoriales ab hoc Sacro Tribunali, & ideo firmata *in d. decisione R. P. D. mei Capraræ*, ultra quòd Causa remanet indecisa, non possunt ampliari ad aliam Ecclesiam, in re, quæ pendet à consuetudine, cum ista non extendatur de una Ecclesia ad aliam. *Menoch. cons.*401. *num.*5. *Rot. coram Seraphin. decis.*1159. *num.*6. *& in rec. dec.*214. *num.*20. *parte* 7. *& dec.*67. *num.*22. *part.*8. *& dec.*357. *n.*51. *part.*11.

Ultima denique nullitas, opposita per Capitulum, deducebatur ex defectu Beneplaciti Apostolici, & esset validior cunctis aliis, si subsisteret; sed cum prætendat Capitulum, quòd in erectione primæ Cathedralis à Gregorio IX. data sit facultas condendi Statuta pro servitio Ecclesiæ, & quòd de facto vigore hujusmodi facultatis per particulare
10 Statutum sibi reservatum legatur tale Jus Mutandi, sicut potuerunt illud sibi reservare, ita illud cedere etiam potuerunt, cum utrumque proveniat ab eodem principio; si verò reservatio non esset attendenda, ut prætenditur pro parte Episcopi, quia facta non fuit præsente Episcopo, neque de illius consensu, sed solùm cum præsentia Vicarii, & ideò non posse vocari Statutum, actus tanquam gestus super jure non competente non
11 requirebat Beneplacitum Apostolicum, quia nihil cessum, vel alienatum dici potest.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Giennen. Juris Mutandi super Declaratoria.

Veneris 3. *Aprilis* 1699.

ARGUMENTUM.

Adversus Canonicos, Dignitates, & Præbendatos Ecclesiæ Giennen. & Baeçen. relaxandam fore decernitur Declaratoriam incursus in censuras, ob non paritionem ejus Judicatis, non obstantibus objectis, in contrarium allatis.

SUMMARIUM.

1 *Contra contumaces mandatis Rotalibus quando locus sit Declaratoriæ incursus in Excommunicationem, & Censuras.*
2 *Quibus pœnis multentur Canonici, aliique Capitulares non residentes.*
3 *Excommunicatione utitur Ecclesia in subsidium, desperatis aliis remediis, contra inobedientes.*
4 *Statutis, concedentibus Canonicis tempus absentiæ, majus tribus mensibus, derogatum fuit per* Sacr. Conc. Tridentinum.
5 *Tempus absentiæ, concessum Canonicis, intelligi debet discretè, dummodo Ecclesia sufficienti servitio non privetur.*
6 *Constito manifestè de inobedientia, compescendi sunt contumaces per Censuras.*
7 *Qui non stetit, non dicitur venisse.*
8 *Qui vult antecedens, vult etiam consequens, ad quod tendit illud antecedens.*
9 *Respondetur objecto, de quo sub* n. 2.
10 *Superiorum præcepta reverenter suscipienda sunt, præsertim à viris Ecclesiasticis.*

DECISIO XII.

EOdem tempore, quo Canonici, Dignitates, aliique Præbendati Cathedralis Ecclesiæ Giennen. & Baeçen. institerant apud Me pro subscriptione Dubii in devolutivo, An liceret Episcopo mutare, seu transferre eosdem Canonicos, Dignitates, & Præbendatos ab una ad alteram Ecclesiam absque expressione causæ, ex opposito insurrexit Episcopus sub eo fundamento, quòd eludere interim satagentibus eisdem Capitularibus, & Præbendatis quasi possessionem ipsius Episcopi in liberè mutando, suffultam usque à seculo præterito per tres uniformes Sententias nostri Tribunalis, uti pleniùs constat ex Decisione super eodem devolutivo edita *coram Me sub die* 20. *Februarii* proximè præteriti, placeret ipsi Tribunali adversus refractarios, & contumaces in parendo Justitiæ, & Mandatis Rotalibus decernere Declaratoriam incursus in excommunicationem, & Censuras; sed Domini solita benignitate, & maturitate procedentes, distulere tunc resolutionem Dubii per Me propositi *sub die* 12. *Decembris* proximè elapsi, confidentes, quòd deinceps iidem Capitulares, & Præbendati tandem resipiscerent, & seriò obedirent: Verùm (ut videbatur) in-

indurato corde, solùmque sub coloratis prætextibus producta per eosdem Capitulares, uti par erat, obedientia, coacti tandem fuerunt sub hodierna die Mihi demandare, ùt relaxarem Declaratoriam, adhuc superabundanter indulgendo, quòd præfigerem terminum unius mensis ad parendum à die intimationis in Partibus faciendæ.

Ratio motiva versata est in clara Justitia ex parte Episcopi, habentis pro se limpidas Executoriales nostri Auditorii, quibus nec *Sac. Congregatio Concilii*, nec idem nostrum Auditorium censuit esse præpediendum mediante utrobique denegata inhibitione, ideoque cum eędem Executoriales liberam, & absolutam potestatem, & authoritatem mutandi tribuerent Episcopo, è converso autem prædicti Capitulares, & Præbendati simularent velle parere, sed in effectu quatuor Canonici, & unus Portionarius jussi residere in Ecclesia Baecen., potiùs comparuerint, quàm effectivè resederint, Domini idcirco servatis jam ab Episcopo terminis assuetis, ad finem canonicè deveniendi ad Ecclesiasticas innoda-
1 tiones, meritò existimarunt, pro obtinenda tandem paritione Contumacium, uti brachio Excommunicationis, sivæ expetitæ Declaratoriæ, juxta juridicum, & antiquissimum stylum, quo semper *Rota* in hisce casibus usa est, teste *Felin. in cap. ad probandum, num.6. de sentent. & re judic. Vestr. in Prax. lib.8. cap. ult. num.19. Rot. in Palentina Canonicatus super Declaratoria* 11. *Martii* 1697. §. 1. *coram R. P. D. meo dell' Olmo*, *in Alerien. Expensarum* 10. *Martii* 1698. §. *Nam personalis*, *coram R. P. D. meo Caprara*, *& in Urgellen. Servitutum super Declaratoria* 12. *Januarii proximè præteriti* §. *Relaxationis namque*, *coram R. P. D. meo Lancetta*.

Nec juvit, ad obtegendam contumaciam prędictorum Capitularium, & Præbendatorum duplex excusatio, una in facto, altera in Jure: In facto nempè, quòd prædicti quatuor Canonici, & alter Portionarius, effectivè obtemperaverint, accedendo ad Civitatem Baecen.; & si postea remeaverint, id egerint, vel in vim Statuti concedentis spatium centum dierum pro absentia ab utraque Residentia, vel quia res non erant ita paratæ, ut possent inconrinenti lares stabilire in Civitate Baecen., sed illis oporteret pro levamine familiarium indigentiarum ad Patriam, vel ad aliam commodiorem Civitatem Giennen. tantisper remeare: Et in jure, quòd in omnem casum Episcopus non posset instare pro Declaratoria, seu pœna Censurarum, quando eidem suppetebat apertum, & undequaque exuberans remedium *Sacri Concilii Tridentini*, decernentis, quòd Canonici, aliique Capitulares, declinantes à Residentia, multarentur priùs in jactura medietatis fructuum, ac pertinacia durante
2 in totis fructibus, & tandem in pœna privationis Canonicatus, vel Præbendæ, sicuti sancitum legimus in prædicto *Concilio sess.24. de reformat. cap.12.*, maximè verò, dum remedium Excommunicationis, & Declaratoriæ non est, nisi telum subsidiarium, quo Ecclesia
3 tanquam benigna Mater, quodammodo alio medicamine desperato, ferit inobedientes, ut dicunt *Sayr. de Censur. lib.1. cap.1. num.13. Bellett. Disquisit. Cleric. part.1. tit. de Favor. Cleric. Canon.* §.5. *num.6. & seqq. Sperell. dec.160. ex num.1. usque ad 8. Card. de Luca in Adnot. ad Concil. Trident. disc.43. num.1.*

Siquidem, in ordine ad factum, Statutum profectò impartiebatur Canonicis, aliisque residere debentibus in Ecclesia Baecen., licentiam, seu facultatem abessendi per spatium centum dierum: Verùm, quicquid foret, an hujusmodi Staturum ampliùs esset allegabile, ex quo per superventam oecumenicam censuram *Sacr. Concilii Trident. in d. sess.24. cap.12.* arctissimè derogatum legitur talibus Statutis, nec non consuetudinibus, in quantum prætergrediebantur, & excedebant spatium trium mensium, ab eodem Concilio præ- 4
finitorum pro justa requie jugiter residentium, ut ibi -- *non liceat vigore cujuslibet Statuti, aut consuetudinis &c.*, & adnotarunt *Garz. de Benefic. part.3. cap.2. num.196. cum seqq. Zipeus consult. Canon. lib.3. tit. de Cleric. non resid. consult.1. per tot. Antonell. de Loc. Legal. lib.1. cap. 13. n.1. Rot. in Moguntina Canonicatus* 6. *Aprilis* 1696. §. *Nec ad evitandam*, *coram bo. me. Ursino*, *confirmata* 1. *Julii* 1697. §. *Quandoquidem*, *& seq. coram R. P. D. meo dell' Olmo*.

Et quicquid pariter esser de prætensa consuetudine, ob quam contendebant Capitulares, etiam obligati residere in Ecclesia Baecen., posse redire, & accedere ad Ecclesiam Giennen., atque inibi per modum hospitii permanere per spatium 40. dierum, gaudendo interim omnibus fructibus, & emolumentis, ac si effectivè resedissent apud Ecclesiam Baecensem, dum ex gladio mox enunciatæ Sanctionis Conciliaris interversa dici poterat hæc consuetudo, ex jam allegatis: Attamen in hodierna hypothesi compertum fuit, quòd (ut ostendebat Episcopus) ob absentiam quatuor Canonicorum, & alterius Portionarii, quos Episcopus jusserat residere pro servitio Cathedralis Baecen., de facto non remanebat pro explendo Divino Cultu, nisi unus dumtaxat Canonicus, & tres, vel quatuor ad summum Portionarii; quapropter dato millies, quòd possent abstractivè, & in suis casibus conjungi ista tempora centum dierum concessorum à Statuto, aliorumque quadraginta in vim consuetudinis sub memorato titulo hospitii, hæc tamen omnia debebant intelligi discretè, & 5
dummodo non privaretur Ecclesia sufficienti servitio, itaut remaneret deserta, quemadmodum in his, immo fortioribus terminis, ponderarunt *Garz. de Benef. d. part.3. cap.2. sub num.315. Barbos. de Offic. & Potest. Episc. part.3. alleg.53. num.118. Sanctarell. Var. Resol. quæst.4. num.28. Cescoper. Lucubr. Canon. lib.2. num.176.*

Tollebat omnem difficultatem ipsum tempus, quod pater est veritatis: Nam Capitulares jussi sese transferre, ac residere in Ecclesia Baecen., *sub die* 13. *Julii* anni delapsi resederunt quidem usque ad diem 20. *Augusti* subsequentis, sed abindè citra nusquam ampliùs redierunt, & Ecclesia usque ad hodiernam diem extitit viduata servitio necessario, & opportuno: sicque Tribunal meritò agnoscens fieri fraudem legi, solidè censuit deveniendum ad 6
Ec-

Ecclesiasticas Censuras, sicuti palpata in facto inobedientia semper consuevit, ut præter supra adductos *in* §. *Ratio motiva*, videre est *in dec.174. num.3. & 4. coram sa. me. Alex. VIII. & in Toletana Jurisdictionis 29. Aprilis 1682.* §. *Non paritio verò, coram bo. me. Pauluccio.*

Nil penitus officiente nugaci illa subalterna excusatione, quòd Executoriales Sacri Auditorii præciperent tantummodo liberam in Episcopo potestatem, & absolutam in Capitularibus necessitatem hujusce Mutationis, quidquam autem non dicerent de obligatio-
7 ne, & servitute perseverandi: Quoniam si Jura dicunt, aliquem non venisse, quando non stetit, ad *Text. in cap. Si postquam 33. ibique Gloss. V. mente, de elect. in 6. Jas. in l. qui ante Kalendas, num.5. ff. de V. oblig. Cost. de Fact. Scient. & Ignor. inspect.11. numer.2.*, quomodo poterat Tribunal satisfieri simplici, ac colorata obedientia sese transferendi ad Cathedralem Baecensem, quando effectivè Capitulares venerunt quidem, sed fermè incontinenti eruperunt, &
8 evaserunt; qui enim vult antecedens, vult etiam consequens, ad quod tendit illud antecedens, ut est de regulari natura quarumcunque causarum, certum effectum producere debentium, & quorumcunque mediorum ad certum finem tendentium, juxta *Text. in l.2. cum ibi communiter not. per DD. ff. de Jurisdict. omn. Judic. cum concord. per Barbos. axiom. 30. num.1. & 3.*

Demum quoad alteram exceptionem Juris, circa methodum sacrosanctè præscriptam à *Concilio Tridentino*, gradatim injungendo fructuum, ac tandem ipsius Beneficii, ac Præbendæ privationem, illa penitus agnita est aberrare à casu præsenti; quia quoties Capitulares æquo animo paruissent Rotalibus Judicatis, si deinceps Episcopus exequendo Concilium adinvenissent refractarios, & inobedientes, is utique non poterat devenire ad Censuras, sed tenebatur progredi per viam Canonicam mulctarum, & privationum, ab
9 eadem Tridentina Synodo præfinitarum: At respectu Judicum, nostrique Auditorii, hujuscemodi discursus remanebant extranei, illud enim non quæsivit, nec quærit de ordinaria Conciliari residentia, quam Sacri Canones, ipsumque Concilium reliquit curæ, & vigilantiæ Episcoporum, sed benè quęrit de obedientia in ordine ad Judicatum suum, & utitur non subsidiario in his terminis, sed unico, & necessario remedio Excommunicationis, juxta stylum, & Constitutiones Pontificias, quas Nos tenemur exequi tanquam ipsius Papæ perpetui Capellani. Benè verùm, quòd *Rota* indulgens novum terminum unius mensis ad obtemperandum, benignè confidit, & sperat, à Viris Ecclesiasticis, & undequaque dignis, opportunam reportare
10 obedientiam, ut etiam sibi suadebat *Div. Augustin. in lib. Quæst. Vet. & Nov. Testam. sub num.35. vers. cum aliqui*, & aliàs in simili proposito dixit *Rot. in Calaritana Juris Visitandi 21. Maji 1649.* §. *fin. coram clar. mem. Card. Corrado, impress. dec.11. post Escobar. de Ratiocin. & dec.48. post Mell. ad Castill. de Alim.*

Et ita utraque &c.

Tom.II.

R. P. D. MUTO.

Giennen. Juris Mutandi super restitutione in integrum.

Lunæ 26. Aprilis 1700.

ARGUMENTUM.

In Judicio Restitutionis in integrum adversus Sententiam, seu Sententias, in judicatum transactas, ad quem pertineat Actorum transportatio. Pluribus fundamentis probatur, Jus Mutandi Canonicos, Dignitates, aliosque Præbendatos ab Ecclesia Giennen. ad Baecen., & è converso, ad Episcopum spectare; & respondetur contrariis.

SUMMARIUM.

1 *Sine læsione non datur Restitutio in integrum adversus sententiam in judicatum transactam*, & num.39.

2 *Maximè ubi petitur, non adversus unicam sententiam, quæ ob negligentiam Procuratoris, intra debitum tempus non appellantis, vel appellationem non prosequentis, transitum fecit in judicatum; sed ad effectum infringendi plures Sententias, cum matura Causæ discussione latas, & jamdiu observatas.*

3 *Ex Actis, non integrè transportatis, desumi non potest injustitia Sententiæ.*

4 *Ad quem spectet Acta transportare*, & num.5. 7. 8. & 10.

6 *Antiquitas sententiæ facit, ut etiam Actis non exhibitis plenam constituat probationem.*

9 *Quando excusent, vel non, ab integra Actorum transportatione diligentiæ adhibita, pro illis inveniendis.*

11 *Negativa transportationis Actorum non probatur, nisi per inspectionem omnium Librorum.*

12 *Mutatio venit in consequentiam Residentiæ obedientialis.*

13 *Subjecta materia attendenda est in Constitutionibus Pontificiis.*

14 *Declarantur in casu, de quo agitur, verba* — perpetuò manere — *&* perpetuò orare.

15 *Episcopo de Jure licitum est mutare, & transferre personas de uno loco ad alium, etiam invitas.*

16 *Pontifex præsumitur se voluisse conformare cum Juris communis dispositione.*

17 *Fit mentio unionis inter Ecclesiam Giennen. & Baecen.*

18 *Ex hac unione influit in Superiorem jus distribuendi ad servitium unius, vel alterius Ecclesiæ Canonicos, Dignitates, aliosque Præbendatos, & eos mutandi, & remutandi.*

19 *Canonicus, vel alter Beneficiatus, habens duas Residentias, potest in una ex eis residere, & Residentiam mutare, & remutare.*

20 *Confessio Partis est omnium aliarum superlativa probatio.*

F 2 21 Con-

21 *Confessio, emissa in articulis, adminiculata plenè probat.*
22 *Licentiæ postulatio, obligationem, seu præceptum supponit.*
23 *Observantia est omnium rerum interpres, & magistra*, & n.27.
24 *Facultas aliquid agendi quando concessa censeatur auctoritate delegata.*
25 *Pluralitas Sententiarum facit præsumere bonum jus illius, ad cujus favorem emanarunt.*
26 *Ob defectum transportationis Actorum, præsumitur favore alterius Partis omne id, quod est verisimile, & omne possibile pro veritate habetur.*
28 *Spatium centum annorum & ultra, inducit quemcumque meliorem titulum de mundo.*
29 *Observantia ex recursibus, in quibus Pars recurrens succubuit, magismagisque remanet constabilita.*
30 *Multò magis ex renunciatione recursibus factis, & confessione boni Juris Collitigantis.*
31 *Non usus alicujus temporis quando præjudicet habenti facultatem aliquid faciendi.*
32 *Actus gesti à Capitulo, Sede vacante, Dignitati Episcopali non præjudicant.*
33 *Ad hoc ut actus contrarius aliquem afficiat, necesse est, quòd gestus fuerit illo sciente, & patiente.*
34 *Clausula* -- sine præjudicio Statutorum usuum, & consuetudinum -- *preservat præjudicium in iis, quæ prædictis sunt contraria.*
35 *A diversis non fit illatio.*
36 *In persona Ecclesiastica non præsumitur incussio timoris & violentiæ.*
37 *Confessio qualificata quando possit in parte acceptari, & in parte reprobari*, & num.38.

DECISIO XIII.

OBtenta per Capitulum, & Canonicos Giennen. à Signatura Justitiæ facultate petendi Restitutionem in integrum adversus *Rotales Sententias bon. mem. Suavii, Accoramboni, & Prosperi de Sanctacruce in Judicatum transactas*, quibus uniformiter canonizata fuit Jurisdictio Episcoporum mutandi Dignitates, Canonicos, & Beneficiatos ab Ecclesia Giennen. ad illam de Baeza, & è converso, *liberè*, nulloque Capituli adhibito consensu, fuit Causa hujusmodi mihi delegata, eaque hodie proposita simul cum alia super Negotio principali, & dato, ad tenorem Commissionis mihi directæ, dubio: *An constet de re judicata, sive potius de Causis restitutionis in integrum* -- favorabilis Episcopo prodiit resolutio.

Ad hoc enim, ut Restitutio in integrum concedi valeat, necesse est probare nullitatem, vel injustitiam Sententiarum claram, & pa-
1 tentem, ex qua resultet læsio, unicum fundamentum Restitutionis in integrum, ut firmat *Rota in recent. dec.227. num.7. part.17. & dec.593. num.5. part.18.*

Maximè quando Restitutio in integrum non petitur ad effectum obtinendi Audientiam adversus sententiam unicam, quæ ob negligentiam Procuratoris, intra debitum tempus non appellantis, vel appellationem non prosequentis transitum fecit in judicatum, sed ad effectum infringendi, & retractandi tres Sententias conformes nostri Tribunalis, prævia 2
matura Causæ discussione, & cum utriusque Partis contradictione latas, & per seculum, & ultra observatas, in quibus terminis Restitutio in integrum eo minùs obtineri valet, nisi doceatur de illarum injustitia clara, & palmari, ut distinguendo unum casum ab alio tradit *Cardin. de Luc. de Judic. disc.38. n.19. & sub n.20. vers. Ideoque rescriptum. Gratian. discept.439. num.44. & 45.*, & firmavit *Rota coram Buratto dec.323. num.1. & seqq. & in recent. dec.194. num.2. part.19.*

Talem autem probationem desumere non possunt Defensores Capituli à nonnullis Actis dictarum antiquarum Sententiarum noviter productis. Siquidem Acta, quæ reperta fuerunt, solùm concernunt Instantias factas *coram bon. mem. Accorambono, & Sanctacrucio*, non autem alias præcedentes, undè tanquam non integra non potest in eis ad probandam inju- 3
stitiam Sententiarum aliquod fundamentum constitui. *Gratian. discept.121. num.9. Thomat. dec. Marchiæ 9. num.2. Rota cor. Bich. dec.529. num.1. & in recent. dec.278. num.2. part.2. & dec.445. num.3. part.18.*

Nullatenus attento, quòd onus faciendi transportationem Actorum spectet ad Episcopum, qui hodie prosequitur Causam Restitutionis in integrum. Etenim tale onus transportandi acta incumbere ipsi Capitulo probatum remanet, si ponderetur, ipsum in hoc Judicio gerere partes actoris, ex quo Commissionem super Restitutione in integrum à Signatura Justitiæ obtinere curavit ad effectum impugnandi justitiam Sententiarum, ac proindè eidem incumbit onus transportationis Actorum, non autem Episcopo, qui præsens Judicium non instruxit, & nihil petit, sed solùm procurat celerem terminationem litis à Capitulo introductæ, ad hoc, ut quantò citiùs se liberet à vexatione, habetque pro se unam Sententiam in possessorio, & tres in petitorio in hoc nostro Tribunali latas, executioni etiam demandatas, & per spatium 150. annorum observatas, quæ cum habeat pro se omnem Justitiæ præsumptionem, Capitulum, quod de injustitia excipit, debet suam exceptionem plenè, & concludenter probare, 4
mediante integra, & totali Actorum transportatione, ut benè in specie *Card. de Luca de Benefic. disc.136. n.2. & de Fideicom. disc.223. sub num.9. versic. Adeout, & num.10.* ubi plures refert. *Andreol. controv.48. num.18. Postb. de Subhastat. inspect.58. num.112. & seqq. R. P. D. Collega de Commerc. & Mercat. disc.15. n.7. & pluribus seqq. Rota coram Duran. dec.7. n.17. & ex num.21. Buratt. decis.251. num.3. & seqq. Bich. dec.250. num.35. Coccin. dec.2343. num.3. Ubag. dec.46. num.7. & 8. Priol. dec.414. n.10. & seqq.*, & optimè *in recen. dec.718. num.1. & per tot. part.8. dec.14. num.1. part.11. dec.201. num.10. part.15., & dec.152. num.25. part.17. dec.104. num.5. part.19. & in Lunen. Sarzanen.*

Ec.

Beneficiorum 27. *Januarii* 1687. §. *Quia cum sententia*, *coram bo. me. Benincasa*.

Non obstantibus Authoritatibus contrariis,
5 quia loquuntur, vel quando deducitur sententia moderna, secus quando allegantur plures sententiæ antiquæ, constituentes rem judicatam, ut in puncto distinguit *Card. de Luca de Benef. d. disc.* 136. *num.* 21. Antiquitas enim de per se solùm considerata talem tribuit senten-
6 tiis præsumptionem, ut illæ, etiam Actis non exhibitis, plenam constituant probationem. *Pacific. de Salvian. Interdict. inspect.* 1. *cap.* 4. *n.* 64. *Gamma dec.* 27. *num.* 7. *Ludovic. dec. Perus.* 26. *num.* 14. *Leoncill. dec. Ferrariæ* 35. *num.* 8. *Rot. dec.* 143. *num.* 8. & 11. *part.* 2. *div.* & *cor. Greg. dec.* 135. *num.* 8. *Buratt. dec.* 64. *num.* 8. *Arguell. dec.* 17. *num.* 33. vel quando is, qui favorabilem sententiam obtinuit, instat pro illius confirmatione, & executione; Non verò, quando sententia jam executa est, & per longum tempus observata; tunc enim cum verisimile non sit, victum tandiu tacuisse, & tot, tantosque actus in executione sententiæ fieri
7 permisisse, si se gravatum comperiisset, exindè sit, quòd potens Victorem in sua quasi possessione turbare, rem judicatam infringere, eamque ex capite, injustitiæ declarare sibi non obesse, debet talem injustitiam cum integra transportatione Actorum ad oculum demonstrare, ut in specie declarat *R. P. D. meus Collega de Commerc. & Mercatur. disc.* 15. *n.* 7. & 8. & *num.* 15. *Card. de Luc. de Benefic. d. discurs.* 136. *num.* 21., vel demùm quando sententiæ, & res judicata emanarunt absque Partis
8 citatione, aut contra diversas personas, secus in præsenti hypothesi, in qua emanavit citato, & contradicente Capitulo hodierno Collitigante, ut explicat *Rot. coram Priol. decis.* 414. *n.* 12.

Minùs obesse potest, quòd cum ex parte Capituli fuerint adhibitæ omnes diligentiæ pro inveniendis integris Processibus, cumque solùm reperta fuerint Acta instantiarum *cor. bo. me. Accorombono*, & *Sanctacrucio*, istorum transportatio, seu repetitio sufficiat, Acta enim quæ non existunt, & Appellantis culpa non defecerunt, trasportari non debent. Siquidem quoties de integra transportatione Actorum quæstio non est ad effectum firmandi jurisdictionem Judicis ad quem, nec ad effectum sustinendi validitatem, vel executionem sen-
9 tentiæ, in quibus terminis loquuntur, & intelligendæ sunt Authoritates, quæ in contrarium allegabantur, sed principaliter agitur in gradu appellationis de infirmatione antiquarum Sententiarum Rotalium, & rei judicatæ, semper integralis Actorum transportatio est necessaria, nec admittitur excusatio, quòd illa ex facto tertii, vel ex alio casu, & accidenti sint amissa, cum accidentalis, & fortuita amissio non tollat præsumptionem validitatis, & justitiæ assistentem sententiis, & rei judicatæ, donec de nullitate, vel injustitia ab allegante doceatur, ut egregiè in individuo distinguit *Card. de Luc. de Judic. disc.* 27. *n.* 42. & faciunt tradita per *Rotam coram Coccin. d. dec.* 2343. *n.* 5.

Responsione non attenta, quòd saltem obesse non debet defectus integræ transportationis Actorum, quando iste provenit ex culpa Partis collitigantis, nempè Defensorum Episcopi, qui illa non transportarunt in dicto Judicio agitato *coram bo. mem. Sanctacrucio*: quoniam cum Capitulum à Sententiis sibi contrariis appellationem interposuerit *coram bo. mem. Sanctarucio*, ipse tenebatur ad Actorum 10
transportationem. *Gratian. discept.* 121. *n.* 11. *Thomat. dec. March.* 48. *num.* 3. *Rota divers. decis.* 20. *part.* 4. *coram Dunoz. Jun. dec.* 309. *n.* 1. & *in rec. decis.* 445. *num.* 5. *part.* 18. Et tamen quatenus etiam spectasset ad Episcopum, adhuc non probatur ipsius Defensores talem transportationem omisisse, dum hæc negativa non resultat ex quo transportatio adnotata non legatur in Manuali Actorum, vel quia hoc provenire potuit ex negligentia Notarii, qui sicut registrationem plurium aliarum Scripturarum in eodem Libro probatur omisisse, Ita adnotare trasportationem Actorum omittere potuit; Vel etiam quia cum talis transportatio adnotari potuerit in alio Libro Receptorum, isteque hodie 11
non exhibeatur, verificata non dicitur negativa per inspectionem omnium Librorum, ut requiritur, quemadmodum in præcisis terminis prætensæ non transportationis Actorum, *Rot. dec.* 356. *num.* 3. *post secundum volumen Consilior. Farinacii*.

Præterea, inspectis etiam actis, hodie à Capitulo exhibitis, petita Restitutio in integrum non esset concedenda, dum ex eis potiùs convincitur, residentiam esse variabilem ad nutum Episcopi. Examinando enim Bullam fa. me. Innocentii IV. data *in Summario Capituli num.* 2., in ea committitur Episcopo cura designandi Canonicis Residentiam in Ecclesia Baezæ, & sic censetur eidem tributa facultas eosdem Canonicos mutandi, cum mutatio sit connaturalis, & veniat in consequentiam cujuscunque residentiæ obedientialis, quæ ad arbitrium Superioris variatur, ut in simili casu Monacorum est *Text. in cap. cum ad Monasterium*, *de Statu Monachor.*, & tradunt *Novar. cons.* 3. *num.* 22. & *cons.* 14. *num.* 12. *de Regular. Roderic. Quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 54. *art.* 2. *Azor. Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *quæst.* 2. *numer.* 3. *Less. de Justit.* & *Jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.* 98. *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 24. *num.* 104.

Non obstante, quòd in dicta Bulla Pontifex usus fuerit verbo *Manere*, & verbo *Perpetuò*, quia licèt verbum *Manere* denotet persistentiam fixam in loco, tamen per quantum tempus dicta persistentia, & permanentia duret, non est cautum in Jure, undè regulari debet à subjecta materia, quam attendendam esse in dispositionibus, & Constitutionibus 13
Pontificiis, firmat *Rot. dec.* 682. *n.* 4. *part.* 18. & *dec.* 45. *n.* 11. *part.* 19. *rec.*, & tam istud verbum, quàm præceptum Pontificis, quòd Canonici perpetuò orare deberent Deum pro iis, qui fuderunt sanguinem ad honorem, & gloriam Nominis Christiani, & Fidelibus Ecclesiastica Sacramenta subministrare, respicit Canonicos in genere, itaut sit cura, & onus Episcopi, quòd in dicta Ecclesia semper preces pro defunctis Deo fundantur, & Ecclesiastica Sacramenta subministrentur, non autem respicit orationem, & administrationem 14
Sa-

Sacramentorum faciendam in specie ab hoc, vel illo particulari Canonico, quod nihil interer at Pontificis, ut consimilia verba examinando notat *Mastob. in Prax. habendi Concursum tit. de Deput. Vicar. requisit.1. dub.26. num.25.*

Præcipuè quia cum hac Innocentiana Con-
15 stitutione concordat dispositio Juris communis, juxta quam Episcopo licitum est mutare, & transferre personas de uno loco ad alium, juxta *Textum expressum in cap. quæsitum, in fin. de rer. permutat. ibique Zabarell. num.1. Jo: Andr. Innocent. Imol. Anan. Butr. Hostien. Boich. Barbat. Ancharan. Barbos. num.1. & alii. Archidiac. in Can. Episcopus 7. sub n.3. quæst.1. Paris. de Resig. lib.3. quæst.18. n.32.* etiam inuitas, ut in alia hodierna mea Decisione §. *Non obstat*, cum qua Juris commu-
16 nis dispositione præsumitur Pontificem se voluisse conformare, cum planum sit, Statuta, & Constitutiones Apostolicas passivam recipere interpretationem à Jure. *Rot. dec.196. num.5. part.2. divers. & post Albit. de Inconst. in Judic. dec.1. num.14.*

Hoc ipsum suadet natura translationis Cathedræ Baecen. ad Giennen., & unionis utriusque adeo solemniter, & plenariè factæ, ut in Ecclesia Baecen. ampliùs Canonici non existerent, solùmque vigore supradictæ Bullæ sa. mem. Innocentii IV. tertia pars Canonicorum, & Præbendatorum, existentium in Ecclesia Giennen., residere debent Baezæ, retento nomine Canonicorum, & Portionariorum Ecclesiæ Giennen., Baezæ residentium, & vigore Statutorum Beneficiati Ec-
17 clesiæ Giennen. utrique Ecclesiæ inservire debent, quæ declarantur una, & eadem, adeout faciendo annualem Residentiam in una, satisfiat legi municipali, eam requirenti, etiamsi is, qui eam fecit, transferretur ad aliam Ecclesiam, omniaque negotia cujuscunque generis Ecclesiæ Baecen. pertractari debent à Canonicis Ecclesiæ Giennen. in propria eorum Ecclesia, ut latiùs constat ex tenore ejusdem Bullæ, ex Statutis, & depositionibus Testium formiter examinatorum *Summ. Episcopi dat. die 21. Febr. 1698. num.13. & seqq.* per quam translationem, & unionem respectivè, adeò amplam, & effrænatam, cum ambæ Cathedrales effectæ fuerint unum Corpus formale, ac in omnibus, & per omnia non solùm quoad Episcopum, sed etiam quoad semetipsas, & præsertim quoad Canonicatus identificatæ; ex hoc promanat, quòd esse debeat in potestate Superioris distribuere ad servitium unius, vel alterius Ecclesiæ, Di-
18 gnitates, Canonicos, aliosque Præbendatos, eosque mutandi, & remutandi, ut post individualem authoritatem *Frances de Eccles. Cathedr. cap.8. num.131. & seqq. & num.141.* observat *dec. R. P. D. mei Ansaldi 20. Febr. 1699. §. Impulit enim.*

Et stante hac identitate Ecclesiarum, & Canonicatuum, applicatur hujusmodi hypothesi conclusio, quòd Canonicus, vel alter
19 Beneficiatus, habens duas Residentias, potest in una ex eis residere, & Residentiam mutare, & remutare, ad sensum *Glossæ in cap. non potest, V. residere, de Præben. in 6.* ibi — *resideat in altera, quam vult, vel nunc in ista, vel in illa, ibique Franch. n.1. Barbos. n.7. Abbas in cap. extirpandæ §. Quia verò, n.5. ibidemque Fagnan. num.26. de Præben. Garz. de Benefic. part.12. cap.2. num.45. Passerin. de Stat. Homin. quæst.185. sub num.90. Pignattell. consult. Canonic.351. num.1. tom.1. Rota cor. Seraph. dec.1452. num.5.*

Fortiùsque convalidatur assumptum, de quo agitur, ab Articulis utrinque exhibitis in principio utriusque litis, in quibus ingenuè admissum fuit Jus Mutandi, restricta solùm difficultate, an tale Jus spectaret ad Episcopum, vel ad Capitulum, cum uterque ad sui favorem articulasset quasi possessionem immemorabilem, quodque plus est, etiam in hodierna Controversia tale jus ad se spectare contendebant Defensores Capituli, tam vigore Statuti anni 476., quàm successivarum mutationum ab eo factarum ab anno 1515. usque ad annum 1545., ut videre est in ipsius *Summario num.3., & 4.*, ex his enim actibus resultat confessio nedum tacita, sed etiam expressa Capituli Collitigantis, quæ in Jure
est omnium aliarum superiativa probatio, & 20
contra Confitentem plenè probat, ut in terminis confessionis emissæ à Capitulo *Rota in Gerunden. Administrationis Episcopatus Sede vacante 24. Januarii 1687. §. Tum etiam, cor. bon. mem. Emerix, impressa apud Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerunden. lib.5. tit.13. cap.2. num.47.* Et licèt verum sit, quòd Capitulum articulans talem mutationem non dicatur fateri, æquè tamen verum est, quòd
confessio emissa in Articulis, magnum præ- 21
bet adminiculum veritatis, adeout concurrente Bulla sa. me. Innocentii IV., subjecta materia, & effectivis mutationibus, plenè probet. *Adden. ad Greg. dec.143. num.5. Adden. ad Buratt. dec.600. num.18. Rota coram Bich. dec.213. num.19. & in rec. dec.553. n.5. part.4. tom.3. & dec.326. num.16. part.14.*

Non attento, quòd confessio solùm concernat Mutationes voluntarias Canonicorum, non alias, quæ fiunt ipsis invitis, quia contrarium constat ex lectura earundem Mutationum, in quibus præceptivè fuit injuncta Canonicis Residentia modò in uno, modò in alio loco *d. Summ. Capituli n.4. lit. G.* ibi *Conforme era stato loro comandato. lit.H. in fine, & lit.I.* Et ulteriùs expetentibus Canonicis licentiam residendi in Civitate Baezæ, non obstante præcepto eis facto, fuit denegata, vel concessa absque spe ulterioris prorogationis *eodem Summ. num.4. litt. C.* ibi *Il suddetto Signor Cantore costa aver fatto istanza alli sopraddetti Sig., che a riguardo di non trovar casa in Jaen. gli desse ro licenza ad effetto di studiare, e risedere in Baeza fino a S. Gio: di detto anno, e glie la negarono & lit. H., & seqq.*, ex qua licentia duo resultant: Alterum, quòd præceptum Canonicis factum de se transferendo ab una Ecclesia ad aliam, est coactivum, dum illud evitare curarunt mediantibus precibus
porrectis Capitulo, frustra enim precibus im- 22
petratur, quod absque illis permissum est, ad *Text. in l. Imperatores ff. de privileg. & l.1. ubi gloss. in fine ff. ad Municip. l.1. C. de* The-

*thesaur. lib.*10. *Soccin. Jun. cons.*160.*num.*40.*lib.*
2. *Modestin. Pistor. cons.*9.*num.*9. *& cons.*19. *n.*3.
*lib.*8. *Rota dec.*1889. *num.*8. *coram Coccino:* Alterum
verò, quòd negatio licentiæ, vel illius concessio ad certum tempus absque spe
ulterioris prorogationis, confirmat talem coactionem, aliàs non potuisset Capitulum licentiam
denegare, si verum esset, quòd Mutationes solùm fiebant volentibus, non autem
invitis Canonicis.

Et his omnibus adstipulatur subsecuta observantia, de qua infra, quæ in quacunque du-
23 bitatione est fida interpres. *Rota in Ariminen. Exemptionis* 5. *Maji* 1688. §. *Nec suffragari*,
coram R. P. D. meo Caprara, *& in Derthusen. Jurisdictionis* 30. *Aprilis* 1694. §. *Comprobat*
§. *His demum*, *&* §. *Quibus non deficit*, *cor. Eodem*.

Probato ex præfatis, Residentiam esse variabilem, existimarunt DD. variationem hanc
regulari debere ex arbitrio, & voluntate Episcopi, sive attendatur dictum Breve *san.
mem. Innocentii IV.*, in quo hæc facultas fuit à Summo Pontifice concessa Episcopo aucto-
24 ritate delegata, prout denotant verba illa -- *Auctoritate nostra manere faciat: Menoch. de
Præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*16. *num.*28. *Barbos. in l. cum Prætor* 12. *in princ. num.*33. *ff. de Jud.
Monet. de Commut. Ult. Volunt. cap.*7. *num.*241. *Marches. de Commiss. part.*1. *pag.*64. *num.*226.
*pag.*802. *num.*325. ac proindè cum hæc cura, & facultas concessa specialiter fuerit Episcopo,
electaque ejus persona, & industria ob specialem confidentiam Episcopi, non potest prætendi, nec
exerceri à Capitulo, quod in dicto Breve non fuit contemplatum:

Sive Articuli dati de anno 1548., in quibus probata fuit ab Episcopo immemorabilis quasi
possessio in Jure Mutandi. Licèt enim hæc quasi possessio prætensa fuerit ab utraque Parte,
tamen cum *Sac. Rot.* per binas sententias manutentionem concesserit Episcopo, & per
tres super bono jure ad ejusdem favorem pronunciaverit, præsumi debet ipsum justificasse
25 suam quasi possessionem, nè aliàs dicatur *Sac. Rotam* in tot instantiis injustè processisse. *Rot.
coram Gregor. dec.*176. *num.*4. *in recent. decis.* 285. *num.*4. *part.*17. deficiente enim Capitulo
in trasportandis Actis, id, quod verisimile est,
26 præsumitur favore Episcopi probatum, & omne possibile pro veritate habetur. *Rot. coram
Coccin. d. dec.*2343. *num.*3. *in rec. d. dec.*118. *num.*7. *& per tot. part.*8. *d. dec.*201. *num.*2.3. *&*
10. *part.*15. *& in allegata Lunen. Sarzanen. Beneficiorum* 1687. §. *Quin cum sententia*, *coram
bon. mem. Benincasa*.

Sive demum inspiciatur subsecuta post rem judicatam per centum quinquaginta annos observantia
Episcoporum mutandi Canonicos de una Ecclesia ad aliam, ut ex actibus latè recensitis *in d.
Summario Episcopi*, *impresso*, *& dato die* 21. *Februarii* 1698. *coram bo. me. Ursino
à num.*14. *usque ad num.*18. Quæ observantia non solùm inservit ad effectum interpretandi
Breve Innocentianum, quatenus esset dubium, ad demonstrandum quales fuerint responsiones datæ
Articulis, & ad magis convalidandam præsumptionem justitiæ rei judicatæ assi-
27 stentem, cum observantia sit omnium rerum dubiarum magistra: *Roman. cons.*338. *num.*5.
Seraphin. Massin. de Confiscat. Bonorum quæst. 35. *num.*80. *& seqq. Rota dec.*244. *num.*13. *part.*
16. *& dec.*504. *num.*54. *part.*19. *recent.*, sed attento adeò longævo lapsu temporis, superinducit
quemcunque meliorem titulum de mundo, ad hoc ut canonizatum remaneat favore 28
Episcopi Jus Mutandi, quamvis aliàs de jure non competeret. *Rota in Pisana Oeconomatus*
23. *Junii* 1692. §. *Fundamentum*, *coram bon. me. Emerix*, *& in Romana*, *seu Portuen. Tenutarum*
2. *Decembris* 1693. §. *Vel solus*, *coram Eodem*.

Minimè refragante, quòd hæc observantia fuerit interrupta, vel ex reduplicatis recursibus
Capituli ad legitimos Superiores, vel ex pluribus Mutationibus à Capitulo factis:
Quia quoad recursus, cum in omnibus Tribunalibus, ad quæ Capitulum appellationem 29
interposuit, & recursum habuit, succubuerit, fortior ex his recursibus evasit, & constabilita
remansit observantia favore Episcopi, ad tradita per *Felin. in cap. illud*, *num.*17. *versic.*
14. *conclusio*, *de præscript. Covarruv. in regula de possessor. quæst.*2. §.12. *num.*4. *Gratian.
discept.*2. *num.*43. *Rota coram Seraphin. dec.*1085. *num.*6. *Coccin. dec.*337. *num.*23. *& decis.*2283.
*num.*34.

Certiùs si ponderetur, quòd ipsummet Capitulum agnoscens appellationes, & recursus esse
insubsistentes, ab iis omnibus recessit, & ingenuè fassum fuit, Prælatos Giennenses, tam
ex Executorialibus, quàm ex Consuetudine immemorabili, habere jus liberè mutandi Dignitates,
Canonicos, & Portionarios ab una Ecclesia ad aliam *d. veteri Summar. Episcopi
num.*19., & ponderat *decis. R. P. D. mei Ansaldi* §. *Eoque*, ex qua renunciatione, & confessione,
sicuti extincta remansit quælibet ap-
pellatio, ita magis magisque valida, & in- 30
controvertibilis evasit observantia.

Nec refert, quòd ab anno 1548. usque ad 1567. nullæ afferantur Mutationes factæ ab
Episcopo: Quia non usus alicujus temporis non præjudicat habenti facultatem aliquid fa-
ciendi, nisi probetur evenisse casum Mutatio- 31
nis, & Episcopum fuisse à Capitulo impeditum, & in sua quasi possessione turbatum,
ex firmatis per *Rot. in Derthusen. Jurisdictionis super manutentione* 26. *Aprilis* 1694. §. *Nec prodesse*,
cor. R. P. D. meo Caprara.

Quò verò ad Mutationes à Capitulo factas; Ultra quòd istæ non afferuntur per extensum,
sed de eis adest simplex fides Notarii: Urget responsio, plures ex illis factas fuisse de
tempore Sedis Vacantis, quæ proindè Digni- 32
tati Episcopali non præjudicant. *Rota in Compostellana Parochialis* 8. *Junii* 1696. §. *Nullitas
autem*, *coram Reverendissimo Domino meo Decano; in Gerunden. Beneficii* 10. *Decembris ejusdem
anni* §. *Et demùm*, *&* 26. *Aprilis* 1697. §. *finali*, *coram R. P. D. meo Priolo*. Aliæ verò sunt
æquivocæ, nec probantur executioni deman-
datæ scientibus, & patientibus Episcopis, 33
prout necessarium est ad hoc, ut eos afficiant. *Rota coram Mantica dec.*40. *num.*9. *& in recent.
dec.*220. *num.*28. *part.*9. *& dec.*227. *n.*9. *part.*16. Et quamvis de una notitiam habuerit Episcopus,
tanquam facta ad ejus instantiam, tamen cum

cum in ea adjecta fuerit clausula -- *Sine præjudicio Statutorum, usuum, & consuetudinum*, constito, quòd sit contraria Brevi Pontificio, consuetudini, aliisque, de quibus supra,
34 nullum ferre valuit præjudicium. *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.40. num.278. Rota coram Puteo dec.291. num.17. lib.1. & dec.113. lib.2. Verall. dec.159. part.1. coram Seraph. decis.154. num.6.*

Multoque minùs obesse potest Episcopo Statutum anni 1476., cujus vigore prætenditur à Capitulo sibi competere Jus Mutandi Canonicos: Quoniam hujusmodi Statutum loquitur, vel de electione Canonicorum facienda à Capitulo, ex quo inferri non potest ad il-
35 lorum Mutationem de una Ecclesia ad aliam, tanquam quid diversum, ad *Text. in vulgata l. Papinianus exulis ff. de minor.*, & tradita per *Rot. in Ausculana Beneficii 5. Martii currentis §. Pariter non obstat, coram Me*, Et quatenùs etiam de hoc casu præciso disponeret, non esset attendendum: Tum quia esset de directo contrarium Brevi Innocentiano, tale Jus mutandi Episcopo tribuenti auctoritate Apostolica delegata, ut supra dictum est: Tum etiam quia forsan ex hoc capite nullitatis fuit successivè à Capitulo revocatum, & tributa facultas mutandi Episcopo, ut constat ex confessione Archidiaconi, in actu Capitulari emissa de anno 1552. *Summario Capituli n.6.* Non obstante, quòd hoc secundum Statutum emanaverit ex passionibus particularibus, & ob timorem Episcopi, quia cum Legislatores, & Statuentes semper præsumantur moveri ex
36 justis causis, & in persona Ecclesiastica non præsumatur incussio timoris, & violentiæ, *Rota in Olomusen. Jurisdictionis 19. Januarii §. Quintum objectum, & seq. & 5. Junii 1693. §. Nam non videtur, coram Me*, hæc qualitas, habens præsumptionem Juris contra se, potest scindi à confessione Archidiaconi, eaque in
37 parte acceptari, & in parte reprobari. *Paitel. Expedit. Civil. 19. num.6. Hodiern. ad Surd. dec.258. n.3. & seqq. Michalor. de Posit. cap.59. num.10. Adden. ad Gregor. dec.60. num.8. & 10. Adden. ad Pamphil. dec.140. num.9. & dec.212. num.19. Rota in recent. dec.391. num.10. & 11. part.17.* Maximè quia talis confessio est sibi, & Capitulo favorabilis, quo casu eidem de-
38 ponenti ad proprium commodum contra Episcopum non creditur. *Tiraquell. in l. si unquam V. donatione largitus, num.100. & seqq. Cod. de revocand. donat. Surd. decis.325. num.6. Rota coram Priolo dec.250. n.9.*

Ex his satis superque agnoverunt DD. constare de Residentia variabili ad nutum Episcopi, & tamen ad effectum, de quo agitur, sufficeret, quòd ex parte Capituli non docere-
39 tur de contrario per claras, & undique evidentes probationes, ad hoc, ut probata non dicatur ocularis Sententiarum injustitia, & læsio, quæ omninò requiritur ad obtinendam restitutionem in integrum. *Rota coram Coccin. dec.1687. num.1. coram Cerro dec.734. n.1.* & alibi passim.

Et ita omissis aliis objectis, utpote non concernentibus resolutionem præsentis Dubii, responsum fuit, Utraque &c.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Giennen. Adjunctorum.

Veneris 1. Maji 1704.

ARGUMENTUM.

Quando Episcopus teneatur procedere cum Adjunctis in cognoscendis Causis Criminalibus Capitularium.

SUMMARIUM.

1 Decretum S. Conc. Trid. cap.6. sess.25. de reform. *concernens materiam Adjunctorum, in quibus Capitulis procedat*, & num.2. & 28.

3 *Qui gaudere vult beneficio legis, pollere debet qualitatibus, ab illa requisitis.*

4 *Ordinariis Locorum tribuitur à Jure ampla potestas inquirendi, & puniendi cunctos suorum Subditorum excessus.*

5 *Et ea non evitatur, nisi per consuetudinem immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo colorato.*

6 In Synodalibus Constitutionibus Diœcesis Giennen. anni 1492. *quæ potestas concessa fuerit Decano in Capitulares, aliasque personas, Ecclesiæ Cathedrali inservientes*, & n.7. 8. & 9.

10 *Stante mala fide inchoari non potest præscriptio.*

11 *Quæ sit virtus dictionis* -- præsertim.

12 *Ordinariæ Jurisdictioni reservatum censetur, quod non fuit expressè ademptum.*

13 *Ostenditur, dictas Synodales Constitutiones fuisse observatas*, & n.14.

15 *Excipienti de inobedientia Statutorum, onus incumbit istam exceptionem probandi.*

16 *Successiva observantia vehementem inducit præsumptionem, quòd antecedens fuerit conformis.*

17 *Ad inducendam consuetudinem, Juri contrariam, requiritur pluralitas actuum, & tempus immemorabile, vel quadragenaria cum titulo colorato.*

18 *Consuetudo initium habere non potest cum mala fide.*

19 *Et inchoata, ex actibus contrariis interrumpitur.*

20 *Scripturæ deletæ, tanquam informi, nulla potest, nec debet adhiberi fides.*

21 *Testes ad Scripturas se referentes, plus non probant, quàm ipsemet Scriptura.*

22 *Confessio, habens relationem ad Statuta, juxta eorum dispositionem debet interpretari*, & n.24.

23 *Confessiones omnes intelligi debent, ut minùs quàm fieri possit confitenti præjudicent.*

25 *Ex quo Capitulum per spatium longissimi temporis non petiit Adjunctos, insurgit magnum argumentum defectus requisitorum ad formam Concilii.*

26 *Privilegium per non usum censetur amissum, vel ei renunciatum.*

27 Concilium d. cap.6. sess.25. de reform. de-

rogat

rogat consuetudinibus contrariis Episcopis, non favorabilibus, & n.28.

29 *Potissimus finis Patrum* Sacri Concilii *fuit imminuendi privilegia, & exemptiones Ecclesiasticorum ab ordinaria Episcoporum Potestate.*

30 *Reprobanda non est consuetudo, quòd Episcopi corrigant, & puniant Subditorum crimina absque consilio Capituli.*

DECISIO XIV.

EXaminarunt hodie Domini tertio loco Dubium, super quo aliàs *Sacra Congregatio Concilii* votum *Sacræ Rotæ* exquirere dignata est; *An scilicet Reverendissimus Episcopus Giennen. in cognoscendis Causis Criminalibus Capitularium teneatur procedere cum Adjunctis ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini in cap.6. sess.25. de reformat.* Et quidem attenta hodierna nova, magisque accurata Facti explanatione, quam solummodo pro hujus Causæ resolutione sufficere censuerunt, persistendo *in decisis cor. Me sub die* 13. *Februarii*, & 15. *Junii* 1703., negativum etiam in hac tertia vice dederunt responsum.

Strictiori quippe methodo incedentes, ajebant, veriorem, & hodie pacificam, & incontroversam esse opinionem, quòd Decretum Concilii in dicto *cap.6. sess.*25. locum obtineat in Ecclesiarum Cathedralium Capitulis, quæ ante ejusdem Sanctæ Synodi promulgationem erant à Jurisdictione Episcopali exempta, quæve ex Concordia, seu consuetudine gaudebant prærogativa cognoscendi, & judicandi privativè quoad Episcopos Causas Criminales Canonicorum; secus verò
1 in illis Capitulis, quæ omnimodæ Jurisdictioni Episcoporum subiiciebantur, vel saltem non habebant consuetudinem, aut Concordiam judicandi, ac definiendi Criminales Capitularium Causas, juxta inconcussam *Sac. Congregationis Concilii* opinionem, ventilatam, & explicatam ab hoc Sacro Auditorio in una *Gadicen. Adjunctorum de anno* 1582. ex speciali Commissione san. mem. Gregorii XIII., ut patet ex *decisione* 743. *part.*1. *divers.*, quam postea semper secuta est *Rota*, & post eam communis Doctorum Schola, quorum Elenchum referunt antecedentes Causæ Decisiones, & signanter secunda §.23. *cum seqq.*, ubi etiam hujusmodi opinio vindicatur à nonnullorum Doctorum oppositionibus, uti contrariis menti, & verbis Decreti Conciliaris; Ac præter ibidem deducta, in hodierna Disputatione reflectebatur desuper, Patres Concilii satis apertè declarasse, quòd Beneficium Adjunctorum suffragari non deberet Capitulis non exemptis, dum literis claris sese explicarunt, ut præscripta in præfato *cap.6.* locum non habeant in iis Ecclesiis, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii, ex Constitutionibus, vel Privilegiis, aut consuetudinibus, sive Concordiis, seu quocunque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac Jurisdictionem, quàm in eodem Decreto fuit comprehensum, quibus Sancta Synodus non voluit derogare; quæ sanè verba literaliter convincunt, Episcopos obtinentes ante Concilium majorem Jurisdictionem, & 2
potestatem supra Canonicos, eorum excessus cognoscere, & corrigere posse sine interventu, & consensu Adjunctorum, ut in specie observant *Barbos. ad sæpedictum cap.6. sess.*25. *de reformat. num.*60. *Gallemart. ibidem n.*31. *Saravia de Adjunctis quæst.*11. *n.*5. *Rota in d. dec.*743. *n.*6. *part.*1. *divers.* & *in dec.*321. *num.*2. *vers. Et ante Concilium*, & *vers. Attamen*, *part.*2. *divers.*

Procedendo cum hoc irrefragabili principio cum Capitulum Giennen. ante Concilium non gauderet privilegio exemptionis ab Ordinaria Episcopi potestate, nec minus Concordia, vel consuetudine cognoscendi Causas Criminales Canonicorum, sine ullo fundamento petit prærogativam Adjunctorum, legis enim Beneficium non patrocinatur eis, qui 3
carent mediis, & qualitatibus ab illa requisitis. *leg. si hæredi plures & ibi Bart. ff. de condit. instit. l. si quis ita stipulatus ff. de V. obligat. Paris. cons.*34. *n.*8. *lib.*3. *Conciol. alleg.* 10. *n.*6. *Rot. dec.*307. *part.*6. & *dec.*110. *n.*16. *part.*7. & *dec.*530. *num.*9. *part.*18. *recent.* & *dec.*543. *n.*9. & 11. *coram Pamphil.*

Et porrò nunquam Capitulum allegavit Privilegium Apostolicum exemptionis à Jurisdictione Ordinaria, prout nec unquam suam fundavit intentionem in Concordia super jure cognoscendi Causas Criminales Canonicorum, sed in omnibus Causæ Disputationibus acriter contendit habere præscriptam consuetudinem corrigendi crimina, & excessus Capitularium independenter ab Episcopo, quod sanè assumptum nunquam fuit verificatum illa plenaria, & concludenti probatione, quæ requiritur ad effectum, de quo agitur. Cum enim tractetur de consuetudine privante Episcopum à totali cognitione excessuum suorum Canonicorum, quæ est odiosa, & repugnans Juris dispositioni, juxta quam Ordinariis Locorum 4
tribuitur ampla potestas inquirendi, ulciscendi, & vindicandi cunctos omnium suorum subditorum excessus *cap.*1. *de Offic. Ord.* & *cap. irrefragabili eodem tit.* & pluries respondit *Rota* in similibus controversiis, & signanter in *Gerunden. cognoscendi Causas Criminales* 17. *Martii*, & 20. *Junii* 1692. *cor. Me*, & *in Valentina Jurisdictionis* 6. *Aprilis* 1699. *pariter cor. Me*, & *in Tarraconen. Jurisdictionis* 10. *Maji* 1700. *cor. D. dell' Olmo*, & *in Calaritana Jurisdictionis* 10. *Junii* 1701. *cor. R. P. D. meo della Tremoille*, & *in dicta Tarraconen.* 2. *Decembris* 1701. *cor. Me*, certum est, non sufficere quamcunque consuetudinem ad evadendam hanc Episcopi subjectionem, sed requiritur consuetudo imme- 5
morabilis, vel quadragenaria cum titulo colorato, ut in specie ait *Text. in cap. cum personæ, de privileg.* & *ibi gloss. in V. Canonicam*, & latè *in Firmana Jurisdictionis* 17. *Marti* 1702. *cor. Me*, & in aliis confirmatoriis, & *in Nullius seu Fulden. Jurisdictionis* 16. *Februarii* 1703. §. *Quemadmodum*, *coram Me*, & *in Illerden. Juris Mutandi* 23. *Januarii* 1701. §. *Minùs*, *coram R.P.D. meo Muto*.

Tantum verò abest, ut hujusmodi consuetudo sic qualificata probata fuerit, ut immo per contrarium constiterit illam deficere, nec un-

unquam legitimè inchoatam fuisse. Adsunt quippe in Ecclesia Giennen. Constitutiones Synodales usque de anno 1492. ab Episcopo Osorio cum consensu Capituli conditæ, & publicatæ, in quibus sub titulo undecimo confirmando ea, quæ stabilita fuerant sub
6 *tit.5. de Honestate Chori*, præscribitur, ut Decanus procedere debeat in omnibus defectibus, & erroribus, qui in Ecclesia inciderint, fuerintque tam à Dignitatibus, & Canonicis, quàm ab aliis quibuscunque Beneficiatis commissi, exceptis tamen defectibus, & erroribus gravibus, in quibus expressè disponitur, ut procedere debeat Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis, vel alter quem dictus Episcopus ad hujusmodi effectum specialiter delegaverit, ibi -- *Verùm si inter aliquas Dignitates, seu alios quoscunque Beneficiatos dictæ nostræ Ecclesiæ cujuscunque status & conditionis, aliqua oriatur gravis contentio, & scandalum, hoc casu non possit Decanus id cognoscere, nec pœnam ea de causa irrogare, sed conveniens existimamus, quod hujusmodi cognitio spectet ad Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem, seu alterum, cui dictus Episcopus ad hujusmodi effectum specialiter delegaverit*. Ibidem pariter statuitur, quòd idem Decanus possit cognoscere Causas pecuniarias Beneficiatorum, concernentes redditus rationum Ecclesiæ, non excedentes 50. marapetinos.
7 Si autem istæ Causæ pecuniariæ essent inter Dignitates, Canonicos, & alios Præbendatos dictæ Ecclesiæ, definiri deberent non à Decano, sed ab Episcopo, aut ejus Vicario, seu ab eo, quem idem Episcopus delegaverit, ibi -- *Quòd in illius cognitione Decanus se non immisceat, sed Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis, seu alter, quem idem Episcopus delegaverit*, hodierno *Summ. Episcopi num.2.*

Rursus sub *tit.31.* statuitur, nè ullus Præbendatus audeat proferre contra alium verba injuriosa, aut dissonantia, nec facere illi aliquam injuriam, præsertim intus dictam Ecclesiam, Chorum, aut Capitulum, & adversus contrarium attentantem, cujuscunque status esset, ea infligitur pœna, ut remaneat suspensus ab ingressu Ecclesiæ, Chori, & Capituli, & à Distributionibus, Anniversariis, & Portionibus per mensem à die, quo injuriam fecerit, aut dixerit: reservata tamen
8 potestate Episcopo, & in ejus absentia, Capitulo, dicendi, seu irrogandi majorem pœnam prout qualitas injuriæ postulaverit, ac etiam dispensandi in supradicta pœna, aut parte illius, ibi -- *ut Nos dictus Episcopus, vel dictum Capitulum in nostra absentia, possimus dicere pœnam majorem, prout nobis videbitur, & qualitas injuriæ postulaverit, sive actus, quos fecerit, aut dixerit talis delinquens, & quòd nos dictus Episcopus, vel Capitulum valeamus dispensare in supradicta pœna, aut parte illius*. Stabilitur ulteriùs, nè sub prætextu injuriarum aliquis injustè vexaretur, & dictis pœnis subiiceretur, quòd cognitio, ac indagatio, an verba sint injuriosa, vel non, committatur arbitrio duarum personarum,
9 & duorum Canonicorum antiquiorum Ecclesiæ, qui conficiant informationem, & declarent an verba sint injuriosa, sive non: *dicto Summ. Episcopi num.3.*

Ex quibus manifestè patet, vigore dictarum Constitutionum Synodalium sub *tit.11.* Decano fuisse solùm tributam potestatem corrigendi excessus leves, & non graves, istosque expressè reservatos extitisse Episcopo, vel ejus Vicario Generali, seu illi, quem idem Episcopus ad hujusmodi effectum specialiter delegaverit. Causas vero Civiles pecuniarias Beneficiatorum, concernentes redditus rationum Ecclesiæ, non excedentes tamen 50. marapetinos, posse cognoscere Decanum; secus autem si istæ Causæ Civiles pecuniariæ essent inter Dignitates, & alios Præbendatos Ecclesiæ, quia tunc debet cognoscere Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis, vel ille, cui Episcopus delegaverit. Vigore autem earundem Constitutionum sub *tit.31.* in Causis injuriarum, vel dictarum, vel factarum, jus illas corrigendi, & puniendi cum pœnis ibidem stabilitis, vel infligendi pœnam majorem, si qualitas injuriæ postularet, vel dispensandi in pœna, vel parte illius, esse relictum Episcopo, & in ejus tantùm absentia Capitulo, competere tamen duobus Canonicis antiquioribus, & aliis duabus personis cognitionem, & indagationem injuriæ, & illius qualitatis.

Undè stantibus prædictis Constitutionibus Synodalibus tam claris, & literalibus, editis usque de anno 1492. ab Episcopo cum consensu Capituli, non potest idem Capitulum prætendere, quòd ante *Concilium Tridentinum* consueverat privativè quoad Episcopum cognoscere omnes Causas Criminales suorum Canonicorum, cum isti in singulorum receptione ad præfati Statuti observantiam proprio Sacramentò adstringantur, ac per consequens nullum allegare possunt legitimæ præscriptionis initium, ut latè citatis concordan- 10
tibus, respondit *Rota dec.210. num.10. part.17.*, & pleniùs infra.

Nec ullatenus obsistit responsio, quòd præfatæ Constitutiones in citatis *titulis 11.*, *& 31.* se restringant ad favorem Episcopi quoad excessus Canonicorum, patratos in Choro, & Ecclesia, undè ampliari nequeant ad commissos extra Ecclesiæ limites: Nam ista restrictio non legitur, nec in *tit.11.*, nec in *tit.31.*, quinimmò in isto patenter excluditur ex illis verbis, ibi -- *Nec facere illi aliquam injuriam, præsertim intus dictam Ecclesiam, Chorum, & Capitulum* -- quæ dictio *præsertim* suapte natura comprehendit casum contrarium expresso, adeòut tacitè involvat alias 11
injurias, factas extra Ecclesiam, ex deductis per *Barbos. dict.277. num.4. & 5.* & dixit *Rota in Hispalen. Juris præsidendi in Choro 2. Jul. 1701. §. Neque in aliquo, cor. Domino meo dell'Olmo*. Et insuper excluditur hæc restrictiva ex citato *tit.11.*, ubi postquam reservantur Episcopo generaliter, & absque restrictione intus, vel extra Ecclesiam, excessus, & contentiones graves inter Dignitates, & quoscunque alios Præbendatos Ecclesiæ, præservantur etiam eidem Episcopo Causæ Civiles Pecuniariæ, concernentes redditus rationum Ecclesiæ inter easdem Dignitates, & Præbendatos; tamen ex hoc inferri nequit, nec unquam prætensum fuit, quòd aliæ

aliæ Causæ Civiles Pecuniariæ, non concernentes redditus Ecclesiæ, inter easdem Dignitates, & Præbendatos non sint reservatæ Episcopo.

Et revera si Episcopo reservata fuit Jurisdictio puniendi excessus graves in Ecclesia commissos, multò magis censetur præservata potestas corrigendi factos extra Ecclesiam; & de Jure sufficit, quòd Episcopis exercitium eorum Ordinariæ Jurisdictionis expressè non adimatur, ut semper ad illorum fa-
12 vorem, uti Juris assistentiam habentium, censeatur præservatum, ex famigerata Doctrina *Innocentii in cap. in fin. num.9. de Offic. Archid.* Tantoquè magis, quia imperceptibile redditur, quòd si Capitulum obtinebat hanc præclaram prærogativam puniendi excessus graves Canonicorum extra Ecclesiam in vim præscriptæ consuetudinis, non curasset illam exprimi in Constitutionibus Synodalibus, cum illius consensu editis, & promulgatis, ut semper absque alia probationis ope talis consuetuo innotesceret, sicuti obtinuit idem Capitulum, ut in eisdem Constitutionibus redigeretur in scriptis alia Consuetudo favore Decani, puniendi excessus leves in Choro, & Ecclesia, & altera favore ipsius Capituli, puniendi in Causis injuriarum absente Episcopo, ac etiam augendi pœnam, vel dispensandi in illa, ac desuper cognoscendi, & inquirendi super qualitate injuriarum: Ac proindè dicendum est, quòd cum dictæ facultates verè competerent Capitulo ex consuetudine, ideo curavit, ut exprimerentur, nè ex taciturnitate remanerent reservatæ Episcopo; Altera autem prætensa consuetudo cognoscendi excessus graves Capitularium, commissos extra Ecclesiam, non fuerit quoque in scriptis redacta, quia re vera non aderat, & non fuerit expressè præservata Episcopo, ex quo, ut dictum est, Jurisdictio, quæ competit Episcopis de Jure communi, nulla indiget præservatione, sed satis est, ut illa expressè non adimatur, ad hoc ut semper illæsa, & præservata tacitè censeatur.

Minusque dici potest, quòd dictæ Constitutiones Synodales, quatenus comprehendant delicta gravia extra Ecclesiam, nunquam fuerint observatæ, dum constat Capitulum ab anno 1520. usque ad annum 1566. processisse contra Canonicos independenter ab Episcopo, etiam in gravibus. Quoniam iterum con-
13 sideratis dictis Processibus, omnes comperti fuerunt fabricati ad formam, & præscriptum dictarum Constitutionum in citato *tit.*31., loquente de excessibus injuriarum inter Canonicos. In primo namque actu anni 1520., in quo Capitulum processit, propter altercationem, & verba injuriosa, prolata à Thesaurario contra Scholasticum, electi fuerunt duo Canonici ad capiendam informationem, & referendum Capitulo super qualitate injuriarum, & interim injunctum extitit Inquisitis, ut abstinerent ab ingressu ad Cathedralem Ecclesiam, *hodierno Summario Episcopi num.*4., quæ omnia, ut præmittitur, disponuntur *in d. tit.*31.

Sed magis exactè hujuscemodi Statutaria dispositio servata conspicitur in Processu fabricato anno 1538., in quo ante omnia Capitulum declaravit procedere ad formam Sta- 14
tuti, & proindè mandavit, nè Canonici delinquentes ad Ecclesiam Cathedralem accederent, elegit Canonicos ad effectum suscipiendi informationem, & Canonici deputati præstiterunt Juramentum procedendi nullo odio, vel amore ducti, & subindè declararunt, verba prolata à Canonico Bertazono contra Priorem, fuisse injuriosa, quibus peractis Capitulum processit ad mulctam, quæ omnia adamussim conveniunt cum præscriptis in præfato *tit.*31. *d. Summario Episcopi num.*5. Idemque observatum fuit in Processu fabricato de anno 1566. contra Canonicum Didacum Gonzalez pro verbis injuriosis, per eum contra alium Canonicum prolatis, *ut ex num.*6. *d. Summarii*. Ex quibus manifestè comprobatum remanet, dictum Statutum semper fuisse observatum.

Responsione non attenta, quòd, ut concludi valeat observantia totalis dicti Statuti, opus esset ulteriùs probare, quòd Capitulum in casibus prædictis processerit ad mulctas absente Episcopo, ut jubet ipse Statuti contextus *in tit.*31. Quoniam præsumptio est, quòd nonnisi ob absentiam Episcopi Capitulum devenerit ad correctionem, & mulctationem dictorum excessuum, eo ipso, quòd literis expressis declaravit, processisse ad formam Statuti *in tit.* 31., ut signanter patet ex Processu anni 1538. *d. Summario Episcopi num.*5. ibi -- *In conformità delli Statuti, che comandano, che dopo la dichiarazione fatta dalli quattro Giudici, il Capitolo possa arbitrare, e dar maggior pena, o diminuirla.*

Si igitur in hac parte processum fuit juxta formam Statuti, præsumitur servatum quoque fuisse illius præscriptum quoad aliam partem, mandantem Sententiam ferendam esse à Capitulo absente Episcopo, cum abrogatio, & inobservantia legis non præsumatur; & multò magis, quando in aliqua ejus parte vigens probetur, & in omni casu onus est Capituli docere, quòd dicta punitio facta fuerit ab ipso Capitulo præsente Episcopo, cui sufficit allegare Constitutionem Synodalem, & 15
Capitulo excipienti de illius inobservantia, & non usu, incumbit onus probandi istam exceptionem, in qua ipsum sit actor, ut in terminis tradit magistraliter *Sperellus dec.*15. *per totam*.

Et tamen ex abundanti docuit hodie Reverendissimus Episcopus, ab anno 1520., quo fabricatus conspicitur primus Processus, usque ad annum 1566., Ecclesiam Giennen. caruisse præsentia sui Episcopi, dum omnes hujus intermedii temporis Antistites erant addicti servitio Serenissimorum Regum Hispaniæ. Et quamvis doctum ulteriùs non fuerit, quòd Episcopi ante annum 1520. aliquem fabricassent Processum independenter à Canonicis, ipsosque solos devenisse ad prolationem Sententiæ pœnalis, id tamen provenit ex quo occasione cujusdam tumultus Popularis in Civitate Giennen. ferè omnia illius Archivia infortunium devastationis, & combustionis passa sunt, ut probatum fuit ex documentis datis *in hodierno Summario Episco-*

ri num.9. Eoque magis, quia Episcopus ha-
bet pro se observantiam procedendi in omni-
bus Causis Capitularibus ab anno 1586. us-
que ad præsens, ut infra dicetur, quæ suc-
16 cessiva observantia inducit vehementem præ-
sumptionem, quòd antecedens fuerit confor-
mis.

Nec turbat, quòd primus, & decimus
Processus adducti à Capitulo, concernere vi-
deantur delicta gravia, & non simplicium
injuriarum, adeoque extra præcitati Statuti
dispositionem. Nam ex hodie deductis in fa-
cto lucidissimè constitit, dictum decimum Pro-
cessum fuisse fabricatum de anno 1554., in
quo vacabat Sedes Episcopalis per Promo-
tionem Cardinalis de Pacecho ad Ecclesiam
Seguntinam, *Summario Episcopi num.7.* Qua-
propter cum iste actus expletus fuerit Sede
vacante, nulli dubium est, quòd cognitio
omnium excessuum gravium, licèt non simpli-
cium injuriarum, spectaret ad Capitulum,
in quod Sede vacante Jurisdictio Episcopa-
lis devolvitur *tot. tit., nè Sede vacante &c.* Pri-
mus verò Processus anni 1620. gestus fuit, ut
prænovimus, ad formam Statuti, & simplicem
concernebat injuriam. Non obstante quòd age-
batur de insultatione Scolastici cum ense nu-
dato. Quoniam dictum insultum non patravit
Thesaurarius, sed illius Famulus, undè non
nisi pro delicto injuriæ factæ à Thesaurario
fieri poterat dictus Processus, eoque magis
quia Famulus Thesaurarii fuerat ab ejus ser-
vitio dimissus *dicto Summ. num.4. lit. F.* Et
in omni casu, cum iste actus sit unicus, insuf-
ficiens manet non minus ad inducendam inob-
servantiam Statuti, quam etiam ad inducen-
dam consuetudinem favore Capituli proce-
dendi in Criminibus Canonicorum privativè
quoad Episcopos; cum ad radicandas similes
17 consuetudines Juri contrarias requiratur mul-
tiplicitas actuum, & tempus immemorabile,
vel quadragenaria cum titulo colorato, ut
lato calamo dixit *Rota in Fulden. Jurisdictio-
nis 16. Februarii* 1703. *coram Me.*

His positis, certa remanet observantia di-
ctarum Constitutionum Synodalium, seu Sta-
tutorum Ecclesiæ; sed certior efficitur ex se-
quentibus: & Primò quia in omnibus ferè
successivis Synodis confirmatæ fuerunt, &
signanter in Synodo celebrata anno 1511.,
& 1586. Secundò quia anno 1610. declaravit
Capitulum dictæ Ecclesiæ, idem Statutum in
*tit.*31. non habere locum quoties Beneficia-
tus contendit cum Canonico extravaganti,
subdendo tamen, ut eidem Statuto in nulla
ejus parte derogatum censeretur, sed quoad
omnia vigorem perpetuum obtineret *hodierno
Summario Episcopi num.*10. Tertiò quia de
anno 1630. ab ipsomet Capitulo demandata
fuit impressio Statutorum impensa Fabricæ,
cum hac lege, ut in primo Canonicorum in-
gressu singulis traderetur Exemplar, nè ullus
allegare posset ignorantiam, ut liquet ex
proœmio dictorum Statutorum *num.*1. Quar-
tò demum ex quo ab omnibus Canonicis ju-
re jurando emittitur in primo illorum ingres-
su ad Ecclesiam promissio illa observandi,
quæ circumstantiæ ad oculum ostendunt il-
lorum viridem observantiam à principio, quo
condita fuerunt, usque ad moderna tempora, 18
adeout ob præmissam, & juratam Statuti
observantiam nulla potuerit inchoari con-
suetudo, ut tradunt *Canonistæ in cap. fin. de
consuetud. Dec. cons.*215. *n.*35. *Surd. cons.*313.
*num.*33. *Bonac. de Censur. in Bull. Cenæ Do-
mini disp.*1. *quæst.*14. *puncto* 1. *propos.*2. *sub
num.*15., & quatenus fuisset inchoata, interru- 19
pta remansisset ex tot actibus Statutum ap-
probantibus, ut plenè, ac magistraliter *in
dicta dec.*210. *num.*10. *&* 11. *part.*17. *rec.*

Exclusa consuetudine per Capitulum præ-
tensa, quia illi resistit Constitutio Synodalis,
seu Statutum Ecclesiæ, & qualitas Proces-
suum Criminalium eidem Statuto confor-
mium, nihil urgere visæ fuerunt depositiones
Testium, examinatorum pro parte Episcopi
Giennen. de anno 1558. vigore Remissorialium
Sac. Rot. Tum quia plura deduxerunt Defen-
sores Episcopi efficacia argumenta, quòd Te-
stes dati *in Summario Capituli*, non sint illi,
qui examinati fuerunt ad instantiam illius
temporis Episcopi vigore Remissoriæ Rota-
lis, sed esse Testes examinatos ad perpetuam
coram Vicario Arquellada; dum Remissoria
Rotalis fuit expedita super duobus tantùm
Articulis, & Testes prædicti deponunt super
quatuor Articulis, atque id, quod Episcopus
articulavit super secundo, ipsi deposuerunt
super quarto. Rursus quia in Sumpto, ex quo
exceptę fuerunt depositiones dictorum Testium,
continentur plures alii Actus, & Attestatio-
nes, quæ non solent fieri in Processibus Re-
missorialibus; ac demum quia in tergo omnium
Jurium, vel Instrumentorum, quæ in Actis
nostri Tribunalis producuntur, ex stylo incon-
cusso adnotatur productio cum designatione
diei, mensis, anni, nominis Judicis, Actorum,
& Partium, & tamen in Sumpto prædicto
nullæ ex dictis solemnitatibus gestæ conspici-
tur: Et licèt in illius dorso adsit adnotatio
Processus Remissorialis de Partibus, tamen
ista adnotatio oculis corporeis deleta cerni-
tur, undè dicto Documento, tanquam infor- 20
mi, & non authentico, non potest, neque debet
certa fides adhiberi ex iis, quæ tradit *Rota
dec.*498. *n.*56. *& dec.*562. *num.*13. *part.*19. *re-
cent. tom.*2.

Tum quia, quatenus etiam dictæ Depositio-
nes essent authenticæ, adhuc cum Testes de-
posuerint, Capitulum processisse in Causis Cri-
minalibus Canonicorum, quia ita viderunt
practicare in hoc, vel illo casu, specificando
illosmet casus superiùs expensos, in citatis
Processibus à Capitulo adductis, certum uti-
que est, nullam majorem constituere probatio-
nem, ea, quæ à dictis Processibus resultat;
cumque illi, ex probatis, nihil concludant, ne- 21
que magis concludere possunt Testes ad eas-
dem Scripturas se remittentes, ut firmat ex
pluribus *Decisio*, quæ revidetur §.31., &
præter ibi deducta notavit *Rota in Cartha-
genen. Beneficii* 20. *Novembris* 1699. §. *Abs-
que, & in Pampilonen. Beneficii* 11. *Junii* 1703.
§. *Nec prætendere, cor. R. P. D. meo Muto.*

Quemadmodum levis ponderis remanet
enunciativa emissa in Actu Capitulari anni
1539., in quo Episcopus institerat, ut Capi-
tulum cederet ad sui favorem Jus Mutandi Ca-
no-

nonicos Ecclesiæ Giennen.,& Baecen., ac etiam Jurisdictionem, quæ Capitulo competebat circa Jus corrigendi Canonicos: quoniam præter deducta in Decisionibus Causæ, strictiùs hodie animadversum fuit, quòd Episcopus tunc optabat, ut Capitulum ad sui favorem renunciaret illam Jurisdictionem corrigendi excessus Canonicorum, quæ eidem Capitulo competebat in vim Statutorum præfatæ Ecclesiæ, ut liquet ex contextu Actus Capitularis — ibi — *Che il Decano, e Capitolo ceda, e rinunzj la preeminenza, e Statuti, che li detti Signori Capitolari, e Decano hanno*. Cum itaque Statuta concedant Decano cognitionem excessuum levium in Choro, & Ecclesia, & Capitulo Jus capiendi Informationes in Causis injuriarum inter Canonicos illatarum, & Jurisdictionem corrigendi in Episcopi absentia, ut supra latè ostensum fuit, inde necessaria emergit consequentia, quòd Instantia facta ab Episcopo, Decano, & Canonicis, ut cederent Jus corrigendi, intelligenda est de dicto Jure limitato in certis casibus per Statuta, & non de Jure universali cognoscendi omnes Causas Criminales, cum in Corpore Statutorum nullum aliud extet Statutum, quod talem Capitulo tribuat
22 prærogativam; Confessio namque habens relationem ad Statuta, debet strictè juxta eorum dispositionem interpretari ex traditis per *Decianum conf.10. num.92. & 93. vol.3. cum aliis in dec.480. num.12. cor. Buratt.* Accedente etiam regula, quòd omnes confessiones intelligi debeant juxta facti veritatem, atque ita ut mi-
23 nus, quàm fieri potest, præjudicent confitenti, ex relatis in secunda Causæ *Decisione* §. 34. Eademque responsione submota fuit alia enunciativa, contenta in Epistola Christophori Arguellada Vicarii Generalis Cardinalis de Pacecho Episcopi Giennen., quòd nempè uti relativa ad Statuta Ecclesiæ, & Testes examinatos de anno 1539. in Causa *Gien-*
24 *nen. Juris Mutandi*, debeat intelligi de antedicta limitata Jurisdictione in levibus, & in Causis injuriarum absente Episcopo, ut latiùs in *Decisione* Causæ.

Sufficiunt hactenus deducta ad suadendum, quòd Capitulum Giennen. ante *Conc. Trid.* non gaudebat potestate cognoscendi omnes in universum Causas Criminales Canonicorum, itaut juvari nequeat dispositione ejusdem *S. C. Trid. in cap.6. sess.25.* ad expostulandum beneficium Adjunctorum, sed res visa est transire in evidentiam ex observantia, post publicationem Concilii usque ad præsens secuta, dum ab anno 1586., quo fuit hæc Sancta, & Generalis Synodus in Regnis Hispaniarum publicata, processit semper Episcopus sine Adjunctis, nec unquam ad illius præscriptum in principio anni ulla facta fuit deputatio Adjunctorum, ex qua observantia palpabile consurgit argumentum, quòd Jus cognoscendi, & corrigendi excessus graves Capituli, semper spectaverit ad Episcopum, quòdque omnia Documenta in contrarium adducta, & signanter confessiones Episcopi, & ejus Vicarii, interpretari debeant de excessibus levibus, & de injuriarum correctione absente Episcopo. Nam in sensum cordatæ mentis cadere nequit, quòd si Capitulum habuisset Jus universale cognoscendi omnes Causas Criminales Canonicorum, & non illud particulare circumscriptum, & limitatum in Statutis, quòdque illius, & non hujus renunciationem adeo anxiè exoptasset Episcopus, & in ea emittenda ipsum Capitulum adeò renitens, & inflexibile sese ostenderit, voluisset deindè sine ulla contradictione permittere, quòd paullò post factam dictæ renunciationis instantiam, nempè de anno 1586., Decanus processaretur ab Episcopo pro gravibus delictis, per eum patratis, sine ullo Adjunctorum consortio. Prout imperceptibile est, quòd si revera Capitulum habuisset talem consuetudinem, nunquam ad exemplum plurium aliarum Ecclesiarum Hispaniæ institisset pro Deputatione Adjunctorum, & passum fuisset ab anno prædicto 1586. usque ad nostra tempora, ut Episcopus solus gauderet libertate inquirendi, & corrigendi delicta Canonicorum, quando aliàs neminem latet, quàm sint accerrimi defensores suorum Jurium Capitula Hispaniarum, ut docet quotidiana experientia in tot litibus, in nostro Tribunali pendentibus: Undè concludendum est, quòd Capitulum siluerit per spatium 150. annorum absque petitione Adjunctorum, quia carebat requisito sub- 25
stantialissimo exemptionis, ac consuetudinis judicandi ante Concilium Causas Criminales, ut omissis generalibus, in specie observavit *Rota in Tarraconen. Jurisdictionis 2. Decembris 1701. §. Tertiò, coram Me, & in secunda Decisione Causæ §. fin.*

Quinimmò subdebant DD., quòd etiamsi Capitulum Giennen. habuisset necessaria requisita ad effectum gaudendi Beneficio Adjunctorum, tamen, cum per seculum cum dimidio non curaverit uti ejusmodi Privilegio, in-
trant Regulæ famigeratæ, quòd per non usum 26
illud censeatur amissum, vel renunciatum, ut omissis generalibus, in puncto tradit *Tondut. Quæst. Benef. lib.1. cap.67. num.13.* & latè discusso articulo in terminis Privilegii Apostolici concedentis Adjunctum, respondit *Rota in Gerunden. Juris cognoscendi Causas Criminales 17. Martii, & 12. Junii 1702. per tot. cor. Me, & in Calaritana Jurisdictionis 2. Julii 1701. §. Talis observantia, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quin obstet; quòd Concilium in dicto *cap. 6. sess.25. de Reformat.* deroget Privilegiis, & consuetudinibus dicto Decreto Adjunctorum
contrariis: Quoniam dicta derogatio intelli- 27
genda est de consuetudinibus favorabilibus Capitulis, juxta quas, eorum aliqua procedebant in cognoscendis Causis Criminalibus sine Episcopo, non verò de consuetudinibus favorabilibus Episcopo procedendi sine tali consortio; Idque est adeò verum, ut Patres Concilii ibidem expressè declaraverint, dictum Decretum non habere locum in iis Capitulis, in quibus Episcopi majorem obtinebant Jurisdictionem, illa, quæ in eodem Decreto comprehendebatur, sicque Conciliaris dispositio est tota, & in totum favorabilis Episcopis, & de directo contraria Capitulis, nam ubi priùs Capitula vigore Privilegii Exemptionis, Concordiæ, vel consuetudinis, habebant po-

potestatem corrigendi excessus Canonicorum absque Episcopis, vigore Concilii hujusmodi Privilegia, & consuetudines derogatæ fuerunt,
28 itaut non possint ampliùs procedere soli, sed procedat Episcopus una cum duobus Adjunctis de illorum gremio. *Barbos. ad Concil. cap. 4. sess. 6. de Reformat. num. 17. Spad. cons. 155. n. 1. Rot. dec. 743. part. 1. divers. & dec. 321. num. 2. vers. & ante, & vers. attamen, part. 2. divers.*

Si itaque Concilium in subjecta materia voluit abrogare consuetudines favorabiles Capitulo, & præservare illas Episcoporum, quis negabit non vetuisse, quin inducatur consuetudo, ut Episcopus procedat solus sine Adjunctis, etiam in illis Capitulis, quibus tale competeret Privilegium? Præsertim si reflectatur, quòd
29 finis potissimus illorum Patrum fuit imminuendi Privilegia, & Exemptiones Ecclesiasticorum ab Ordinaria Episcoporum potestate, ut latè observatum fuit in *Firmana Jurisdictionis* 13. *Martii* 1702. §. 20. *coram Me*, ac desuper, quòd in terminis terminantibus expressè in corpore Juris Canonici existit Decretalis *Bonifacii VIII. in Can. non est, de consuetudine in sexto*, definiens, quòd non est repro-
30 banda consuetudo, quam allegat Episcopus, quòd in inquirendis, puniendis, & corrigendis Subditorum excessibus, consilium sui Capituli requirere minimè teneatur.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Hipporegien. Beneficii.

Lunæ 11. *Februarii* 1704.

ARGUMENTUM.

In materia Beneficiali quando attendatur, vel non, ultimus status. De triennali possessione, ejusque effectibus, & signanter an, & quando Successor juvetur possessione sui Antecessoris.

SUMMARIUM.

1 *Facti species narratur.*
2 Literæ Apostolicæ *ob vitium subreptionis executionem non merentur.*
3 *Ultimus status in Beneficialibus attendi debet, reservata ulteriori cognitione ad petitorium, & pro futuris vacationibus.*
4 *Etiamsi agatur contra Provisum Apostolicum.*
5 *Anteriori statu Beneficii legitimè justificato, non attenditur ultimus status contrarius.*
6 *Declaratur conclusio, ut procedat re integra antè captam Beneficii possessionem.*
7 *Maximè, si non agatur principaliter de qualitatibus Beneficii, ad effectum mutandi illius statum, sed lis versetur super executione* Literarum Apostolicarum.
8 *Eoque fortiùs, quando quæstio non est inter Collatores, sed inter Provisos, & ultimus status non est modici temporis.*
9 *Pro retardando effectu ultimi status, probationes debent esse clarissimæ, procedentes vel ab Instrumento publico, vel à re judicata, vel à confessione Partis.*
10 *Enunciativæ vim non habent ejusmodi probationis.*
11 *Enunciativa æquivoca nihil probat.*
12 *Quòd Beneficium obtinebatur in Commendam, non semper provenit ex qualitate Regularitatis.*
13 *Enunciativæ nimis generales, & quæ prodeunt in actibus, qui non docentur effectuati, nil relevant.*
14 *Multo magis si in contrarium probatur ineffectuatio.*
15 *Clausula* — sicut accepimus — *de per se nihil concludit.*
16 *Ad constituendam qualitatem Regularitatis requiritur, Ecclesiam fuisse per* 40. *annos à Regularibus gubernatam.*
17 *Testium depositiones in Judicio productæ, approbatæ censentur, & contra producentem plenam probationem faciunt.*
18 *Triennalem Beneficii pacificam possessionem habens, à molestiis tam in possessorio, quàm in petitorio tutus est* & n. 20.
19 *Nec contra illum admittitur probatio infectionis tituli.*
21 *Quod procedit etiam in Beneficiis exemptis, reservatis, vel debitis certo generi personarum.*
22 *Provisio, facta ab alio, quàm à Papa, vel ab Ordinario, habente legitimam conferendi potestatem, non tribuit titulum coloratum.*
23 *Quomodo provisio facta à* Nuncio *Apostolico tribuat titulum coloratum, & quando non.*
24 *Declaratur* dec. 523. part. 19. rec.
25 *Possessio capta à Seculari de Beneficio Regulari est nulla.*
26 *Excepto casu reservationis, clausæ in Corpore Juris, aut Simoniaci ingressus, Decretum irritans non efficit, ut triennalis possessor sua possessione juvari non possit,* & num. 27.
28 *Ubi concurrit non solùm possessio triennalis, sed etiam decennalis, & ultra, præsumitur titulus validus etiam contra* Decreta Conc. Tridentini.
29 *Vigore triennalis possessionis est allegabilis quilibet melior titulus de mundo.*
30 *Ad hoc ut possessionis triennalis beneficio quis fruatur, non est necesse, quòd Beneficiatus ipse possederit spatio triennali, sed potest etiam possessione sui Auctoris juvari.*
31 *Contrarium tenent alii.*
32 *Prior opinio procedit in casu, quo agatur de Resignatario, qui juvari velit possessione Resignantis, & quare.*
33 *Impetrator tenetur ad unguem narrata verificare.*
34 *Et possessori sufficit vincere per non jus actoris.*
35 *Commenda cessat per provisionem in titulum.*
36 *Nullitas Gratiæ post pacificam triennalem possessionem deduci non potest.*

D E-

DECISIO XV.

VAcato de anno 1644. per obitum Caroli Castelli Prioratu Sancti Petri de Naviliano Hipporegien. Diœcesis, illius Collatio à Nuncio Taurinen. facta fuit in personam Petri Francisci Burræ, qui adepta ejusdem Beneficii possessione, illud spatio quatuordecim annorum pacificè retinuit, & successivè
1 in manibus Sedis Apostolicæ resignavit, à qua sibi conferri obtinuit Jo: Andreas Burra, captaque illius possessione, in ea absque contradictione per spatium annorum 42. continuavit, donec de anno 1700. ad favorem Ludovici de Comitibus resignavit, expeditisque ab eo Literis Apostolicis præfati Beneficii possessionem adeptus est.

Prætendens autem Collationes controversi Beneficii, seu Prioratus, tanquam de Seculari, tam à Nuncio Taurinen., quàm à Sede Apostolica factas, esse nullas, & Beneficium adhuc vacare per obitum supradicti Caroli Castelli, Joseph Mathæus Pastoris sub narrativa, quòd Prioratus esset Regularis, ac solitus provideri in Commendam, illum ab Apostolica Sede sibi conferri obtinuit, introductoque Judicio *cor. A. C.* super executione Literarum Apostolicarum, favorabilem Sententiam reportavit, sed diversam sortem expertus est in hoc Sacro Tribunali; nam delegata mihi Causa appellationis cum clausula -- *Parito Literis arbitrio Rotæ* --, datoque ad tenorem Commissionis Dubio in hodierna Audientia, prodiit responsum -- *Intrare arbitrium pro retardatione Literarum Josephi Mathæi*.

Expressit enim Joseph præfatus Summo Pontifici, provisionem à Ludovico obtentam eidem suffragari non posse, ex quo Prioratus, de quo agitur, esset Regularis Ordinis Canonicorum S. Augustini, quòdque uti secularis fuerit collatus à Nuncio Taurinen., & à Sede Apostolica, proindeque nullis existentibus omnibus his Collationibus, dictus Prioratus de tempore impetrationis à Josepho factæ vacaret ob cessationem Commendæ, olim
2 factæ Carolo Castello; Quæ narativa cum in omnibus suis partibus detegatur insubsistens, & falsa, Literæ Apostolicæ super ea innixæ, vitio subreptionis infectæ remanent, & consequenter exequi non debent, sed intrat arbitrium Judicis pro illarum executione retardanda. *Rota cor. Celso dec.196. num.1. & 7. Buratt. dec.260. num.17, ibique Addenlit. B. & in recent. dec.352. num.32. part.16. & dec.148. num.3. & 4. part.19. in Asculana Parochialis 27. Junii 1681. §. Unicum in fine, cor. bon. mem. Albergato: in Asculana Beneficii 5. Martii 1700. §. Constitit, cor. Me: in Asculana Beneficii, seu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Seorsim, cor. R. P. D. meo Ansaldo, & 22. Junii 1701. §. Probata, cor. Me, & in Palentina Thesaurariæ 4. Junii 1703. §. Agnoverunt, cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Et sanè insubsistens est exceptio, quòd Ludovico de Comitibus opitulari non possit Gratia, sive Provisio à Sede Apostolica reportata; quia cum Ludovicus obtinuerit ad ejus favorem resignari controversum Prioratum tanquam Secularem, ad formam expressionis, & provisionis antecedenter, nempè usque de anno 1644. factæ à Nuncio, & de anno 1658. à Sede Apostolica, Collatio Beneficii de anno 1700. in personam ejusdem Ludovici uti de Seculari facta à Papa, secuta dicitur juxta ultimum statum spatio annorum 57. absque ulla contradictione observatum, 3
qui unicè in hac materia attendi debet, reservata ulteriori cognitione ad petitorium, & pro futuris vacationibus, juxta *Text. in cap. Consultationibus, de Jurepatr.*, de quo ad effectum substinendi Provisionem Beneficii uti de Seculari *Card. de Luca de Benef. disc.63. num.12. Rot. dec.2. de Præben. in novis; & coram Gregor. dec.77. num.9. Bich. dec.433. sub num.26. & seqq. & in recen. dec.154. sub n.3. part.1. dec.65. n.24. part.11. & dec.215. n.2. & seqq. part.15. & in Celsonen. Præpositure 2. Decembris 1693. §. Neque his, & 14. Junii 1694. §. fin. cor. Reverendiss. D. meo Decano*, etiamsi agatur contra Provisum Apostolicum. 4
Desiderius Guido in sua Decisione impressa inter illas Trevisan. dec.54. ex num.3. lib.2. Rot. cor. Bich. d. dec.432. num.27. & seqq. in Asculana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnem, cor. bo. me. Benincasa: in Mediolanen. Præpositure 16. Novembris 1691. §. Ac proinde, & 4. Julii 1692. §. Fundamentum, cor. Reverendiss. D. meo Decano, & 18. Maji 1693. §. Moti, cor. Me: in Isclana Beneficii 16. Martii 1696. §. Et quidem, & 14. Junii ejusdem anni §. Joseph, coram R. P. D. meo de la Tremoille: in Asculana Beneficii, seu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Obstitit, cor. R.P.D. meo Ansaldo: in Mediolanen. Capellaniæ 9. Maji 1701. §. Mauritius, & seqq. cor. R. P. D. meo Priolo, & in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Ex hac, coram R.P.D. meo Scotto.

Nec obstat, quòd quando quæstio versatur super statu, & qualitate Beneficii, nempè an illud sit Regulare, vel Seculare, tunc
si Impetrans justificavit anteriorem statum legitimè impressum, non attendatur status ultimus contrarius, nisi iste probetur legitimè præscriptus, ut in individuo firmant *Gratian. discept.574. num.10. & seqq. Tondut. Resol. Benefic. part.3. cap.166. num.13. & seqq.*, ubi quòd ita resolutum fuit. *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.34. num.35. & seqq. Coccin. in sua egregia Adnot.304. num.12. & seqq. Adden. ad Gregor. dec.77. num.12. vers. prædictis. Adden. ad Pamphil. dec.539. num.6. vers. notabilis*, & magistraliter *Rot. coram Pen. decis.1435. & dec.1487. cor. Emerix Jun. dec.550. §. fin., & in rec. dec.308. num.6. & seqq. part.1. dec.737. num.6. part.2. dec.42. num.1. part.4. dec.106. n.4. cum duobus seqq. part.16. & in Augustana Beneficii 12. Januarii 1693. §. fin. cor. b. m. Benincasa, & in Celsonen. Præpositure 2. Decembris 1693. & 14. Junii 1696. §. Tantò certiùs, coram Reverendiss. D. meo Decano.* 5

Etenim cum Joseph Matheus non veniat contra ultimum statum re integra, & ante executam gratiam Ludovici, in quibus terminis procedunt Authoritates in objecto allegatæ, sed idem Joseph à Sede Apostolica per im-

impetrationem provisus, concertet contra alium Provisum Apostolicum, cujus Gratia jam executa est, & per actualem possessionem, ab ipso captam, ad suum consummatum effectum perducta, in his terminis Ludovicus possessor, qui habet assistentiam ultimi, & penultimi status spatio annorum 57. observati, molestari non potest cum exceptione status anterioris, etiam superlativè demonstrati, quia
6 probationes illi opitulari quidem valebunt pro firmanda Beneficii qualitate in petitorio, & pro regula futurarum vacationum, sed deservire neutiquam possunt ad irritandam Provisionem bona fide factam, executam, & consumatam, ut distinguendo explicant *Marescott. Var. Resol. lib.1. cap.55. num.49. & seqq. Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.34. numer.26. cum duob. seqq. Ciarlin. contr.107. numer.11. & seqq., & signanter num.15. & 16. De Luc. de Benef. discurs.36. num.112. Adden. ad Gregor. dec.77. num.12. vers. & circa. Rota divers. dec.167. num.10. part.2. in recen. decis.435. num.4. part.2. coram Priol. decis.38. n.7. in Mediolanen. Præpositura 16. Novembris 1691.* §. *In nihilo, & 4. Julii 1692.* §. *Fundamentum, cor. Reverendiss. D. meo Decano, &* §. *Atque, & 18. Maji 1695.* §. *Et fine, cor. Me: in dicta Celsonen. Præpositura 2. Decembris 1693.* §. *Neque his, & 14. Junii 1694.* §. *fin. cor. Reverendiss. D. meo Decacano*, & benè *in Barchinonen. Parochialis del Prat. 2. Decembris 1695.* §. *Minusque, coram bo. me. Ursino, & in Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700.* §. *Neque, &* §. *Hæc tamen, cum seq. cor. bo. me. Jacometto.*

Maximè quia non agitur in præsenti de simplici statu Beneficii in petitorio, nec principaliter de qualitatibus Beneficii dubitari contingit ad effectum mutationis status illius, quo casu, si ultimus status non sit legitimè præscriptus, non attenditur in concursu an-
7 tecedentis status contrarii legitimè impressi; sed unicè vertitur controversia inter Provisos à Sede Apostolica, & super executione Literarum Apostolicarum: Tunc enim inspicitur ultimus status, qui sufficit ad justificandam Gratiam de facto, & ad hoc, ut rejecta qualitate Beneficii ad petitorium, ad tenorem ultimi status judicari debeat, ut in specie distinguunt *Calderin. consf.23. de præben. Adden. ad Burat. dec.776. num.17. & seqq. Rot. in recen. d. dec.154. num.2. 3. & 4.*, ubi conciliat contrarios, *part.1. Bicb. d. dec.433. num.27. & in citata Barchinonen. Parochialis del Prat.13. Junii 1695.* §. *Et licet ultimi, & seqq. & 2. Decembris ejusdem anni* §. *Expediti, & seqq. cor. bo. me. Ursino: in Mediolanen. Præpositura 26. Novembris 1691.* §. *Ac proinde, coram Reverendissimo D. meo Decano, & 18. Maji 1695.* §. *Moti, coram Me, &* §. *Et fine.*

Eoque fortiùs quando non agitur inter Collatores, sed inter Provisos, & ultimus status non est modici temporis, sed excedit
8 quadragenariam, hoc enim in casu pro substinenda Collatione jam facta ultimus status tam longævus exuberat, *Corrad. in Prax. Benefic. lib.1. cap.6. n.321. vers. & in terminis cum seq. Gonzal. ad Regul.8.* §.*7. sub num.27. vers. quartus etiam*, & admittit etiam *Rot. coram Pen. dec.1355. n.4. dec.1435. num.5. & 6. & dec. 1487. num.4.*

Posito autem, nos versari in casu, in quo incidenter tractatur de qualitate Beneficii, quòdque agatur de Literis Apostolicis à Ludovico obtentis, & plenariè effectum sortitis per actualem Beneficii possessionem ab ipso adeptam, non esset ulteriùs quærendum, nec examinandæ probationes à Josepho impetrante adductæ, quarum discussio ad judicium petitorium est remittenda: Verùm ex abundanti considerabant Domini, probationes non esse talis naturæ, quæ infringere possent ultimum statum, cum pro retardando illius effectu probationes adversativæ debeant esse clarissimæ, & desumi ab instrumento publico, 9
re judicata, & confessione Partis, contra quas nihil, quod illas discoloraret, obiici possit, ut prosequuntur in terminis mox allegatæ Authoritates, signanter *Rota coram Bicb. citata decis.433. num.29. & 30.* ubi agebatur de statu Beneficii Seculari, vel Regulari, *& in recen. dec.215. num.8. 25. & 26. part.15. & in d. Barchinonen. Parochialis del Prat.13. Junii 1695.* §. *Dum igitur, & 2. Decembris ejusdem anni* §. *Quapropter, coram bon. mem. Ursino*, quæ omnes loquuntur in eisdem terminis status Beficii Regularis, vel Secularis, & §. *Lotterius, & seqq.* ubi examinat Authoritates in objecto allegatas hoc idem firmantes, & consentaneè *in d. Mediolanen. Præpositura 1691.* §. *Præsertim, & 4. Julii 1692.* §. *Certiùs, coram Reverendiss. D. meo Decano, & 18. Maji 1695.* §. *Demùm, coram Me.*

Nulla ex his probationibus adducebatur in præsenti à Josepho, nec alia similia Documenta, quæ indubiam, & superlativam probationem constituerent, sed restringitur tota vis ad quasdam enunciativas, quæ nihil concludunt in hac materia, cum æquipollere non possint Instrumento publico, rel judicatæ, 10
& confessioni Partis clarissimæ. *Rota coram Gregor. dec.77. n.7. & 8. & in Mediolanen. Præpositura 4. Julii 1692.* §. *Nec majorem, coram Reverendiss. D. meo Decano, & 18. Junii 1695.* §. *In hypothesi, & seqq. coram Me, & in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702.* §. *Minusque, coram R. P. D. meo Scotto.*

Fortiùs quia proveniunt à principio erroneo, & infecto. Prima nempè anni 1524. emanavit à quodam Francisco de Monteferrato, qui erat Curatus Parochialis S. Mariæ, & Cassiani, & in renovatione concessionis nonullorum bonorum se enunciavit Commendatarium Prioratus S. Petri de Naviliano, nulla tamen facta expressione Regularitatis, 11
undè ista nihil prodesse valet, tanquam æquivoca: in specie *Rot. coram Bicb. citat. dec. 433. num.16. vers. hinc ad rem: in Mediolanen. Præpositura 4. Julii 1692.* §. *Majorem, coram Reverendiss. D. meo Decano, & 18. Maji 1695.* §. *Quandoquidem, cor. Me.* Beneficium enim, de quo res est, poterat obtineri in Commendam, non ex qualitate Regularitatis, sed quia 12
Franciscus possidebat aliud Beneficium cum Cura animarum, quo casu, ut utrumque Beneficium obtineri possit, unum ex eis solet dari in Commendam, etiamsi ambo sint Secularia. *Tondut. Resol. Benef. part.3. cap.166. n.9.*

Aliæ

Aliæ verò subsequentes enunciativæ nihil
pariter relevant, quia originem traxerunt à
prima anni 1124., sunt nimis generales, pro-
dierunt in actibus, qui non docentur effectua-
13 ti, dum de Literarum Apostolicarum expe-
ditione, & subsecuta possessione documentum
non datur, & propterea nihil probant; in spe
cie *Rot. coram Bich. d. dec.433. num.15.* Immò
respectu illius anni 1618. ostenditur contra-
rium, ex quo in *Bulla Pauli V.* narratur, tunc
Proviso fuisse motam litem, & Gratiam effe-
ctum sortiri non potuisse *Summar. duplicatio-
nis Ludovici num. unico*, sicque probata inef-
14 fectuatione nullum super his actibus fieri po-
test fundamentum. *Rota in d. Mediolanen. Præ-
positura 4. Julii 1692. §. Adhuc, coram Reve-
rendissimo D. meo Decano, & 18. Maji 1695. §.
Insuper & seq. coram Me.* Rursus sunt erro-
neæ, & variæ, quia enunciant Prioratum sub
ordine, & Regula S. Benedicti, quando ad præ-
sens asseritur esse sub Instituto Regulari S. Au-
gustini, & emanarunt ad Partis supplicatio-
15 nem, ut patet ex clausula *sicut accepimus*, quæ
de per se nihil concludit, aliamque probatio-
nem expectat. *Rot. coram Coccin. dec.888. n.10.
cum duob. seqq. in recen. decis.656. num.2. & 3.
part.2. & in Bracharen. Parochialis coram bon.
mem. Justo apud Marchesan. de Commiss. part.1. §.
2. num.3. & in Caurien. Jurisdictionis 11. Junii
1703. §. Et consequenter, cor. R.P.D. meo Capra-
ra*, ubi plures allegantur Concordantes.

Quodque plus est, prædictæ enunciativæ
conquassantur, & destruuntur à depositione
duorum Testium nobilium, usque ab anno
1581. examinatorum ad instantiam Cæsaris
Delphini prætensi Commendatarii, uniformi-
ter asserentium, Ecclesiam Sancti Petri de
Naviliano non esse Beneficium Curatum, ca-
rere Conventu, ibidemque de tempore exa-
minis non habitare, nec in præteritum habi-
tasse Monachos, nec Regulares à tanto tem-
pore, cujus initii memoria non extat, ex quo
16 remanet exclusa qualitas Regularitatis, pro
qua constituenda requiritur Ecclesiam fuisse
per 40. annos à Regularibus gubernatam, *Bar-
bos. de Episc. part.3. alleg.57. num.168. Murg.
de Benef. part.1. cap.2. num.7. & seqq. Gon-
zal. ad Reg.8. glos.8. num.30. & seqq. Rota
coram Pæn. dec.443. num.4. Buratt. dec.636.
num.1.*

Dictorumque Testium depositiones in dubium
revocari non possunt à Josepho Matthæo,
quia cum ipse in hoc Judicio eas produxerit,
17 per talem productionem approbatæ censen-
tur, & ampliùs impugnari non valent, sed
contra ipsum plenam probationem faciunt,
*Desiderius Guido cons.2. num.19. & 20. cons.3.
num.13. cons.6. n.25. cons.8. num.22. cons.15.
num.11. Rot. cor. Priol. dec.168. num.4. Za-
rat. dec.11. n.16. & in Asculana Fideicommissi,
seu Domus Super fructibus 4. Julii 1696. 3. Ju-
lii, & 10. Decembris 1698. in omnibus in princ.
cor. R.P.D. meo Pio; & in Nullius, seu Altamuræ
Immissionis 17. Januarii 1701. §. Ratio, & §.
Talemque, & 10. Februarii 1702. §. Potissi-
mè, cor. Me; & in Perusina Liquidationis fructuum
16. Januarii currentis anni §. Nec dubitarunt,
coram Me.*

Rursus ex alio capite resultat validitas,
& subsistentia Gratiæ reportatæ à Ludovico,
ex beneficio scilicet Regulæ *de triennali*,
quæ sicuti tuebatur Jo: Andream Resignantem,
& vigore Provisionis Apostolicæ Prioratus
pacificam possessionem habentem, nedum per
triennium, sed per annos quadraginta duos, 18
à quibuscunque molestiis, quæ illi tam in
petitorio, quàm in possessorio inferri possunt,
militabat etiam contra Josephum Matthæum,
adducentem Literas Apostolicas suæ Provisio-
nis, cum nec simoniacus, nec intrusus fue-
rit, ut egregiè legitur in eadem Regula *la 36.*,
& tradunt *Noal. cons.17. num.1. Castropal.
Oper. Moral. tract.13. disp.4. punct.23. num.9.
Rot. coram Cassiador. dec.5. num.5. de restit.
spoliat. Verall. dec.349. num.3. part.3. Pit.
dec.26. lib.3. Mantic. dec.50. num.10. Cerr.
dec.327. num.4. Burat. dec.209. num.9. & de-
cis.280. num.1. & 2. & num.16. Bich. dec.597.
num.10. Cels. dec.392. num.10. & seqq. Carill.
dec.132. num.2. & in recent. dec.148. num.16.
& dec.232. num.8. part.16. dec.423. num.17.
& plurib. seqq.*, ubi, quòd nec admittitur pro-
batio infectionis tituli, *& dec.608. num.15.* 19
& 16. part.19.; ita operatur, ut ob pacificam
possessionem triennalem, immò quadragena-
riam, dictæ Resignationis Gratia Ludovici Resi-
gnatarii nullo modo valeat impugnari, cum
possit allegare omnem meliorem titulum de
mundo, quem vigore solius triennalis posses- 20
sionis, & multò magis quadragenariæ, allega-
re valeret præfatus Joannes Andreas Resignans,
juxta Auctoritates inferiùs citatas *in §. Mini-
mè*. Idque procedit etiamsi versaremur in
Beneficiis exemptis, reservatis, vel debitis
certo generi personarum, ex quo triennalis 21
possessio inducit præsumptionem validitatis
tituli, & superventæ dispensationis. *Gonzal.
ad Regul.8. glos.5. §.8. num.61. vers. si verò*,
ubi in terminis Beneficii Commendati. *Mares-
cot. Var. lib.1. resol.41. num.23. & 24. Tondut.
Quæst. Benefic. part.3. cap.186. num.6.*

Non obstante, quòd ad hoc, ut tutus sit
Possessor triennalis, necessè est, quòd habeat
saltem titulum coloratum, qualem tribuit
solùm provisio facta à Papa, vel ab Ordina-
rio, habentibus de Jure originariam potestatem 22
conferendi, non verò Provisio Nuncii, qui
excedendo suas facultates tribuere non va-
let Proviso titulum coloratum: *Rota in rec.
dec.238. num.9. part.12. dec.297. num.7. part.16.
dec.298. num.18. & seq. part.17. dec.232. n.8.
& 9. part.18. & in Carthaginen. Beneficii 10.
Februarii 1702. §. fin. cor Reverendissimo D.
meo Decano*, & in terminis Cardinalis Indul-
tarii, conferentis Beneficium Regulare *Rot. in
recen. dec.523. num.83. part.19.*: Tum quia
Joannes Andreas Burra, qui resignavit Bene-
ficium Ludovico, anno 1658. fuit à Sede Apo-
stolica provisus, & vigore Provisionis Apo-
stolicæ in pacifica possessione permansit spa-
tio 42. annorum: Tum etiam quia tunc so-
lùm collatio facta à Nuncio non tribuit titu-
lum coloratum, quando iste providet Bene-
ficia, non habita prius informatione valoris
super non excessu ducatorum 24. auri de
Camera contra formam propriarum faculta- 23
tum, non verò quandò Nuncius providet
servata forma, tunc enim collatio Nuncii
di-

dicitur facta authoritate Apostolica, & Pro-
viso ab eo favere debet regula, quæ genera-
liter loquitur, omnesque Provisiones comple-
ctitur, ut distinguendo tradit *Rot. cor. Eme-
rix jun. dec.65. num.4. & 5.* Nec quidquam
obstat *dec.523. part.19. recent.*, quia in casu
24 dictæ Decisionis Provisus non habebat posses-
sionem triennalem, immò Provisio facta fue-
rat sub expressa conditione, ut intra quatuor
menses nova Provisio obtineretur à Sede Apo-
stolica, ut habetur *ex num.81. vers. quo verò,
usque ad finem ejusdem Decisionis*.

Minus obstat, quòd seculari possidenti Be-
neficium Regulare resistat dispositio *Sacri Con-
cilii Tridentini*, innixi clausula *sublata*, ac
Decreto irritanti, ex quo oritur, quòd quæ-
25 cunque possessio, capta à seculari de Benefi-
cio Regulari, irrita, & nulla sit, & pro va-
cua ad quemcunque effectum habeatur. *Rota
in Tranen. Præceptoriæ 2. Junii 1690. §. Nec
d. coram bo. me. Ursino*; Etenim excepto casu
reservationis clausæ in corpore Juris, aut si-
moniaci ingressus, expressè in Regula præ-
26 servato, in aliis casibus vera, & constans
opinio est, quòd Decretum irritans non effi-
cit, ut triennalis possessor sua possessione ju-
vari non possit. *Dian. Resol. Moral. tom.3. tit. de
Dispensat. resol.170. n.17.* Et quòd dicta Re-
gula habeat locum adversus reservationes pro-
27 manantes à Regulis Cancellariæ, licèt omnes
illæ munitæ sint clausula *sublata*, ac Decreto
irritanti *Kochier. ad Regul. de triennal. num.85.
Sanchez Consil. Moral. lib.2. cap.1. dub.34. num.3.
Rot. coram Pæn. decis.1004. num.7. vers. Neque
huic. Bich. dec.171. num.2. & 5. Cerr. dec.130.
num.8. & in recentior. dec.345. num.12. part.17.
in d. Mediolanen. Præposituræ 26. Novembris
1691. §. final. coram Reverendissimo D. meo De-
cano*, nec contradicit *d. decisio Tranen. coram
bo. me. Ursino*, quia illa de hac Regula non lo-
quitur.

Concilium Tridentinum verò, quicquid sit, an
operetur, ut titulus præsumptus, à Regula de
triennali resultans, sit allegabilis: Urget respon-
sio, quòd ubi non concurrit simplex triennalis
28 possessio, sed decennalis, immo 57. annorum,
præsumitur titulus validus etiam contra de-
creta *Concilii Tridentini*. *Barbos. ad Concil.
sess.24. de reform. cap.17. num.51. in fine, & de
Episcop. part.3. allegat.62. num.30.* ubi plures
individuales Auctoritates refert.

Minimè relevante, quòd titulus præsum-
ptus à triennali promanans excludatur, ex
quo Resignatio ad favorem Ludovici facta fuit
de Beneficio, uti Seculari, quòd utique tali
modo resignatum non fuisset, si dispensatio
præcessisset, sed Resignans cessisset Commen-
dæ prævia narrativa, quòd ex concessione, &
dispensatione Apostolica Beneficium ad vitam
in Commendam retinebat. Quoniam ex trien-
nali possessione non inducitur sola præsum-
29 ptio dispensationis, sed secularizationis, vel
cujuslibet alterius melioris tituli de mundo,
qui vigore illius est allegabilis. *Rota coram
Mohedan. decis.15. num.2. de caus. possess., &
propriet. Achil. de Grass. dec.14. num.2. & seqq.
de probat. Seraphin. dec.316. n.2.*

Probato ex his, Triennalem in casu, de
quo agitur, habere locum ad tuendum Posses-
sorem; non relevat, Ludovicum pacificè per
triennium Beneficium de quo agitur, non
possedisse, siquidem ad effectum, ut intret Re- 30
gula præfata, non est necesse Beneficiatum
per se ipsum spatio triennii possedisse, sed
juvari potest etiam possessione sui Auctoris,
juxta famigeratam allegationem *Lapi 89.*, quam
sequuntur *Card. de Luc. de Benefic. discur.92.
num.7. & in Summ. num.240. Rota cor. Pen. de-
cis.352. num.3. & seqq. Seraphin. dec.316. num.2.
Coccin. dec.475. num.4. & in recentior. dec.154.
num.7. part.1. & dec.39. num.1. part.16.*

Absque eo quòd obesse possit opinio con-
trarium sentientium, quòd nempè Regula *de
triennali* sit personalis, & ipsi Possessori tan-
tùm suffragetur, non autem transeat ad suc- 31
cessorem: *Gomez ad d. Regul. de triennali quæst.
13. n.9. & per totam*, ubi contrariis respondet,
& dicit ita fuisse judicatum per *Rotam. Azor.
Instit. Moral. tom.2. lib.7. cap.35. quæsit.4. Ca-
stropal. Oper. Moral. tom.2. tract.13. disput.3.
punct.23. num.8. vers. dixi, qui triennio. Peleus
in Commentar. Analitic. ad Regul. Cancell. cap.
35. ad Regul. de triennali fol. mihi 114. à tergo
§. Pacificus Possessor. Bengeus, & Pingon. de
Benefic. §. Quarto, folio mihi 443. num.13. & 14.
Cokier. ad Regul. de Triennal. num.85. §. Sed an
titulus. Pastor. de Benefic. lib.3. cap. ultimo n.30.
Rota coram Zarat. dec.27. num.19. & seqq.*

Siquidem cum Ludovicus non sit novus Pro-
visus ex integro, nec veniat ex jure novo, &
omninò independenter ab Antecessore, sed Re-
signatarius, qui metitur suum jus ab Antecess-
sore Resignante Possessore, nedùm triennali,
sed 42. annorum, vigore Literarum Apostoli-
carum, in istis terminis beneficium Regulæ *de
triennali*, quantumcunque personale, transit ad
successorem, quia pro una eademque posses-
sione illa Resignantis, & Resignatarii consi-
deratur, & sic successor possessione sui ante-
cessoris ad hunc effectum juvatur, ut expli- 32
cando *Lapum*, tradunt *Mandos. in Addit. ad d.
alleg.89. ejusdem sub vers. & qui alias, & ver-
sic. & concluditur. Marescott. Var. Resol. lib.1.
cap.41. n.58. 59. & per tot. Rota coram Cassador.
dec.2. num.4. & 6. & dec.3. de caus. possess. & pro-
priet.* optimè *coram Carill. dec.122. n.6. & 7. &
in recentior. dec.213. n.17. part.6. dec.51. n.13.
part.7. & dec.14. n.10. part.10.*

Hinc satis superque constat, falsam esse,
& obreptitiam expressionem factam Pontifici
à Josepho Matheo, quòd Beneficium erat Re-
gulare, quòdque Ludovico Proviso de eo, uti
de Seculari, Gratia Apostolica non poterat
suffragari, quam narrativam concludentissimè,
& superlativis probationibus justificare tene-
batur, est namque Impetrator certo modo, 33
& odibilis, qui tenetur ad unguem narrata
verificare, ut plenè firmavit *Rota in Barchi-
nonen. Beneficii 14. Aprilis 1698. §. Quamvis
enim, cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Ilcinen.
Archidiaconatus 23. ejusdem mensis, & anni cor.
Me*, adeout si plenè veritatem narratam non
justificet, ejus Gratia remanet inexequibilis, non
curatis juribus rei, & possessoris, cui sufficit 34
vincere per non jus actoris. *Gonzal. ad Regul.
8. glos.15. num.122. & seqq.* benè *Rota coram
Durano dec.278. num.1. & per totam.*

Præterea falsa est etiam narrativa in alia
par-

parte, in qua expoſitum fuit Pontifici, controverſum Beneficium vacare per ceſſationem Commendæ: nam cum de eo proviſus fuerit in titulum à Sede Apoſtolica Joannes Andreas Burra, qui illud poſſedit ſpatio annorum 42., & antea Petrus Franciſcus Burra, qui per 14. annos poſſedit, dubio procul ceſſavit Commen-
35 da, quæ conſumpta remanſit per dictam Proviſionem in titulum. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.4. num.11. & in Summa num.83. num.191. & ſeqq. Gonzal. ad Regul.8. gloſ.5. §.8. num.61. Rot. cor. Burat. dec.36. in fine, ubi Adden. lit. D. Cavaler. dec.559. num.5.*, etiam dato, quòd ab initio Proviſio fuiſſet nulla, dum nullitas non eſſet ampliùs allegabilis ob ſubſecutam pacificam poſſeſſionem ſpatio annorum 57., ut in fortioribus terminis, quòd nullitas Gratiæ ampliùs deduci non poſſit poſt pacificam triennalem poſſeſſionem *Gonzal. ad Regul.8. gloſſ.5. §.4. num.61. verſ. ſi verò. Rota coram Caſſador. dec.4. num.5. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. coram Bich. dec.197. n.11. in rec. dec.154. num.7. part. 1. dec.148. num.16. & dec.505. num.18. part.18.* Et ita, utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro, & Capitulo, ſuper Remiſſoria.

Veneris 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

Remiſſoria denegatur, quando materia articulata eſt irrelevans ad victoriam Cauſæ, ac proindè non conceditur ad probandam conſuetudinem, quæ redoleret abuſum, & corruptelam, prout eſſet, quando Epiſcopo denegaretur præcedentia in Choro, & Capitulo, quæ ei competit vigore *Concilii Tridentini ſeſſ.25. cap.6. de refor.* non obſtantibus in contrarium conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Undè etiamſi Capitula poſſint præſcribere Ordinariam Juriſdictionem in Canonicos, & alios Clericos, attamen inſpecta dicta Conciliari diſpoſitione, non valent præſcribere contra Epiſcopum Jus præſidendi in Choro, & Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria non conceditur, quando materia articulata eſt irrelevans,*

2 *Conſuetudo, quòd Decanus privativè reſideat in Capitulo, ita ut ſi in eo interveniat Epiſcopus, iſte ſe ingerere non poſſit in præſidendo, & jubendo, eſt reputanda corruptela, & abuſus impræſcriptibilis.*

3 Sacra Rota *ſæpè negavit ſimilem Remiſſoriam, quia eſt abſurdum, velle facere Epiſcopum in ſua Eccleſia non Epiſcopum, itemque* Sacra Congregatio Concilii, & num.6.

4 *Eadem* Rota *reverenter ſuſcipit, & obſervat Reſcripta* Sacrarum Congregationum.

5 *Eſt reputanda pariter corruptela, quòd Epiſcopus præſens in Choro non poſſit corrigere, & mulctare Eccleſiæ Miniſtros.*

7 *Chorus eſt pars Eccleſiæ.*

8 *Speciale eſt in probatione conſuetudinis immemorabilis, ut de initio non ſit memoria.*

9 *Conſuetudo cenſetur introducta ad limites Statuti de materia diſponentis.*

10 *Requiſitum ſubſtantiale immemorabilis eſt quòd numquam auditum, dictum, vel factum fuerit in contrarium.*

11 *Decanus, tanquam caput Capituli, poteſt in eo præſidere, ordinare, & executioni mandare, quæ in Capitulo acta fuerunt.*

12 *In materia probana, licèt etiam ſine fumo concedatur Remiſſoria, tamen ea denegatur quando conſtat de patenti irrelevantia.*

13 *Capitulum Cathedralis, tam per immemorabilem, quàm per ordinariam conſuetudinem, poteſt præſcribere Juriſdictionem in Canonicos, & alios Clericos, etiam privativè quoad Epiſcopos.*

14 Concilium Tridentinum cap.6. ſeſſ.25. de ref. *derogat conſuetudini etiam immemorabili, ac etiam privilegio circa facultatem emendandi, & corrigendi Capitulum favore Epiſcoporum,* & n.18.

15 *Juriſdictio, quam habebant Capitula ante Concilium, illius vigore hodie eſt ſimultanea, & cumulativa cum Epiſcopo.*

16 *Atteſtatio, facta ab uno ex Miniſtris Capituli, non facit probationem ad favorem ipſius Capituli.*

17 *Mulctæ impoſitæ per Decanum in Choro in præſentia Archiepiſcopi, non probant Juriſdictionem privativam contra Epiſcopum.*

19 Concilium Trident. loco citat. *derogat etiam Statutis fundamentalibus reſpectu privativæ Juriſdictionis.*

20 *Confirmatio Apoſtolica Statutorum non tribuit jus novum Statutis, ſed ſolùm illis robur addit.*

21 *Juramentum non auget obligationem, ſed ſimpliciter addit vinculum Religionis.*

22 *Juramentum de obſervandis conſuetudinibus Eccleſiæ non ſuſtinetur, quando conſuetudo adverſatur diſpoſitioni* Sacri Concilii.

23 *Sententia lata ad alium effectum, & inter diverſas perſonas, non ſuffragatur.*

24 *Articuli dubietas ſufficit ad effectum obtinendi Remiſſoriam.*

25 *Non dicitur articulus dubius, quando deciſum fuit pluries per* Rotam, & Sacras Congregationes.

26 Concilium Trident. *concedit Epiſcopis in Capitula Exempta ſolùm cumulativam Juriſdictionem cum ipſis Capitulis, non privativam.*

27 Concilium Trident. *Juriſdictionem Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium præſervat, quod intelligitur reſpectu eorum, de quibus favore Epiſcoporum non diſpoſuit, & declaratur* n. ſeq.

29 *Juriſdictio correctionalis in Capitulares poteſt eſſe compatibilis cum præeminentia, & præcipuè auctoritate debita Epiſcopo, quod declaratur* n. ſeq.

31 *Conſuetudo præferens antiquiorem Canoni-* *cum*

tutis eatenus est compatibilis cum Praecedentia debita Dignitatibus, quatenus non repugnet Juris dispositioni.

DECISIO XVI.

IN præsenti Audientia, in qua ad instantiam Reverendissimi Archiepiscopi Hispalensis gemina proposita fuerunt Dubia, ad ipsius favorem successivè resoluta, alterum nempè super Præsidentia in Choro, & Ecclesia, & alterum super Præsidentia in Capitulo; Decanus, & Canonici ejusdem Ecclesiæ super Dubiis prædictis informare detrectantes, acerrimè instabant pro concessione Remissoriæ; sed Domini responderunt, illam denegandam esse, quia quando, ut in casu, materia articulata, est irrelevans, & ad Causæ victoriam nullatenus profutura, de stylo Remissoria nunquam
1 solet concedi, ut per *Text. in l. ad probandum, la prima C. de probat. & in cap. cum contingat, de offic. delegat.* monent *Card. de Luc. de Judic. disc.31. num.20. Rota coram Verall. decis.66. & 68. part.3. coram Ludovis. dec.184. n.3. & seq. coram Dunozet. Jun. dec.791. num.1. cor. Bich. dec.265. num.16. & in recen. dec.26. num.8. & seq. part.17. dec.653. num.7. part.18. & in Tarraconen. Jurisdictionis super Remissoria 28. Junii proximè præteriti. §. Quamvis enim, cor. Me.*

Irrelevantia verò respectu Articulorum primi, & secundi, manifesta apparuit, nam illi unicè tendunt ad probandum, quòd ab immemorabili tempore Decanus privativè præsidet in Capitulo, quòdque si Archiepiscopus ibi intervenit, non se ingerit in præsidendo, & jubendo, nec etiam cumulativè cum Decano, sed totum iste peragit privativè, adeout si Archiepiscopus pro tempore tentaverit præsidere, aut aliquid jubere, se opposuerit Decanus, & Archiepiscopus acquieverit: Cum tamen hujusmodi consuetudo, utpote potiùs redolens corruptelam, & abusum, expresse damnata fuerit per *Sac. Conc. Trid. in sess.25. cap.6. de*
2 *reform.*, ubi Episcopis tribuitur præcipua authoritas omnium rerum gerendarum in Capitulo, non obstantibus in contrarium consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ut observant *Gallemart. ad dictum Concil. d. cap.6. n.29. Tondut. Quæst. Benef. part.1. cap.62. num.15. Sarav. de Adjunct. quæst.25. num.19.*, & latè dictum fuit in mea hodierna *Decisione super Jure præsidendi in Capitulo §. Fortiùs verò & seq.*

Quod adeò verum est, ut ex hoc capite nedùm Sacra Rota non semel Capitulis Cathedralium denegaverit Remissoriam ad probandam hujusmodi immemorabilem consuetudinem, ut videre est *in dec.715. num.4. part.4. divers. & in recen. dec.62. num.5. part.1.*, ubi
3 visum fuit absurdum, velle facere Episcopum in sua Ecclesia non Episcopum, *& coram Cels. dec.12. num.12. & seqq.*, sed etiam *Sacra Rituum Congregatio* in hac met Causa prædictæ Remissoriæ instantiam, iteratè per Capitulum promotam, rejecerit sub diebus 21. *Julii* 1696. & 31. *Augusti* 1697., ut refert dicta mea *Decisio* super præsidentia in Capitulo §. *Atque id indubiè, & seqq.*, undè illa tantò minus visa est in præsenti admittenda; Tum quia Remissoria nunquam datur ad probandum contrarium ejus, quod fuit per *Sac. Rotam* determinatum, ut habetur ex *dec.319. n.8. part.6. & dec.131. n.4. part.7. rec.*: Tum etiam quia eadem *Sac. Rota* non solet refricare Rescripta Sacra- 4
rum Congregationum, sed ea reverenter suscipit, & observat, ut testatur *in dec.479. n.3. coram Burat. dec.279. num.2. part.18. recen. & in Dertbusen. Jurisdictionis super levibus 28. Januarii 1697. §. fin. coram R. P. D. meo Pio.*

Ex eisdem verò rationibus non minùs emersit irrelevantia Articulorum tertii, & quarti, quatenùs in illis probari contenditur, in Choro, & Ecclesia Decanum, vel alium sequentem, ab immemorabili præesse, corrigere, & mulctare Dignitates, Canonicos, Clericos, & Ministros Ecclesiæ, si in aliquo delinquunt, & si aliquando Archiepiscopus tentaverit in his se ingerere, Decanum se opposuisse, cum acquiescentia ejusdem Archiepiscopi: Quoniam per dictum Conciliare decretum *in præcitata sess.25. cap.6. de reform.* Episcopo etiam in Cho- 5
ro tribuitur præcipua omnium rerum agendarum authoritas, non obstante quacunque etiam immemorabili consuetudine in contrarium, ut firmat alia mea contemporanea *Decisio* super præsidentia in Choro §. *Idipsum*, qua de re rectissimè *Sacra Rota* etiam in hoc puncto ad probandam possessionem Capituli denegavit Remissoriam *in d. dec.12. num.14. coram Cels.*, & ipsa *Sacra Rituum Congregatio* eamdem instantiam rejecit sub diebus 3. *Septembris* 1695. & 21. *Julii* 1696., ut animadversum fuit in mox citata *Decisione* super præsidentia in Choro §. *Atque id indubiè*, cum mera quoque corruptela, & abusus sit, quòd Episcopus, quamvis Caput Ecclesiæ, manere debeat tamquam extraneus in propria Sede, quæ quidem cor- 6
ruptela nulla etiam immemorabili possessione introduci potest, ut tradit *Bero. cons.82. n.21. & seq. lib.1.*, nec ad eam probandam Remissoria concedenda est, ut in specie monet *Pignatell. consult.55. n.8. tom.3.*

Haud relevante, quòd disputatio habita in *Sacra Rituum Congregatione* respiceret tantummodo facultatem corrigendi defectus, cæremonias, aliosque abusus in Ecclesia Cathedrali, ideoque Remissoria minimè denegata dici debeat quoad punctum Præsidentiæ in Choro: Quia quoties eadem *Sacra Congregatio* dictam Remissoriam Capitulo denegavit ad effectum probandi assertam privativam Jurisdictionem Decani corrigendi defectus, & cæremonias, ea utique denegata censeri debet etiam quoad assertam Præsidentiam, & facultatem corrigendi per Decanum defectus, 7
& abusus privativè in Choro, cum iste sit pars ejusdem Ecclesiæ, ad tradita per *Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.13. n.35.*

Cæterùm materia, in dictis tertio, & quarto Articulis contenta, visa etiam fuit improbabilis, vel quia Capitulum desumit initium propriæ possessionis à Statutis Ecclesiæ, quod penitùs repugnat immemorabili, cujus specia- 8
le est, ut de initio non sit memoria, ut docet *Rot. coram Bichio dec.520. num.17. coram Dunoz. Jun. dec.791. num.3. & in recen. part.7. dec.35. num.8. & in Bononien. Jurispatronatus de Ghislleriis 31. Januarii 1695. §. Aut enim coram*

R.P.D.

R. P. D. meo Pio, & in Romana Reintegrationis Primogeniturae 13. Junii 1698. §. Quinimmo, cor. R. P. D. meo Lancetta, vel quia dictum initium contrarium est probationi, quæ desumi contenditur ex ipsa immemorabili, nam si dicta Statuta Ecclesiæ concedunt solùm Decano Jurisdictionem cumulativam cum Archiepiscopo, ut peramplè fundatum est in dicta Decisione super Præsidentia in Choro §. Multoque minus, indè cum ad limites dictorum Statutorum, & non aliàs, introducta, & continuata

9 præsumatur possessio, omninò improbabilis remanet prætensa consuetudo privativa, ut in specie Rota in recen. dec. 542. num. 3. & seq. part. 4. tom. . . . & dec. 29. num. 58. vers. quando possessio, part. 7. vel demum quia ex deductis in Summario Capituli num. 7. circa fin. liquet, Archiepiscopum Hispalensem usque de anno 1606. litem in Sacra Congregatione Concilii super Præsidentia hujusmodi introduxisse, quod sanè pariter repugnat assertæ immemorabili, cum inter cætera substantialia illius requisita præcipuum sit, quòd nunquam aliquid dictum,

10 auditum, aut factum fuerit in contrarium, juxta glos. in cap. 1. V. memoria. de præscript. in 6. cum aliis per Rot. in d. Tarraconen. Jurisdictionis super Remissoria 28. Junii proximè præteriti §. Improbabilis, in fin. coram Me.

Et irrelevantes postremò sunt etiam quintus, & sextus Articuli. Quintus quidem eo quòd, etsi in eo contineatur, quòd absente, vel impedito Decano, Prior delas Ermitas, quoties est qualificatus cum Canonicatu, vel Portione, præsidet, & jubet in Choro, & Ecclesia omnibus Ministris in his, quæ respiciunt Cæremonias Chori, Ecclesiæ Psalmodiam, aliasque Functiones Spirituales, hoc tamen minimè articulatur in casu, quo in Choro interveniat Archiepiscopus. Sextus verò, quo mediante Canonici probare intendunt, quod ultima die Veneris cujuslibet mensis congregatur Capitulum ad tractandum circa res, quæ concernunt Cultum Divinum, & providendum circa excessus in Choro, vel Ecclesia commissos, quòdque mulcta imposita per Decanum, vel in ejus absentia per Dignitatem præsidentem, remittitur, condonatur, aut minuitur, vel confirmatur a Capitulo, ab quo eo quòd Archiepiscopus in his se intromittat, non tangit punctum Controversiæ, cadentis quando idem Archiepiscopus est præsens in Capitulo, sed solùm probat auctoritatem Decani ipso absente, quo in casu non controvertitur, quòd ipse Decanus, tamquam prima Dignitas post Pontificalem, & Caput Numerale Capituli, præ-

11 sideat in illo, ordinet, & executioni demandet, ex traditis per Ceccoper. Lucubrat. Canonic. lib. 4. num. 2. Anguian. de Leg. lib. 2. controv. 4. n. 4. & seqq. Vener. in Exam. Episc. lib. 4. cap. 29. num. 2. & seqq. & articulo ex professo examinato Rota in Dertusen. Jurisdictionis 28. Januarii 1697. §. penult. & ultimo, coram R. P. D. meo Pio.

Quibus sic firmatis non obstat, quòd versemur in Causa prophana, in qua quemadmodum regulariter etiam sine fumo solet Remissoria in qualibet Instantia concedi, ita in præsenti nullatenùs deneganda sit, dum concurrit fumus materiæ articulatæ ex datis in Summario Capituli num. 2. & seqq. quia conclusio locum non habet, quando Articuli patenti irrelevantia laborant, & probati ad exitum Causæ non conferrent, tunc enim, ut Partes minùs defatigentur, Remissoria, etiam fumo con- 12
currente, semper solet denegari, ut aliis omissis advertit Rota in d. Tarraconen. Jurisdictionis super Remissoria §. Quamvis enim, coram Me.

Minùsque urget, quòd Capitulum Cathedralis nedum per immemorabilem, quæ tribuit quemcunque meliorem titulum de mundo, ad notata per Card. de Luc. de Benef. disc. 22. n. 4. Rot. in recent. dec. 152. num. . . part. 19. & in Gerunden. Ferialis 11. Decembris 1699. §. Quæ omnia, coram R. P. D. meo Lancetta, & in his præcisis terminis per Bertrand. cons. 2. n. 1. & per tot. vol. 5. Tondut. de Prævent. part. 2. cap. 45. num. 10. & Quæst. Benef. part. 1. cap. 62. num. 4. Rot. decis. 254. num. 17. part. 19. rec., sed etiam

13 per ordinariam consuetudinem valeat legitimè præscribere Jurisdictionem in Canonicos, aliosve Clericos, etiam privativè quoad Episcopum, ut est Text. expressus in cap. irrefragabilis 13. §. Excessus, de Offic. Ordin. ibique Abb. num. 1. Gonzal. num. 3. & 6. Fagnan. num. 1. & seqq. & num. 7. P. Layman. num. 2. & habetur ex Jure Hispano leg. 3. tit. 6. part. 1. ibidemque Gregor. Lopez. glos. 5. & ex Sarav. de Adiunct. quæst. 1. num. 60. & quæst. 22. num. 17. Bertrand. d. cons. 2. sub num. 1. Thomas. in Vet. & Nov. Eccles. Discipl. part. 1. lib. 3. cap. 41. num. 6. Rot. coram Mantic. dec. 295. num. 1. & in rec. decis. 254. num. 18. & seq. part. 19. rec. & in Dertusen. Jurisdictionis 6. Februarii 1696. §. Ex dispositione, confirmata 18. Junii ejusdem anni coram R. P. D. meo Pio, prout de hujusmodi Jurisdictione Capitulorum Cathedralium Hispaniæ testantur Fagnan. in d. cap. irrefragabilis, num. 2. Thomassin. d. cap. 41. num. 8. Rot. d. dec. 254. num. 19. & in aliis Renatus Chopin. de Sacr. Polit. lib. 2. tit. 4. & Monastic. lib. 1. cap. ultim. Tondut. Quæst. Benef. d. cap. 62. num. 2. & de Prævent. part. 2. cap. 45. num. 10. Rot. dec. 715. part. 4. divers.

Quandoquidem Sacrosancta Tridentina Synodus in d. cap. 6. sess. 25. de reform. expressè denegat cuicunque consuetudini, tam ordinariæ, quàm immemorabili, & facultatem emendandi, & corrigendi Capitulum, illiusque personas, Episcopo elargitur, non obstante Privilegio, Concordia, seu alio titulo, ut superiùs prænotatum est, & tradunt Fagnan. in d. cap. irrefragabilis, num. 9. & 20. ibique Gonzal. n. 3. 14
Thomassin. in d. cap. 41. num. 2. in fin. & num. 7., itaut Jurisdictio, quæ ante dictum Concilium ex consuetudine, vel alio ex jure erat privativa Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, hodie illius vigore sit simultanea, & cumulativa cum Episcopo, ex deductis per Gallemart. 15
ad dictum Concil. d. cap. 6. num. 23. ibidemque Barbos. num. 5. Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. n. 194. Gratian. Discept. For. cap. 154. num. 40. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 2. proœm. num. 21. Tondut. de Prævent. part. 2. cap. 45. num. 14. Rot. coram Puteo dec. 238. num. 2. lib. 2. coram Mantic. dec. 180. num. 1. & seqq. & in rec. dec. 254. num. 22. part. 19. & in d. dec. super Præsidentia in Choro §. Neque in aliquo, ad fin.

Hæc autem ita se habentia, & si pro dene-

negatione Remifforiæ exuberarent, certiora nihilominùs reddebantur, ex quo diligenter introfpectis omnibus his, ex quibus affertum fumum materiæ articulatæ emergere contendebatur, neque illum concurrere ad effectum probandi præfuppofitam Immemorabilem præfidendi privativè per Decanum compertum fuit. Atteftatio fiquidem Secretarii Capituli, deponentis de antiqua hujufmodi Jurifdictione, fignanter in Capitulo annali mercurii Sancti, in quo intervenire folet Archiepifcopus; ultra quod tanquam facta ab uno ex Miniftris ejufdem Capituli nullam probatio-
16 nem facere poteft. *Rot. coram Ludovif. dec.* 340. *ibique Add. num.* 14. *& in rec. part.* 12. *dec.* 211. *num.* 16. *& part.* 16. *decif.* 224. *num.* 4. *& part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 671. *num.* 25., non concludit, quòd quando idem Archiepifcopus intentavit præfidere, impeditus fuerit à Decano, & ipfe acquieverit, prout foret neceffarium, ad *Glof. in l. qui luminibus ff. de fervit. urb. præd. Rot. dec.* 53. *num.* 26. *coram Zarat. decif.* 165. *n.* 36. *&* 37. *part.* 5. *decif.* 242. *num.* 8. *part.* 11. *& dec.* 97. *num.* 17. *part.* 13. *rec.* Mulctæ verò impofitæ per Decanum, five Præfidentem Chori in præfentia Archiepifcopi, probant folùm Jurifdictionem correctionalem Capituli, quæ non impugnatur ab Archiepifcopo, fed non excludunt cumulativam præcipuam, quæ vigore
17 *Concilii Tridentini* eidem competit, uti objecto refpondet *Tondut. Quæft. Benef. cap.* 62. *num.* 10. *tom.* 1. & de cætero prædicti actus referri poffunt ad tempus, & cafus, in quibus Archiepifcopi pro tempore noluerunt exercere propriam Jurifdictionem, cum ex eifdem actibus pariter non conftet, quòd ipfi impediti fuerint illam exercere, & impedimento hujufmodi acquieverint.

Nec major fumus deduci valet ex dictis Statutis fundamentalibus Ecclefiæ Hifpalenfis, quia illa, ut alibi dictum fuit, non tribuunt Decano privativam Jurifdictionem excluso Archiepifcopo; & quando etiam illam tribuerent, fublata tamen cenferetur ab eodem *Concilio Tridentino*, quod non folùm derogat immemorabili confuetudini, fed
18 etiam privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, ut aliàs refpondit *Sacra Congregatio Concilii* in Decretis relatis per *Garz. de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 223. *&* 229. *Gallemart. ad d. Concil. d. cap.* 6. *num.* 29. *& feqq. ibique Barbof. num.* 5. *Saravia de Adjunct. quæft.* 25. *num.* 19. *Pignattel. confult.* 205. *tom.* 4. *Rota dec.* 715. *num.* 4. *part.* 4. *diverf. & in dicta Dertbufen. Jurifdictionis* 28. *Januarii* 1697. §. *Ex quibus, cor. R. P. D. meo Pio.* Nec contrarium firmat *Thomafin. in Vet. & Nov. Difcipl. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 3. *verf. iniquo tulit animo*, exadverfo allegatus; quia non tractat articulum, An per Concilium fublatum fit Statutum fundamentale, fed tantùm reddit rationes, quare D. Bernardus non impugnavit Capitulorum exemptiones; quæ quidem ratiocinia licèt exemptiones prædicta juftificare valeant in fua origine, eas tamen non præfervant poft decretum dicti *Sa-*
19 *cri Concilii* quo ad dictam privativam Jurifdictionem exclufo Epifcopo; ficuti nec obftat Decifio in *Valentina Jurifdictionis* 14. *Februarii* 1698. §. *Abfque eo quod, cor. R. P. D. meo Priolo*, quatenùs firmat, quòd Statuta, in limine fundationis edita, femper cenfentur præfervata; quoniam ibi agebatur de conditione exemptionis appofita per Archiepifcopum Valentinum in fundatione cujufdam Collegii vigore ampliffimæ facultatis fibi conceffæ per *fa. me. Clementem VIII.* condendi leges, etiam non conformes difpofitioni *Sacri Concilii Tridentini*, ut innuit eadem *dec. in d.* §. *Abfque eo quod.*

Nihilque proindè refert confirmatio dictorum Statutorum, facta per Julium II., & juramentum ipfius Archiepifcopi, quo fe obftrinxit Statuta, & Confuetudines dictæ Ecclefiæ obfervare. Nam dicta confirmatio non tribuit Jus novum dictis Statutis, fed folùm illis robur addit, manentibus in reliquis in eorumdem terminis, & ftatu, *ex Tex. in cap.* 1. *&* 2. *de confir. util. vel inutil. l. Et quia, ff. de jurif. omn. Judic. l. Aureolus*, §. *Teftamento, ff. de liber. leg. Menoch. conf.* 75. *num.* 32. *vol.* 1. *Rot. coram Mantic. dec.* 4. *num.* 11. *& in rec. dec.* 126. *num.* 23. *part.* 6. *& decif.* 229. *num.* 15. *part.* 19. Juramentum verò de illis obfervandis, intelligendum eft juxta terminos principalis obligationis, quatenùs nempè importent cumulativam Jurifdictionem cum Archiepifcopo, & cum iftius prælatione, cum dictum juramentum eandem obligationem non augeat, fed 21
fimpliciter addat vinculum Religionis, *ad Text. in cap. Quemadmodum, de jure jur. l. ultim. ff. de conftit. pecun. Tiraquell. in l. Si unquam, n.* 160. *C. de revocand. donat. Covarruv. in cap. Quamvis pactum. part.* 1. §. 3. *num.* 10. *de pact. lib.* 6. *Rota coram Mantic. dec.* 339. *num.* 5. *& in rec. decif.* 11. *num.* 21. *& dec.* 27. *num.* 16. *part.* 7. Nec relevat, quòd Archiepifcopus juraverit infimul obfervare Confuetudines Ecclefiæ, quia cum illæ exprefsè adverfentur difpofitioni *Sacri Concilii Tridentini in d. feff.* 25. *cap.* 6. *de Refor.*, juramentum fuper illarum obfervantia emif- 22
fum, non fubftinetur, ad firmata in puncto per *Rot. coram Mantic. dec.* 40. *num.* 6. *& feq. & dec.* 52. *num.* 1. *& per tot. & in Tarraconen. Jurifdictionis* 10. *Maji proximè præteriti* §. *Undè propterea in fin.*, *coram Me.*

Pariformiter, nec fumus deduci valet ex antiquo mandato de manutenendo cum Executorialibus per Sacram Rotam relaxatis, quia in illa Caufa agebatur de Jure moderandi per Capitulum mulctas inflictas à Decano, feu Præfidente Chori, contra Dignitates, Canonicos, Portionarios, aliofque Beneficiatos, & Perfonas dictæ Ecclefiæ, & controverfia non erat cum Archiepifcopo, fed inter Capitulum, & Decanum, nec in dicto mandato continetur, quod Jus moderandi, feu reformandi prædictas pœnas, fpectaret privativè ad Capitulum exclufo ipfo Archiepifcopo, undè illud nullatenus fuffragari valet ad Caufam præfentem, tamquam diverfum, & emanatum ad alios effectus, & inter diverfas perfonas, ut præce- 23
denter obfervat *Rot. in Decifione fuper præfidentia in Choro*, §. *final.*

Nec eft cur allegari valeat dubiectas articuli, an præcipua rerum agendarum auctoritas, Epifcopis præfervata in *Concilio Tridentino*, obftare valeat Præfidentiæ privativæ in Choro-

ro, & Capitulo, quam sibi Decanus, & Ca-
nonici competere asserunt ex Consuetudine,
24 & Statutis, ut indè dicta sola articuli dubie-
tas sufficere debeat ad effectum obtinendi Re-
missoriam, ex deductis per *Rot. decis.52.num.
4.coram Ubag.& in rec. part.16.dec.330.n.4. &
seqq.* Nam cum dictus articulus, tum per Rei-
terata Decreta *Sacrarum Congregationum Con-
cilii, & Rituum*, tum etiam per plures *Sacræ
Rotæ Decisiones* jam reperiatur decisus, nullo
25 modo hodie dici valet dubius, ex firmatis per
*Rot. in Romana, seu Firmana Successionis 16.
Januarii 1696.§. Ita pariter, in fin.coram R.P.
D.meo Priolo, & 9. Decembris 1697. §. Hinc
inanitèr, coram R.P. D.meo Muto.*

Nec dubietas elici valet ex eo, quòd in
Disputatione habita usque de anno 1606. *in
Sacra Congregatione Concili* ad instantiam Car-
dinalis Nino de Guevara, tunc temporis Ar-
chiepiscopi Hispalensis, super Jure præsiden-
di in Capitulo, & Choro, ex vi ejusdem Con-
ciliaris Decreti ab eo prætenso, nulla fuerit
capta resolutio, sed rescriptum, quòd strictè
scriberent Advocati. Quoniam tunc Archiepi-
scopus contendebat ipse solus exercere, dum
esset præsens in Choro, & Capitulo, Jurisdi-
ctionem privativè quoad Decanum, ut con-
stat ex Dubio disputato in eadem *Sacra Con-
gregatione Summario Capituli num.*8. Undè nil
mirum, si *Sacra Congregatio* demandavit,
quod strictè scriberetur super articulo, dum
in casu illo dubitari valdè poterat de præten-
tione Archiepiscopi, stante quòd *Concilium*
26 *Tridentinum* concedit Episcopis in Capitula
Exempta solùm cumulativam Jurisdictionem
cum ipsis Capitulis, non privativam, ut fir-
mat *Rot. decis.254. num.21.& seq. part.19. rec.*
quod tamen dubium cadere neutiquam potest
in præsenti, cum Archiepiscopus hodiè præ-
tendat solam Jurisdictionem cumulativam cum
Decano, vel alio Capitulari, illius figuram ge-
rente.

Multoque minùs dubietas aliqua involvi
potest ex quo *Sacrum Concilium* cæteris in
rebus Jurisdictionem, & potestatem Capitulis
27 Ecclesiarum Cathedralium præservet, ad no-
tata per *Valenzuel. cons.184. num.45. Saravia
de Adjunct. quæst.32.num.35. & seq. Vener. in
Exam. Episcop. cap.29. num.26.Rota coram Man-
tic. dec.202. num.*5. Quandoquidem Jurisdictio
per Concilium Capitulis præservata intelligi-
tur in aliis rebus, quàm in supra ibidem favo-
re Episcoporum dispositis, ut monet *Vener.
in d.cap.29. n.26.*, & suadent verba illa Conci-
lii, ibi: *Cæteris autem in rebus*, quæ firmant
regulam in contrarium in rebus jam exceptua-
tis. *Spad. cons.55. num.28. & seqq. lib.1. Rot.
dec.9.num.16. part.19. rec.* Undè cum jam præ-
cedenter Episcopis concessa fuerit Jurisdictio,
& potestas corrigendi Capitulares, & præci-
pua omnium rerum agendarum in Choro, &
Capitulo auctoritas, non potest Capitulum
ab his excludere Archiepiscopum, ex quo il-
li in cæteris rebus præservata sit jurisdictio,
28 & potestas, si quæ competit, ut tradit *Bar-
bos. ad d. Concil. d. cap.6. num.50.*, ubi quòd
prædicta verba – *Cæteris autem in rebus*, non
debent intelligi de Jurisdictione Criminali
jam concessa Episcopis, sed de Civili, si com-
petit Capitulo, nè alioquin Concilium se ip-
sum videatur incontinenti voluisse corrige-
re, & firmat *Rot. coram Mantic. decis.* 180.
*num.*5.

Demum nec dubius dici potest articulus,
ex quo Capitulum non controvertat Archie-
piscopo primam Sedem, & Locum digniorem,
majoremque præeminentiam in omnibus, quæ
pertinent ad suam Dignitatem, & Jurisdi-
ctionem quoad majora, sed solùm prætendat
privativam Præsidentiam Chori, & domesti-
cam Jurisdictionem correctionalem in suos
Capitulares, aliasque personas Ecclesiæ, quæ
potest esse compatibilis cum præeminentia,
& præcipua auctoritate debita Archiepisco-
po, ex traditis per *Thomassin. in Vet. & Nov.* 29
*Eccles. Discipl. part.1. lib.3.cap.41. n.3. vers.
Non possunt. Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.
16. à num.35. 47. & 57. cum seqq. & præci-
puè n.70. & 88. Rot. coram Pamphil. dec.127.
cor. Ubald. dec.121. & cor. Dunoz. Sen. de-
cis.17. & 28.* Nam verba Concilii non re-
stringuntur ad primam Sedem, & Locum di-
gniorem, quem Episcopi elegerint, minùsque
ad ea tantùm, quæ respiciunt Dignitatem
Archiepiscopalem, & Jurisdictionem conten-
tiosam, sed comprehendunt etiam Jurisdi-
ctionem correctionalem in Capitulares, &
Beneficiatos delinquentes in Choro, & Ec-
clesia, cum loquantur absolutè in omnibus
casibus, & delictis, & concedant Episcopis
præcipuam auctoritatem in omnibus rebus
agendis in Choro, & Capitulo, ut respondit
*Rot. in Dertbusen. Jurisdictionis 28. Januarii
1697. §. fin*, & firmat *Decisio* super præsi- 30
dentia in Choro §. *Quemadmodum*. Nec re-
fragantur Auctoritates in objecto allegatæ:
nam *Thomassin.* non loquitur quando Epis-
copus est præsens in Choro; *Lotter.* verò,
& *Decisiones Sacræ Rotæ* dicunt solùm, non
esse incompatibile, quòd antiquior Canoni-
cus in absentia Decani, & Prioris, præfera-
tur Dignitatibus in præsidendo, etsi illis de-
bita sit præcedentia, undè non applicantur
præsenti hypothesi, nam in illarum casu con-
suetudo præferens antiquiorem Canonicum,
eatenus est compatibilis cum præcedentia de-
bita Dignitatibus, quatenùs non repugnat
Juris dispositioni, ut habetur *in dicta dec.127.
num.4. & seq. coram Pamphil. & dicta dec.28.
per tot. cor. Dunozett. Sen.*, quod ita non est
in præsenti casu, in quo cum consuetudo
præsidendi privativè per Decanum, etiam
quoad exercitium Jurisdictionis correctiona-
lis, sit per *Sacrum Concilium* expressè abro-
gata, utique eadem Præsidentia remanet sem-
per incompatibilis cum præeminentia, ac
præcipua auctoritate in omnibus rebus agen-
dis Archiepiscopo debita.

Et ita Partibus in acerrimo Contradictorio
auditis, omnibusque DD. suffragantibus, sta-
bilitum fuit.

R. P. D. M U T O.

Hispalen. Juris Sedendi in Synodo.

Veneris 21. Junii 1697.

R.P.D.

ARGUMENTUM.

An de Jure communi Vicarius Generalis, præsente Archiepiscopo, vel Episcopo, præcedere debeat in Synodo Diœcesana Capitulum, seu ab eo Deputatos. Quæ consuetudo, in casu de quo agitur, in contrarium requiratur; & an sit legitimè probata.

SUMMARIUM.

1 Sixtus V. anno 1590. *declaravit, Vicarium Generalem Archiepiscopi, vel Episcopi, iisdem respectivè præsentibus, prætendere non posse de Jure communi locum in Synodo Diœcesana; illis verò absentibus, præcipuum locum obtinere debere.*

2 *Sed Breve Sixtinum moderatum fuit à* Gregor. XIV., *& quomodo.*

3 *Breve emanatum per viam legis, & stabilimenti, est omnimodè servandum.*

4 *Præscriptio fundatur in negligentia, & non usu Juris, alicui competentis, quando casus evenerit.*

5 *Dum aliquid concessum est Dignitati, negligentia Prædecessorum non præjudicat Successoribus; secus si concessio facta sit personæ particulari.*

6 *Lex, stante Decreto irritante, non præscribitur nedum per non usum, sed nec per contrarium usum.* & num.15.

7 *Onus alleganti consuetudinem incumbit illam probandi.*

8 *Referuntur diversæ opiniones super articulo, an Vicarius Generalis de Jure Communi præcedere debeat in Synodo Diœcesana Capitulum, seu Deputatos à Capitulo, præsente Episcopo, seu Archiepiscopo,* & num.9.

10 *Declaratio Papæ super articulo dubio est omnino attendenda.*

11 *Et tali casu contraria consuetudo debet esse quadragenaria.*

12 *Ad inducendam consuetudinem Præcedentiæ requiritur, quòd illi, qui de Præcedentia contendunt, insimul convenerint.*

13 *Unicus actus non sufficit ad inducendam consuetudinem.*

14 *Consuetudo non completa, per contradictionem, & litem interrupta remanet.*

16 *Scripturæ præsumuntur subtractæ ab eo, cui nocere poterant.*

17 *Quando limitetur supradicta præsumptio.*

18 *A consuetudine unius Ecclesiæ ad aliam inferri nequit.*

19 *Neque de uno casu ad alium.*

DECISIO XVII.

PRæsidente Cardinali de Castro Metropolitanæ Ecclesiæ Hispalensi, duxit ortum gravis non minùs, quàm celebris Controversia præeminentialis super sessionibus primis in Diœcesana Synodo inter Vicarium, seu Provisorem generalem illius, atque Capitulum, vel ipsius Deputatos: qua in hoc Sacro Auditorio bo. me. Marcello Bubalo primitus delegata, Deputati Capituli manutentionem in Judicio Summarissimo, præviis Disputationibus, habitis sub diebus 13. & 20. Martii 1589., reportarunt in quasi possessione sedendi immediatè post Archiepiscopum hinc indè in Synodo, & per consequens præcedendi Vicarium, seu Provisorem: in petitorio autem semel, iterumque disputatum fuit dubium: An Provisor, seu Vicarius Generalis, de Jure Communi, seu præsente Archiepiscopo in Synodo Diœcesana, præcedere debeat Deputatos à Capitulo, sed ob varias PP. Suffragantium opiniones absque resolutione remansit, ut non impugnatur.

Sanctæ memoriæ Sixtus V. summoperè hanc litem extinguere exoptans, anno 1590., postquam ad memorati Archiepiscopi, ejusque Vicarii, seu Provisoris instantiam *Sacræ Congregationi Concilii* cognoscendam commiserat, 1
eadem adhuc indecisa pendente, statuit, atque decrevit -- *Vicarium, seu Officialem Generalem, præsente Archiepiscopo, vel Episcopo, neque locum in Synodo Diœcesana, aut in Capitulo à Jure Communi habere, aut prætendere posse: ipso verò Archiepiscopo, vel Episcopo absente, præcipuum in eadem Synodo locum obtinere debere*, præservativa tamen adjecta, ut si quid in contrarium de antiqua Hispalen. Ecclesiæ consuetudine opponi contingat, an eadem scilicet fuerint legitima, nec ne, in Sacro Rotæ Auditorio videatur, prout latiùs ex Brevi dicti Pontificis cum Clausula *sublata*, & Decreto irritanti munito, per Partes hinc indè dato. Cui tamen non acquiescens Cardinalis de Castro, postquam impetraverat adversus illud aperitionem oris, & favorabile Votum à *Sacra Congregatione Concilii*, cui iterum Causa commissa fuerat, in subsequenti anno Breve moderatorium Sixtini cum pari clausula *sublata*, & Decreto 2
irritanti obtinuit à san. mem. Gregorio XIV., in quo statutum fuit -- *Vicarium, seu Officialem, aut Provisorem generalem Archiepiscopi, cujus præsentia in Synodis Diœcesanis pro controversiis, & litibus dirimendis, & querelis cognoscendis, & decretis statuendis necessaria omnino est, tam absente, quàm etiam præsente Archiepiscopo, primum locum post ipsum Archiepiscopum, & ante Capitulum, vel à Capitulo Deputatos, in eadem omnino Synodo Diœcesana de Jure habere, & obtinere, nisi tamen ex consuetudine legitima Capitulo Jus in eadem Synodo Vicarium præcedendi constiterit esse acquisitum*, de quo in *Summario Archiepiscopi numer.4.*

Ad formam postremi hujus Brevis petiit Capitulum novam Remissoriam in hoc Sacro Tribunali ad effectum probandi consuetudinem in illo præservatam, qua concessa vigore ejusdem examinari curavit nonnullos Testes in Partibus, ac deindè Processus Remissorialis transmissus fuit ad Urbem, nec Causa ulteriorem exitum fertur habuisse. Reassumpta verùm in *Sacra Congregatione Concilii*, in qua cum pro parte Capituli exhibitum fuisset Breve dumtaxat Sixti V. de anno 1689., resolutionem reportavit, quòd illud servaretur. Sed comperto postmodum in Actis nostri Tribunalis Breve Gregoriano, eoque pro parte Archiepiscopi exhibito de anno

1695.

1695. Congregatio recessit à decisis, ac servari mandavit posterius Breve san. mem. Gregorii XIV. donec probaretur legitima consuetudo in contrarium; sed deindè allegata ex parte Capituli pendentia hujus litis in *Sacra Rota*, obtentaque ab eadem Congregatione remissione ad illam, propositoque hodiè *coram Me* dubio - An Breve Gregorii XIV. sit exequendum, vel potiùs constet de contraria consuetudine, PP. affirmativè quoad primam, negativè autem quoad secundam ejus partem respondendum esse censuerunt.

Siquidem quoad primam, executio postremi hujus Brevis suadetur, ex quo illud, inhærens præcedenti declarationi *S. Congregationis Concilii*, processit per viam stabilimenti,
3 seu legis, inter has Partes observandæ, quæ omnimodam paritionem exposcit, ac executionem meretur, ad *Text. in cap. si Capitulo ubi gloss. in V. exequatur, de concession. Præbend. in 6. Rota coram Duran. dec.98. n.1. cor. Coccin. dec.144. n.3. cor. Bichio dec.556. num.2. in recent. dec.33. part.11. & dec.189.* utrobique *num.1. part.15.* non obstante lapsu tanti temporis ab illius editione, secuta de anno 1591., nam non exinde illius executio dici potest præscripta, cum una dumtaxat Synodus post intervallum 13. annorum celebrata appareat, nec probatur tunc temporis adfuisse ullum Vicarium Episcopi, vel quòd non foret legitimè impeditus, ut propterea
4 nequeat prætendi præscriptio, quæ fundatur in negligentia, & non usu quando casus evenerit, ad tradita *per Rotam coram Cavaler. dec.80. num.6. coram Dunoz. Jun. dec.644. num.16. coram Coccino dec.544. num.6. & decis.2116. num.13. cor. Bich. dec.554. num.16. in rec. dec.21. sub num.10. 13. & 14. part.7. & in Bituntina Jurispatronatus 17. Novembris 1684. §. Nam primum, in fine, cor. Albergato*, potissimè quoties, ut hic, agitur de Brevi concesso favore Dignitatis Archiepiscopalis, ejusque Vicarii, seu Provisoris generalis, itaut negligentia Prædecessorum non præjudicet Successoribus, qui illius executionem semper,
5 & quandocunque petere possunt, quicquid foret si concessum fuisset particulari personæ; cui propria negligentia posset obesse, juxta distinctionem amplexam per *Rota cor. Coccin. dec.144. num.5. cor. Cerro dec.342. num.4. & in recent. dec.99. n.4. & 5. part.11.* Ac etiam quia Breve præfatum, uti emanatum per viam certi stabilimenti, seu legis, præscribi nec
6 posset, nam lex nunquam moritur, & stante decreto irritanti in Breve apposito, nedum non usus, sed contrarius usus redderetur inefficax. *Rota cor. Coccin. dec.1274. num.14. & dec.1814. num.3. in recent. dec.298. num.20. & 25. part.17. & dec.77. num.8. & 9. part.18.* & de facto in *Gerunden. Beneficii* 10. Decembris proximi præteriti *coram R. P. D. meo Ansaldo*, & in *Colonien. Parochialis* 15. Martii mox elapsi *coram R. P. D. meo Lancetta*, in quibus non obstante lapsu centum annorum sine usu, fuerunt demandata executioni Brevia Gregor. XIII. & Clemen. VIII.

Quo verò ad secundam partem propositi dubii, visum fuit DD. non constare de contraria legitima consuetudine, per Capitulum prætensa, ac in relato Brevi Gregoriano præservata. Præmisso namque, onus 7
probandi consuetudinem hujusmodi spectare ad Capitulum illam allegans, prout præscribitur in relato Brevi, ac est etiam de Jure: *Soccin. Jun. cons.65. num.36. lib.1. Roland. à Valle cons.40. num.43. lib.2. Noal. cons.65. num.5. Decian. cons.7. num.65. lib.3. Rota divers. decis.36. num.5. part.1. & coram Seraphin. decis.1154. num.1.* Et quidem quadragenariam, nam quamvis præcedenter hoc Breve Gregorii XIV., anceps in Tribunali nostro reputata fuisset quæstio, an de Jure Vicarius primam Sedem post Episcopum obtineat in Diœcesana Synodo, itaut *coram Bubalo* bis proposito dubio PP. in sensu non convenerint ob diversas opiniones Doctorum, nam alii partes Capituli tuentur sub ea ratione, quòd præsente in Synodo Archiepiscopo, inter ipsum, & ejus Capitulum, seu istius Deputatos Capitu- 8
lum repræsentantes, tanquam inter Caput, & Membra nihil mediare debeat, & proindè sit exclusus Vicarius, nimirum *Gratian. discep.3. cum seqq. & signanter num.13. & 16. Picard. inter Cons. Menoch. & Fabian.* ibidem *cons.257. Marescott. Var. Resol. lib.1. cap.69. num.8. cum seqq. Thomas. de Præced. num.393. Ventriglia in Prax. Eccles. tit. de Process. adnot.1. §. unico, num.21. Ferret. de Præced. quæst.52. art.3. num.6. Ursell. conclus.137. numer.27. Ricc. in Prax. Eccles. juxta Venet. impress.1674. resol.391. & collect. part.4. collect.896. Card. de Luca de Præemin. disc.18. num.6.*, alii verò sunt favorabiles Vicario, ex quo constituat unum Caput cum Episcopo, si- 9
cut constituit cum eo unum, & idem Tribunal, ut sive absente, sive presente Episcopo, super Capitulum præcedentiam in Synodo assequi debeat, & præ cæteris *Abb. cons.21. per tot. lib.1. Fagnan. in cap. ad hæc n.8. de præbend. Bertrand. cons.22. num.20. & seqq. lib.1. Gall. cons.62. num.13.* ubi ait ita declarasse *Sacram Congregationem Concilii. Bombin. cons.22. & 23. per tot. Pignattell. plena consultat.63. tom.3. De Luca ad Gratian. cap.3. num.2. cum seqq.* ubi quòd hodie hoc Jure utimur. *Staphil. de Liter. Grat. tit. de mod. & form. impetr. §. Trans. num.14. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Vicar. Episcop. num.7. Gambar. de Legat. à Later. lib.3. num.109. Massobr. de Synod. cap.4. & 5. per tot. Leon. in Thesaur. For. Eccles. part.1. tit. de Vicar. cap.10. num.1. Anton. de Præt. in Tract. de Jurisd. Episcop. cap.6. n.8. in fine, & seqq. Cantucc. in ejusdem Vot. post d. discep.3. Gratian. num.24. cum multis seqq. Antonell. de Regimin. Eccles. lib.3. cap.18. de Præced. §.2. num.15. Crus. de Præemin. capit.20. num.3. Marchett. de Vicar. Capitular. part.1. tit.5. num.15. Bordon. de Præced. n.510. cum multis sequent.*

Ex hoc tamen Brevi Gregoriano sublata remansit quælibet disputatio, quia Summus Pontifex inhærendo præcedenti voto *Sacræ Congregationis Concilii*, declaravit (sunt verba) *Vicarium, seu Provisorem Generalem, locum, & votum post ipsum Archiepiscopum, & ante Capitulum, vel à Capitulo Deputatos, in Synodo Diœcesana de Jure habere, & obtinere debere*, ut quicquid sit de variis præadducto-

rum Doctorum opinionibus, certi Juris est,
10 quòd quoties accedit declaratio Papæ, eadem attendi debet. *cap. si Papa, de privileg. in 6. Clementin, literis, de probat. Rota coram Cavaler. dec.612. num.52. in rec. dec.271. n.5. part.1. & in Hispalen. Præcedentiæ 11. Januarii 1692. §. Nitebantur, coram R. P. D. meo Caprara;* & cum eadem declaratio contineat, quòd Vicarius, seu Provisor Generalis, in concursu Deputatorum Capituli primum locum sit habiturus, nisi ex parte Capituli doceatur de legitima consuetudine in contrarium,
11 dubitationi locus non est, quòd Papa intellexerit præservare consuetudinem quadragenariam, *ex text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet. in cap. cum de Benefic. de Præbend. in 6. & in cap. final. ubi gloss. in V. legitimè, de consuetud. Passerin. in cap. consuetudinis, quæst.1. art.8. num.216. & seqq. de consuetud. in 6. & de Elect. cap.10. num.30.* & in specie, quòd consuetudo debeat esse quadragenaria, defendunt *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept.111. sub num.3. in fine, & Pignattel, consult.63. num.9. vers. nisi tamen, tom.3.*

In hypothesi talis quadragenaria consuetudo non probatur: Reflectentes siquidem DD. quòd ante Breve Gregorianum tres tantùm Diœcesanæ Synodi celebratæ fuerunt, prima nimirum de anno 1572., & in hac non intervenit Provisor, seu Vicarius Generalis Archiepiscopi, & agnovit *Sacra Rota coram Bubalo*, quæ ex unico dumtaxat actu posterioris Synodi anni 1573. manutentionem decrevit favore Capituli, ut probatur ex Informationibus tunc datis *Summ. Archiepiscopi num.3.*, atque etiam ex Testibus tam examinatis ex parte Archiepiscopi *Summ.* illius Responsionis *num.1.* quàm ex aliis Capituli, quorum tametsi aliqui deponant ignorare, an in hac Synodo interfuerit Doctor Sancti Stephani, tunc Vicarius, & Provisor Generalis Archiepiscopatus, alii verò constanter asseruerunt, illum non interfuisse *d. Summ.* Responsionis *num.2.* absente autem, aut non existente Vicario, nulla inchoari potuit consuetudo
12 Præcedentiæ, ad quam inducendam requiritur, quòd illi, qui de Præcedentia contendunt, insimul conveniant. *Text. in l. ubi autem ff. de V. obligat. Surd. dec.65. num.8. Rota coram Buratt. dec.137. num.12. in recent. decis.569. num.4. in fin. part.2.* Secunda est de anno 1578., in qua licèt Deputati Capituli Præcedentiam habuerint supra Vicarium Genera-
13 lem, nihilominus, tanquam unicus actus, inefficax est ad consuetudinem inducendam *Passerin. in d. cap. consuetudinis quæst.1. art.3. n.81. cum seq. Mascard. de Probat. concl.424. num.19. cum seqq. Trobat. de Effect. Immemor. quæst.6. num.14. & 15. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.21. num.114. cum seqq. Rota cor. Peuting. dec.207. n.7. & coram Cerro dec.551. numer.18. & 20. in fin.* Tertia demùm est de anno 1586., sed cum tunc exorta fuisset controversia super Præcedentia, & Deputati Capituli à Synodo recesserint, ex hoc actu nulla deduci valet completio consuetudinis, sed potiùs adhuc non completa probatur, quod
14 per hanc contradictionem, & litem interrupta remanserit. *Rota cor. Bich. dec.48. n.14. & 15. in recent. dec.382. num.14. part.16. dec.208. num.15. part.17. & dec.742. num.7. part.18.* Quin afferri valuerit altera, & antiquior Synodus anni 1512. de tempore, quo Ecclesiam regebat Archiepiscopus Roxas, nam illa est Provincialis, & Diœcesana, & ibidem non intervenerit Vicarius Generalis Archiepiscopi, nec probat ordinem sedendi, seu præcedendi, ut ex lectura.

Post Breve autem Gregorianum desumi non potest consuetudo: tum quia Pontifex præservando in eodem consuetudinem legitimam Capituli, intellexit solùm præservare præteritam, seu anteriorem, & jam acquisitam de tempore Brevis, ex illis verbis -- *nisi tamen ex consuetudine Capituli Jus in eadem Synodo Vicarium præcedendi constiterit esse acquisitum*: tum etiam quia consuetudo non probatur, affertur enim unica Synodus anni 1604., quæ non concludit interessentiam Vicarii, ut supra requisitam, nec aliquid operatur etiam ob decretum irritans in Brevi appositum, cum 15
quo Pontifex consuetudini futuræ resistere voluit, eamque abrogare. *Rot. coram Cels. decis.200. coram Merlin. dec.814. utrobiq. num.6. in recent. dec.574. num.27. part.4. tom.3. & dec.217. num.6. part.7.* ex qua responsione diluitur etiam argumentum desumptum pro consuetudinis observantia ex præsupposita acquiescentia Cardinalis de Castro, qui per septem annos post productas ex parte Capituli probationes in Rota non processerit ad ulteriora, præterquamquod cum ille haberet pro se Breve Pontificium, non indigebat prosecutione Causæ, sed hoc onus incumbebat Capitulo, quod tenebatur probare consuetudinem legitimam.

Absque eo quòd juvare potuerit Capitulo assertio, quòd probationes consuetudinis legitimæ præsumantur factæ in Processu Remissoriali, quo hodie non reperto, dicitur præsumi subtractum ab Archiepiscopo, cui noce- 16
re poterat *ex Adden. ad Pamphil. dec.360. n.10. Rot. coram Zarat. dec.73. num.37. in rec. dec.305. num.15. part.18.*: Quia cum Processus ad Urbem advenerit clausus, non potest pro certo adduci, quòd probaret contra Episcopum, multoties enim Testes probant etiam contra inducentes, & ideò cessat præsumptio, quæ nititur fundamento, quòd scriptura certò præjudicet alicui Parti. Ulteriùs hic non agitur de scriptura, quæ remanserit in publico Officio, sed in Domo privata Interpretis, 17
quo casu dicta præsumptio locum non habet, ut distinguendo probat *Adden. ad Pamphil. decis.364. num.10. vers. militat;* maximè contra Successorem in Archiepiscopatu. *Rota cor. Bich. dec.202. num.13.*

Minusque suffragatur prætensa consuetudo aliarum Ecclesiarum, in quibus Deputati Capitulorum præcedunt: nam quicquid sit de subsistentia assumpti; hæc Præcedentia proveniret ex consuetudine legitima ibidem præscripta, quæ deficit in Ecclesia Hispalensi, & regulare est, quòd ex consue- 18
tudine, seu usu unius Ecclesiæ ad aliam nequit inferri. *Card. de Luca de Benef. disc.30. num.12. Rota in rec. decis.321. num.9. cum seqq. part.15.*

part.15. dec.217.num.18. part.17. coram Cerro dec.551. num.8.& 9.& inter has easdem Partes in Hispalen. Divisionis simultaneæ 11. Februarii præteriti §. Similiter, coram Me.

Prout nec etiam hanc consuetudinem quadragenariam præcedendi comprobant nonnulli actus in Choro, & Processionibus, quicquid enim sit de veritate, ac legalitate illorum, Vicarius non intervenit tanquam Vicarius, & Officialis, sed uti simplex procurator deputatus ab Archiepiscopo absente, ut patet ex eo, quòd Archiepiscopus multoties in his actibus deputat alium, quàm Vicarium, ideòque ex consuetudine præcedendi in enunciatis actibus inferri non potest ad alios, in quibus Vicarius proprio jure, & uti Vicarius intervenit præsente Archiepiscopo; obstante recepta conclusione, quòd consuetudo non extenditur de uno casu ad
19 alium, sed tantùm habere dicitur de actu, quantum de potentia, ad doctrinam *Innocentii in cap. in literis, sub num.7. de restit. spoliat. Cravett. cons.30. n.5. Roland. à Valle cons.69. num.39. lib.3. Osasch. decis. Pedemont.29. n.16. Rot. coram Ubald. dec.21. num.3. tom.1. & in recent. dec.355. num.5. & 6. part.14.*

Præterea ex his nec etiam concurrere visa fuit consuetudo decennalis, quam sufficere conantur ostendere Defensores Capituli, tum quia una dumtaxat Synodus affertur anni 1578. ubi intervenit Vicarius, passusque fuit per Deputatos Capituli præcedi, quæ tanquam unica non sufficit ad inducendam consuetudinem ex superiùs allegatis; tum etiam quia à dicto anno 1578. ad annum 1586., quo fuit interrupta possessio Capituli, vix elapsi sunt anni septem, ut patet calculanti.

Et ita conclusum Partibus acerrimè informantibus &c.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Hispalen. Visitationis.

Veneris 25. Novembris 1701.

ARGUMENTUM.

Episcopus cogere potest Capitulum ad exhibendum occasione Visitationis in proprio Palatio Libros administrationum Piorum Operum, non tamen indefinitè, sed eos tantùm, qui respiciunt administrationem, quam visitandam suscepit.

SUMMARIUM.

1 *Sententia, in judicatum transacta, facit jus inter Partes.*
2 *Delegatus non valet, citra nullitatis vitium, delegationis suæ limites egredi.*
3 *Ubi Princeps adiicit terminum Jurisdictioni, quam tribuit Judici delegato, nequit privatus Partium consensus illam prorogare.*
4 *Responsio correspondere debet petitioni, & causæ, ob quam ea facta est.*
5 Sac. Rota *reverenter suscipit* Decreta Sacræ Congregationis.

6 *Visitatio fieri debet in proprio loco, quem Ordinarius visitandum suscipit.*
7 *Et in casu incongruitatis loci, Visitatio fieri debet in loco commodo, nunquam tamen in propria Camera, seu Aula Episcopi.*
8 *Secus quoad Visitationem formalem, Librorum scilicet administrationum Piorum Operum, quos ad effectum suscipiendi redditionem rationis ab Administratoribus, Ordinarius cogere potest Capitulum ad exhibendum in Palatio Episcopali*, & num.16.
9 *Arbitrio Judicis remittitur destinatio loci, ubi reddendæ sunt rationes.*
10 *Libertus adstringitur rationes reddere Patrono in domo ipsius.*
11 *Mens legis est inspicienda, non materialis facti circumstantia.*
12 *Administratores Regum, Magnatum, & Nobilium, tenentur rationem reddere in loco, ubi isti morantur.*
13 *Subjectio Capituli erga Episcopum potiùs dicenda est filialis, quàm servilis.*
14 *Episcopus potest in quolibet loco suæ Diœcesis pro Tribunali sedere, & cætera ad suum Officium spectantia exercere.*
15 *Et potest Tribunal erigere, & Jus dicere in propria Camera.*
17 *Visitatio perfici debet sine strepitu judiciali, paternis admonitionibus, & extrajudiciali correctione.*
18 *Non sic quoad crimina notoria, de quibus Episcopus potest in actu Visitationis cognoscere, & pœnas ordinarias imponere.*
19 *Speciale est in Administrationum Piorum Operum Visitatione, ut Administratores, qui reliquatuum sint debitores, ad illos solvendos per sententiam, seu decretum condemnentur, & judicialiter cogantur.*
20 *Episcopus, procedens in Causis Capitularium cum assensu duorum Canonicorum, potest id explere in propria Domo, seu consueto Tribunali.*
21 *Videndum est, nè in quo alterum judicamus, nos ipsi rei simus.*
22 *Observantia declarat quid fuerit promissum.*
23 *Quæ sint incommoda, ob quæ Episcopi dispensantur à Visitatione materiali locorum, remissivè.*
24 *Episcopus in revidendis Administrationibus Piorum Operum non tenetur uti Ministris; & quatenus utatur, non obstringitur sequi eorum fidem.*
25 *Episcopo licitum non est petere ad hunc effectum indefinitam exhibitionem Librorum, sed eorum tantùm respicientium Administrationem, quàm visitandam suscepit.*

DECISIO XVIII.

CApitulum Ecclesiæ Cathedralis Hispalen. magno Juris, & Facti apparatu conabatur in hodierna Audientia prosternere fundamenta Decisionis editæ die 30. *Aprilis* præteriti *cor. Me*, in qua responsum fuit, Reveren-

rendiffimum Archiepifcopum in actu Vifitationis, eaque durante, cogere poffe juxta illius indigentiam Officiales Capituli ad exhibendum in Palatio Archiepifcopali Libros originales Adminiftrationum Piorum Operum, aliofque continentes Fundationes Beneficiorum, eorumque Dotationes, pro redditione rationis fufcipienda, ac minimè teneri pro illis Infpiciendis, ac perfcrutandis, ad Aulam Capitularem accedere, Dominis tamen folidæ, & inconcuffæ vifæ fuerunt ejufdem *Decifionis* rationes, infirmaque per oppofitum fingula impugnationum argumenta, quocirca refolutioni aliàs captæ confirmationis robur adiicere non dubitarunt.

Et quoniam paullo poft hanc Refolutionem fupervenit nuncius obitus Reverendiffimi Archiepifcopi, Sanctiffimus D. Nofter Mihi feriò demandavit, ut illo non obftante, Decifiones omnes editæ fuper punctis contentionum inter Capitulum, & eundem Archiepifcopum vertentium, publicarentur, idcircò obtemperando Sanctiffimis æquè, ac Zelantiffimis hifce mandatis, Sacrum Tribunal ea, qua datum fuit, celeritate Decifiones prædictas publicare curavit.

Satis, inquam, conftans, denuò examinatum, apparuit capitale Decifionis fundamentum fubnixum rei judicatæ, ortæ fuper controvera, de qua difputatur: Nam inter alia Decreta, quæ emanarunt in *Sacra Congregat. Conc.* fuper antedictis multiplicis fpeciei contentionibus, alterum editum fuit die 18. Augufti 1696., generaliter demandans dictorum Librorum exhibitionem in Palatio Archiepifcopali juxta Vifitationis indigentiam; A quo Decreto cum neutra Pars reclamaverit, manifefta emergit fuper hoc articulo res judicata, quæ facit jus inter Partes, inhibetque nè contro-
1 verfia, jam fopita denuò, excutiatur, Caufaque femel dirempta retractetur, juxta præfcriptum *Text. in cap. cum inter vos, de fent. & re judicata. l. final. C. de fid. inftrum. l. poftquam liti. C. de pact.* cum aliis vulgatis, collectis *in Melevitana Penfionis 25. Aprilis præteriti §. Ex cenfura, coram Me.*

Abfque quòd noviffima omnium dictarum Caufarum Commiffio, noftro Auditorio directa, vel concors Partium Collitigantium placitum difputandi cum cæteris aliis controverfum Dubium, fternere potuerit viam revidendi hujus articuli juftitiam: Commiffio fiquidem expreffam continet in ventre prohibitionem cognofcendi Caufas jam decifas, & abfolutas, folùmque tribuit jurifdictionem defi-
2 niendi pendentes, & indecifas, Sacrum proindè Tribunal non valuit, neque valet citra nullitatis vitium egredi fuæ delegationis limites, *cap. cum olim 32. de offic. & poteft. Judic. delegat. cap. cum dilectus 22. de refcript.* ubi omnes antiqui, & recentiores Repetentes: Atque hinc etiam nihil juvat Partium confenfus iterato examini hanc quoque controverfiam fubiiciendi; quicquid enim fit, an confenfus ifte ex parte Archiepifcopi præftitus fuerit, numve fufficienter eliciatur ab actibus extrajudicialibus, & æquivocis in contrarium expofitis; illud exploratum eft in Jure, quòd
3 ubi Princeps adiicit terminum Jurifdictioni, quam tribuit Judici delegato, nequit privatus Partium confenfus illam prorogare. *Auth. habita C. ne filii pro patre, & ibi Bald. idemque in l. Teftamenta C. de teftam.*, & ex iis benè, & eleganter concludit *Capyc. decif.9. num.16.* faciuntque ad rem collecti per *Adden. ad Pamphil. dec.176. num.12.*

Eoque minùs declinari poteft rei judicatæ auctoritas fub repetito prætextu, quòd Capitulum acquieverit dicto Decreto anni 1686., credens, poteftatem cogendi illius Officiales ad exhibendos Libros juxta exigentiam Vifitationis, in eo folùm cafu Archiepifcopo tributam extitiffe, quo vifitando in Aula Capitulari eofdem Libros, in aliquam incidiffet difficultatem, quæ majorem longioremque expofceret indagationem: Ultra quod enim talis interpretatio verè nullum habebat reale fundamentum, fatis perfpicuè declarantibus illius verbis, mentem *Sacræ Congregationis* fuiffe, ut Archiepifcopi nullo modo tenerentur accedere ad Aulam Capitularem pro recognofcendis Libris, fed illos per Capitulum deferendos effe in Palatium Archiepifcopale juxta exigentiam particularium Vifitationum, quas affumere ftatuiffet. Nihilominus fi res conftitiffet in præfato fimplici Decreto; utique Domini expofitam Capituli opinationem aliquatenus excufaffent: fubfecuti tamen actus nullæ locum finunt excufationi. Renuentibus quippe Capitularibus fub præcifo hujus interpretationis prætextu deferre ad Archiepifcopale Palatium Libros Adminiftrationis Capellaniarum Cardinalis Tavera, antequam Archiepifcopus accederet in Aulam Capitularem, & recognofceret, num locus effet exigentiæ dictæ illorum tranfportationis, iteratum habuit Archiepifcopus recurfum ad *Sacram Congregationem*, eique expofito motivo, fub quo Capitulum præfato ejus Decreto parere detrectaffet, novum die 17. Augufti 1697. reportavit Refcriptum, injungens horum particularium Librorum exhibitionem, quod fanè novum Decretum de medio fubftulit omnem, & quamcunque ambiguitatem cadentem fuper vera, ac germana antecedentis interpretatione: Si enim talis erat illius intelligentia, qualis opinabatur Capitulum, utique *Sacra Congregatio* non demandaffet abfolutam Librorum exhibitionem, fed præcepiffet Archiepifcopo, ut priùs ad Aulam Capitularem pergeret, agnitaque indigentia eos perluftrandi cum majori temporis intervallo, demandaffet ipforum delationem ad fuum Palatium, ut ita refponfio petitioni, & caufæ, ob quam ea facta fuerat, corref- 4
ponderet, juxta monitum *Text. in l. fi defenfor §. Qui interrogatus, ff. de interrogat. action. & §. Præterea, de inutil. ftipul. Bald. conf.54. n.2. verf. Ex hoc fequitur, lib.1. Alex. conf.75. n.12. verf. cum refponfio, lib.5. Surd. conf.414. num.72. Rota cor. Coccin. dec.1791. num.27. & cor. Celf. dec.2. num.9.*

Cumque adverfus hoc fecundum Decretum Capitulum minimè provocaffet, incontrovertibiliter fopita remanfit hujufmodi controverfia, adeout inani labore Scribentes pro eodem Capitulo lato calamo regefferint omnia fundamenta aliàs in *Sac. Congregatione* expofita,

fita, & femper rejecta, ad fuadendum, quòd attenta Juris cenfura, & Conftitutionum Synodalium Ecclefiæ Hifpalenfis, Archiepifcopus recognofcere debeat dictarum Adminiftrationum Libros in Aula Capitulari, cum ultra reverentiam, qua Sacrum Auditorium fufcipe-
5 re foleat Decreta *Sacræ Congregationis*, per ea quæ tradit *Rota coram Cardinali Celfo dec.60. num.4.*, expreffum in præfenti cafu obfiftat Pontificis oraculum, prohibens, nè controverfiæ jam refolutæ in difcrimen adducantur, quo circa quoad hanc rem nil aliud, quàm parendi gloria nobis relicta eft, ut motivabatur in Decifione, quæ revidetur.

Ad exuberantiam tamen denuò excuffis meritis Caufæ, rurfus hodie convenerunt Domini, præfata *Sac. Congregationis* Decreta de more folidiffimis fubnixa effe fundamentis: Ta-
6 metfi namque Vifitatio fieri debeat in proprio loco, quem Prælatus vifitandum fufcipit *cap. conquerente 16. de offic. Ordin. & in cap. Romana primo, de cenf. lib.6. & in cap. cum I. & A. 22. de fent. & re judic.*, & communiter notant Repetentes *in dicto cap. Romana*, ac fignanter *Archidiacon. ante primum verfic. quid fi Capitulum. Franc. fub num.2. verfic. undè fit. Ancaran. num.2. in fin. Geminian. num.8. Jo: Andreas num.10. Pafferin. num.5. Soccin. fen. in Tractat. de Vifitat. impreff. poft Commentar. in prima parte lib.2. decret. lib.8. numer.22. in princ. Pavin. in fimili Tract. impreff. inter Tract. Magnos tom. 14. part.1. quæft.6. num.1. fol.183.*, & fi ipfa loca vifitanda minus congrua viderentur, Vifitatio fieri debeat
7 in loco commodo, & communi, nunquam verò in propria Camera, five Aula Epifcopi, ut præter allegatos tenent communiter Recentiores, & præcipuè *Graff. de Aur. Caf. Confcientiæ part.2. lib.3. cap.27. num.39. & 40. Fufcb. de Vifitatione lib.1. cap.2. n.22. Pax. Jordan. Elucubrat. Var. tom.2. lib.7. tit.2. num.6. Fermofin. tom.2. de Offic. & Sac. Ecclef. ad tit. de Offic. Archiprerbyter. quæft.4. num.121.* & pluriès fuit refolutum à *Sac. Congregatione*, ut teftantur *Zerol. in Prax. Epifcop. part.2. V. Capitulum, num.2. Barbof. in Summa Apoftolicar. Dec. collect.124. num.15. Gavant. in Manual. V. Capitulum, num.4. Pignatell. confult. Canonic.152. num.12. tom.10.*

Expofitæ tamen Juris Canonici regulæ locum obtinent quoad Vifitationem materialem, feu localem, jubent namque *Sac. Canones* omnibus Ecclefiarum Paftoribus, ut ipfimet accedant ad omnia Diœcefis loca, cunctaque fub Vifitatione materiali cadentia, vel oculis propriis, feu Convifitatorum perluftrent, neque trahant Vifitandos de uno loco Diœcefis ad alterum, nifi juftis concurrentibus caufis, in quibus terminis loquuntur Decretales, & Canoniftæ in objecto laudati: Secus verò quoad Vifitationem formalem, & intellectualem, qualis eft hæc, de qua modò agitur, Vifitationis Librorum, ad effectum fufcipiendi redditionem rationis Piorum Operum, nullus namque Doctor allegatus fuit, dicens, rationes hujufmodi fufcipiendas fore in Archiviis Ecclefiarum etiam Cathedralium, five aliorum Locorum Piorum, in quibus Libri, Codicefve ra-
8 tionum reddendarum affervantur, fed qui ad hanc fpecialem infpectionem defcenderunt, tanquam abfolutum fcripferunt, juftum, decenfque effe, ut ad Palatium Epifcopale deferantur Libri, ibique Adminiftratores bonorum, ac redituum Ecclefiafticorum Epifcopo vifitanti villicationis fuæ rationem reddant, & in fpecie *Fagnan. in cap. ad hæc, num.33. 34. 36. & 37. de Religiof. Domib. Pignattell. confult. 17. num.10. & feqq.*, ubi diftinguit inter Vifitationem formalem, & materialem, feu localem *tom.8. & confult.152. num.21. tom.9. Crifpin. in Tract. della Vifita Paftorale part.2. §.28. num.7. & feqq. Card. de Luc. de Jurifdict. difc.42. num.7.*, & ita refpondit pluries *S. Congregatio Concilii* fuper hujufmodi Dubio confulta, ut patet ex Calaguritana, Cremonen., & Valentina *allegat. in Decifione, quæ confirmatur §.16.*

Et profectò, ut motivabatur in præterita *Decifione*, hujufmodi opinio utriufque Juris Civilis, & Canonici folidum obtinet patrocinium: Juris inquam Civilis, infpecta natura Judicii redditionis rationis, in quo cum remittatur arbitrio Judicis deftinatio loci, ubi reddendæ funt rationes, fpectata qualita- 9
te eorum, qui illas præftare, & aliorum, qui eas fufcipere tenentur, per *Text. in l. tales conditiones §. Prifcus, ff. de condit. & demonftrat.* ubi *Bartol. & Caftren.* & alii citari in præterita *Decifione §.9.*, nullum fanum, & rectum arbitrium dijudicare valet, Dignitatem Archiepifcopalem, pluribus aliis gravioribus ejufdem Vifitationis implicatam negociis, cogendam effe ad fufcipiendas redditiones rationis à particularibus Canonicis fubditis, explendo longas, & faftidiofas revifiones Librorum, & Computorum ad hunc finem neceffarias, in Aula, feu Archivio particulari, ubi earundem rationum Libri cuftodiuntur, ut latè ponderat *Decifio*, quæ revidetur §.10.

Prorfus non urgente, quòd *Textus in d. l. Tales §. Prifcus, ff. condit., & demonftrat.* loquatur in terminis Liberti, qui cum teneatur reddere Patrono operas obfequiales, rectè
adftringi debeat ad reddendam rationem ex- 10
tra locum adminiftrationis, & in domo ipfius Patroni, fecus verò dici debeat in redditione rationis danda à Canonicis Archiepifcopo, inter quos non cadit illa fubjectio, quæ confideratur inter fervum, & dominum.

Attendenda quippe non eft materialis facti circumftantia in Textu figurati, fed infpicienda venit mens legis, ut monet *I. C. in l.*
fcire ff. de legib. Cafus autem Textus, & fi 11
verfaretur in themate liberti rationem adminiftrationis domino fuo reddere debentis, animativa tamen legis ratio fiftit in illa maxima indecentia, quòd Superior adire debeat domum inferioris pro habendis ratiociniis, & præcipuè quando primus effet negociis Reipublicæ implicatus, quæ circumftantiæ cum punctualiter conveniant cafui noftro, optimè illi applicata fuit cenfura hujus *Textus*, ficuti Doctores illum trahunt ad Adminiftratores Regum, Magnatum, & Nobilium, tuendo fententiam, eos obligatos effe ad reddendam rationem extra locum Adminiftrationis,
& in eo quo nominatæ perfonæ moram tra- 12
hunt, ut fignanter videre eft apud *Ottalor.*
de

de Nobilit. part.5. cap. ult. num.16. Menoch.
de Arbitrar. cas.468. num.1. Escobar. de Ra-
tiocin. cap.7. num.2. cum seqq. Novar. in Tract.
de Gravam. Vassal. cap.24. num.7. Capon. dis-
cept.134. num.37. & seqq. tom.3. & tamen Ad-
ministratores Magnatum non sunt liberti,
sed subditi, quales profectò sunt Canonici er-
ga Episcopos. Et licèt dominium Episcopo-
rum esse debeat blandum, & paternum, non
verò acerbum, & herile, ut ait Divus *Hie-*
ronymus Epist. ad Nepotianum, sicuti subje-
13 ctio Capituli erga Episcopos potiùs dicenda
sit filialis, quàm servilis, ut monent relati
per *Frances de Eccles. Cathed. cap.30. n.21.*,
id tamen verum est ad effectum, ut Antisti-
tes Sacrum Christi Ovile regant cum mansue-
tudine, & cordis docilitate, contradistinguen
do, quoad actus extrinsecæ existimationis,
Hierarchiam Canonicorum ab aliorum infe-
riorum Ecclesiasticorum Cœtu, secus verò
quoad alios effectus, istosque signanter eva-
dendi subjectionem, & onus reddendi ratio-
nem propriæ villicationis in domo Patris, &
Superioris, ex rationibus supra expensis.

Huic opinioni suum etiam tribuit robur Jus
commune Canonicum, & signanter Decretalis
Bonifacii VIII. relata *in cap. cum Episcopus, de*
Offic. Ordin. veluti rem absolutam supponens,
Episcopum habentem Jurisdictionem Ordina-
14 riam, posse in quolibet loco suæ Diœcesis pro
Tribunali sedere, cæteraque ad suum Officium
spectantia absolvere, & exercere: Undè com-
muniter tenent Doctores, posse Episcopos Tri-
15 bunal erigere, & Jus dicere in propria
Camera, ut citatis antiquioribus, tradunt ibi
Passer. num.7. & respondit *Rot. dec.58. num.1.*
coram Carill. & dec.1700. num.3. coram Coccin.
Ac proindè multò magis dicendum est, ad sui
arbitrium recipere posse redditiones rationis
Locorum Piorum in suo proprio Palatio, ut
latiùs ratiocinatur altera *Decisio* §.11.

Non urgentibus animadversionibus in con-
trarium adductis: Non prima, quòd præfatum
Episcopi arbitrium cessat quoties pro alicujus
actus Jurisdictionalis exercitio Jura Canoni-
ca alium determinatum, ac specialem locum
destinaverint, ut notant *Joan. Monac. in d. cap.*
cum Episcopus, num.2. & Jo: Andr. num.1. hujus-
16 modi quippe limitatio non applicatur nostræ
hypothesi, dum Sacri Canones, & communis
DD. Schola coarctant Episcopum ad acceden-
dum in loco Visitationis, quando explere
debet Visitationem materialem, & localem,
secus verò formalem, ut supra firmavimus
sub §. *Expositæ*.

Eoque minùs turbat secundum motivum,
quòd præfatum *cap. cum Episcopus* procedat
quoties agitur de exercenda Jurisdictione
contentiosa, & quoties in formali Judicio
Episcopi procedere valeant, undè inapplica-
bile remaneat quoad actus Visitationis, in
qua Episcopi nequeunt exercere Jurisdictio-
nem contentiosam; Tum quia licèt Visitatio
perficiatur sine strepitu Judiciali, paternis ad-
17 monitionibus, & extrajudiciali correctione,
ut inquit *Sacrum Concil. Trident. in cap.1. se-*
sion.13. & latè exornat *Fagnan. in cap. dilectus*
il primo, de rescript. quando aliàs non agere-
tur de criminibus notoriis, de quibus Episco-
pus in actu visitationis cognoscere potest, &
pœnas ordinarias imponere, ut rescripsit *In-* 18
nocentius IV. cap. Romana §. Sanè, de rescript.
in 6. & ibi omnes antiqui Repetentes, colle-
cti ibidem *à Passerino num.3.*, speciale tamen
est in Visitationibus Administrationum Piorum
Operum, ut Administratores compellantur
ad reddenda computa, repertisque Reliquato-
ribus, condemnari debeant per sententiam,
seu decretum, ad solvendum reliquatum, &
judicialiter cogi ad illius executionem, aliàs
inutilis maneret, nihilque operaretur Visita- 19
tio, cum non censeantur redditæ rationes, ni-
si fiat restitutio reliquorum, & solvantur de-
bita, ut ita in specie fuisse resolutum à *Sac.*
Congregatione Concilii testantur *Farinac. Mar-*
sil. & alii, quos refert *Sarav. de Adjunctis*
quæst.24. n.20., & plenè comprobat *Gratian.*
dec. March.188. num.10. cum seqq.

Tum quia, ubi etiam ex supposito devenire
nequiret Episcopus ad sententias diffinitivas
in Visitatione redditionum rationis, adhuc ta-
men applicabilis manet censura *Text. in cap.*
cum Episcopus, quia si illi permissum est actus
Judicialis contentionis ubi ei libet, etiam in
propria Camera, exercere, ut supra latè pro-
batum est, multò magis in proprio Palatio
suscipere potest redditiones rationis, extraju-
dicialiter dandas, ex adductis *in præterita De-*
cisione §.15.

Ob eandemque rationem mirificè etiam
facit ad comprobationem hujus assumpti dis-
positio *Sac. Concil. Trident. in sess.25. cap.6.*
de reformat., statuens, Episcopos in Causis Ca-
pitularium procedere debere cum assensu duo-
rum Canonicorum in ipsius Episcopi Domo,
aut consueto Tribunali: Nam si permittitur 20
Episcopo graves Canonicorum Causas cogno-
scere, & absolvere in propria Domo, eo for-
tiùs videtur de mente ejusdem *Sacro-Sanctæ*
Synodi id indulgendum esse in Causis red-
ditionis rationum, tam levioris momenti, &
relevantiæ, ut observatum fuit in alia *Deci-*
sione d. §.15.

Nec quod hactenus ædificatum est cum tot
Juris communis fundamentis, destruitur à Con-
stitutionibus Synodalibus Ecclesiæ Hispalensis
editis anno 1585. *à cla. me. Card. de Castro*,
vel à Consuetudine particulari ejusdem Ec-
clesiæ; Siquidem, quo spectat ad Consuetu-
dinem, & observantiam, hæc assistit Domi-
no Archiepiscopo, nam Cardinalis de Castro,
& Archiepiscopus Spinula, demandarunt Li-
brorum transportationem ad Palatium: Non
obstantibus, quoad Cardinalem de Castro, dis-
sidiis ortis inter ipsum, & Capitulum, longa
historia relatis; quoniam non justificantur in
facto, & respiciunt diversam Causam, & Li-
tem: Inverisimilitudines verò allatæ circa
observantiam Archiepiscopi Spinulæ removen-
tur ex depositione Testium, de illa claris ver-
bis deponentium, ut *in Summario præterito*
Archiepiscopi num.13. Omnes autem aliæ Visi-
tationes expletæ in Ecclesia Cathedrali, gestæ
fuerunt à Visitatoribus inferioribus, & non
ab Archiepiscopis, undè nihil concludunt,
ut latè differit *Decisio*, quæ revidetur §.20.

Cui observantiæ non solùm consonat con-
suetudo omnium Ecclesiarum adjacentium His-
pa-

palensi, sed etiam particularium Ecclesiarum inferiorum, existentium in Civitate Hispalensi: Immò, quod magis est, in hodierna Propositione doctum fuit, quòd ipsum Capitulum occasione Visitationis Administrationum Fabricæ Ecclesiarum ab illo dependentium, tam intra, quàm extra Civitatem Hispalen. existentium, deferri sibi fecerit Libros ad Aulam Capitularem, ut *ex hodierno Summario Archiepiscopi num.*1. Undè quod ipsi Canonici servant erga Administratores non subditos, grave videri non debeat, ut erga ipsos ab eorum Superioribus observetur, nè in quem alterum judicant seipsos condemnent, quod
21 acriter reprehendit *D. Augustinus in Canon. nihil.*32. *quæst.*6. *in Canone Una, distinctione* 26. *cap. cum omnes, de constit. l. Arenam Cod. de inoff. test. ubi glos. in V. conditionis*.

Quod verò attinet ad Constitutiones Synodales, placuerunt DD. geminæ responsiones *Decisionis* præteritæ, quòd scilicèt illæ solummodo loquantur de Visitatoribus subalternis, ab Archiepiscopo deputandis pro Visitatione Ecclesiarum inferiorum, adeoque nequeunt allegari contra Archiepiscopum suam Cathedralem visitaturum, ob magnam disparitatem, quæ in hac materia intercedit inter Archiepiscopum, & inferiores. Et licèt in quadam, instructione ejusdem Cardinalis de Castro, inserta in fine Libri Constitutionum Synodalium, ipse promiserit illam observare quoties per seipsum Visitationem expleret; Nihilominùs cum idem Cardinalis duobus annis post publicationem dictæ Instructionis demandaverit transportationem Librorum ad Palatium, eliciebatur argumentum admodum potens, quòd promissio observandi dictum Instrumentum referri debeat ad alia capita in eodem contenta, & non ad hoc, de quo agitur, visitandi Libros in Ecclesia, cui oneri Instructio literaliter solùm subiicit inferiores Visitatores; inverisimile quippe visum fuit, Cardinalem prædictum oblitum ejus, quod promiserat, voluisse legem, quam spontè sibi imposuerat, in prima occasione illam observandi destruere. Proptereaque talis contra-
22 ria observantia manifestè demonstrat, quòd promissio non se extendebat ad illam servitutem, injunctam Visitatoribus inferioribus. *l. non ambigitur ff. de leg. Rot. dec.*14. *num.*18. *coram Ubald. & dec.*48. *num.*23. *part.*13. *rec.*

Placuit etiam secunda responsio, quòd etiam in Visitationibus subalternis præceptum visitandi redditiones rationis in Ecclesiis fuerit limitatum in casu incommodi, ibi -- *Li detti conti si piglino dentro delle dette Chiese, eccetto se per grande incommodità non si potessero fare* -- Ab incommodo autem, à quo Constitutiones Synodales eximi jubent inferiores Visitatores, nemo inficias ibit potiori jure eximendum esse Archiepiscopum: Ineptaque apparuit insinuatio, quòd incommodum, de quo loquitur Synodus, interpretandum veniat de illo magno incommodo, ob quod Jus Canonicum dispensat Episcopos visitantes ad se
23 transferendum in locum Visitationis, exemplificato à *Gloss. in cap. Romana, de cens. V. difficultatis in impedimentis nivis glaciei, discriminis viarum &c.* Nam hujusmodi incommoda verificabilia non sunt in Visitatione materiali, vel formali locorum, & rerum existentium in eadem Civitate, in qua Archiepiscopus Sedem Episcopalem fixam retinet, sicque intelligi debent verba Constitutionum Synodalium de incommodis in subjecta materia cadentibus, nempe de multiplicitate Librorum rationis, ac Fundationum revidendorum, de computorum dispunctione ad longum tempus protracta, ac demum de illis omnibus difficultatibus, quæ in similibus contingere solent, quæque requirunt indaginem maturiorem, & attentiorem ea, quæ adhiberi potest paucis horis diei: Quo posito, quis non videt hujusmodi incommoda reddi majora Archiepiscopo volenti per seipsum visitare? Quis negabit gravissimum, & indecens esse Dignitati Archiepiscopali consumere meliorem dierum partem in evolvendis Libris tot Administrationum, in recognoscendis Fundationibus Piorum Operum, tot investimentis bonorum, multiplicibus Administrantium omissionibus, vel culpis? Nemo certè, præcipue si ad mentem revocabit, quot aliis gravioribus negociis implicatus reperitur Archiepiscopus de tempore Visitationis Civitatis adeò Insignis, ut latè observat *Decisio*, quæ revidetur §.

Nec placuit temperamentum, ut Archiepiscopus mittat ad Archivium Ministros pro revisione Librorum, & audita ipsorum relatione, quotiès aliqua emergeret difficultas, mandet transportationem Librorum: Primo quia est in arbitrio Archiepiscopi uti, vel non uti 24
Ministris, ideoque ei tolli non debet libertas petendi exhibitionem Librorum in suo Palatio, quatenùs vellet illos de per se recognoscere: Secundo quia stat benè simul, ut ipse utatur opera Ministrorum, & tamen adhuc personaliter assistat, ut se magis reddat informatum de omnibus negociis: Tertio ex quo Archiepiscopus non tenetur sequi fidem Peritorum, & ideò legitimè petit Librorum exhibitionem, ut recognoscat an Periti benè, vel malè retulerint, ut dictum fuit in altera *Decisione*, quæ pariter hodiè confirmata fuit super altero dubio §. *Hinc etiam*.

Timor deperditionis Librorum, seu Scripturarum, panicus, & inverisimilis apparuit, dum omnes Scripturæ sunt redactæ in Libros benè compactos, nec transferendi sunt de una Civitate ad alteram, sed ab Aula Capitulari ad Palatium, inter quæ intercedit spatium valdè modicum. Inconvenienti autem semper exaggerato, quod ita repositum maneat in potestate Archiepiscopi denudare Capitulum omnibus Libris cum incommodo Administratorum illis indigentium pro adnotationibus eorum, quæ dietim eveniunt, satisfacit modus datus Resolutioni à *Sac. Congregatione Concilii*, & à Sacro Tribunali interpretativè paritèr præscriptus, ut scilicet Archiepiscopo licitum non sit petere exhibitionem indefinitam Librorum, sed eorum tantùm, qui respiciunt administrationem, quam visitandam suscipit, adeout petere nequeat transportationem aliorum, nisi inceptam absolvat, Librosque ad eam spectantem restituat. Hac ratione cessat inconveniens: Et in hac parte Dominis semper famulantibus menti *Sac. Congrega-* 25

ga-

gationis placeret, ut D. Archiepiscopus juxta suum zelum moderatè utatur facultate transportandi Libros, solùmque petat necessarios, eosque recognitos statim restituat, ut optimæ administrationis ratio nullum patiatur detrimentum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Illerden. Statuti super manutentione.

Lunæ 16. Martii 1705.

ARGUMENTUM.

Debetur Capitulo manutentio contra Beneficiatos in possessione vel quasi recipiendi servitutes ab ipsis Beneficiatis; nec possunt sese eximere ab illarum præstatione eo quòd agatur de actibus facultativis, quin, stante continuatione per longum tempus, præsumitur, tales servitutes coactè, & ex necessitate exhibitas fuisse, maximè quando illæ tendunt in augumentum Divini Cultus.

SUMMARIUM.

1 *Capitulo debetur manutentio in quasi possessione recipiendi servitia à Beneficiatis, probata legitimè eadem quasi possessionem.*

2 *Eadem quasi possessio probatur ex prohibitione pœnali, facta per eosdem Beneficiatos non præstandi hujusmodi servitia.*

3 *Per Testes deponentes de consuetudine per longissimum tempus, excluditur actus facultativus, & ille præsumitur gestus ex necessitate.*

4 *Maximè si non agatur de actibus indifferentibus, sed de iis, quæ concernunt Divinum Cultum, & Ecclesiæ servitium.*

5 *Quod ampliatur etiam in servitutibus præstari solitis à Beneficiatis Canonicis, etiam privatè celebrantibus.*

6 *Sola possibilitas præcedentis tituli operatur, ut actus gesti non dicantur facultativi, sed necessarii.*

7 *Unicus actus reclamationis non destruit quasi possessionem.*

8 *Pro evitanda Testium contrarietate omnis debet capi interpretatio.*

DECISIO XIX.

UNA simul cum Dubio super validitate Statuti, proposui in hodierna Audientia aliud super manutentione prætensa à Capitulo in quasi possessione recipiendi à Beneficiatis, Capellanis, & Portionariis diversas servitutes, & signanter, quòd isti teneantur Cappis Pluvialibus induere Canonicos, dum in Choro Divina ministrant, & Baculos, vulgò Bordoni, per eos gestari solitos, ipsis Canonicis tradere, & respectivè substinere, dum iidem Canonici ad Pacem recipiendam adeunt, necnon demum stantes ante Faldistorium, sive Legile, revolvere folia Librorum Choralium. Cumque DD. Instantia Capituli visa fuerit in parte rationi conformis, censuerunt eidem dandam esse manutentionem juxta modum, hoc est, quòd priùs Officiales ad hoc destinati inserviant, & deindè Beneficiati gradatim.

Exuberanter enim ex Testibus vigore Remissoriæ Rotalis examinatis, constitit, Capitulum reperiri in quasi possessione recipiendi in prædictis actibus assistentiam, & respectivè servitium à Beneficiatis, Portionariis, & Capellanis, cujus quasi possessionis vigore concludenter, & formiter probatæ, Capitulo 1
manutentio debet concedi ad *Text. in* §. *Retinendæ. instit. de interdict. Posth. de Manut. observ.38. num.17. Rota in Illerden. Juris votandi super manutentione 27. Junii proximè præteriti* §. *Possessio, & seq. in Illerden. Juris præsidendi in extractione Priorum 27. Junii* 1704. §. *Ratio, & in Ilerden. Receptionis in Confratres, & Consiliarios, eisdem die, & anno* §. *Distinctè in omnibus, coram R. P. D. meo Scotto.*

Maximè quia Beneficiati, aliique Colligitantes, promulgarunt pœnale Edictum, per quod præcipiebatur -- *Che quelli, che oggi servono, lassino di fare simili servitù. Item che nel Coro nessun residente confratello vesta i Piviali, nè tenga il Bordone alli Signori Canonici al tempo di pigliar la Pace -- Summario Capituli lit. B. num.* 1. Promulgatio enim Edicti, ut Beneficiati Inservientes à servitutibus desisterent, includit confessionem ipsorum Beneficiatorum, quòd servitutes de præciso tempore motæ litis fuerunt per ipsos 2
præstitæ. *Rot. in Imolen. Vocis activæ, & passivæ 26. Junii 1693.* §. *Moti, coram Reverendiss. D. meo Decano: in Tarraconen. Eleemosynarum 2. Julii 1703.* §. *Eorum, in fine, coram R. P. D. meo Scotto,* & in individuo *in Urgellen. Servitutum 22. Junii 1696.* §. *fin. cor. R.P.D. meo Lancetta.*

Non obstat duplex objectum: Alterum, quòd Testes non deponant de coactiva, hoc est Beneficiatos coactos fuisse dictas servitutes explere, ipsosque acquievisse, easque per tempus considerabile fecisse: Et alterum, quòd deponant solum super Articulis favore Capituli, contrarium tamen dicant super Interrogatoriis, & regulare sit, quòd attendatur tantùm quid Testes dixerint in Interrogatoriis, non autem super Articulis.

Etenim respectu primi, cum Testes deponant per longissimum tempus, & ab immemorabili, Beneficiatos, Capellanos, & Por- 3
tionarios has servitutes explevisse, hæc tam reiterata actuum multiplicatio inducit validissimam præsumptionem, quòd omnia à Beneficiatis coactè, & ex necessitate gesta fuerint. *Posth. de Manut. observ.53. num.20. Tondut. resol. civil.169. num.8. & 9. Rocc. disput.167. num.47. & 48. Rot. coram Seraphin. dec.212. num.2. Merlin. dec.583. num.8. in rec. dec.85. pariter num.8. part.5. & in Gerunden. Anniversariorum super pactis 15. Junii 1696.* §. *Quia facultativa, coram R. P. D. meo dela Tremoille,* & in præcisis terminis *Rot. in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697.* §. *Minusque in fine, coram bon. me. Ursino.*

Po-

Potissimè quia non agitur de actibus indifferentibus, sed tendentibus in augumentum Cultus Divini, & in necessarium implementum servitii Ecclesiæ, in quibus terminis omnis capienda est interpretatio exclusiva facultati-
4 vitatis. *Felin. in cap. ad Apostolicam, num. 3. de simon. Abb. in cap. suam, num. 9. eod. tit. Lagun. de Fructib. part. 1. cap. 33. §. Unic. num. 19. & seqq. Guttier. Canon. Quæst. lib. 2. cap. 21. num. 151. Rot. in rec. dec. 365. num. 6. part. 2. dec. 54. num. 8. & 9. part. 4. tom. 2. & dec. 702. num. 3. & seqq. part. 4. tom. 3.*, & latissimè *dec. 522. n. 17. & dec. 542. ferè per tot. cor. Bich.*, & in fortioribus de actibus, & ser-
5 vitutibus præstitis per Beneficiatos Canonicis privatè celebrantibus *Rota in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Et quidem, cor. bon. mem. Ursino, & 22. Junii 1699. §. Nec suffragari, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Et fortiùs quia in Constitutionibus Chori jubetur, quòd nemo ex seipso Cappam vestiat, sed ab alio vestiatur: Cumque isti, qui habent onus vestiendi, non possint esse, nisi Ministri Chori, Beneficiati, Portionarii, aliique de Ecclesia, servitutes ab ipsis præstitæ, factæ censentur in sequelam præcedentis tituli, & obligationis; sola enim possibilitas præcedentis tituli operatur, ut actus ge-
6 sti non dicantur facultativi, sed necessarii. *Alex. cons. 88. num. 6. lib. 2. Surd. cons. 94. numer. 34. & 36. Cyriac. contr. 251. num. 24. & 32. Adden. ad Pamphil. dec. 504. num. 12. Rota coram Bich. dec. 30. num. 15. & 16. & in rec. decis. 102. num. 1. & seqq. part. 12. dec. 139. n. 22. & dec. 184. num. 14. & 15. part. 17.*

Nec relevat, quòd quando Beneficiati reclamarunt, mulctæ, ad hunc effectum indictæ, fuerint revocatæ: Unicus enim actus, qui affertur, cujusdam Beneficiati Augustini Sacasa, qui noluit accipere Cappam magnam pro Canonico Artus, nihil prodest, nam Beneficiatus, ut pœnam evitaret, necesse habuit petere veniam à Capitulo, & supplicare pro remissione pœnę, & quia illam non valuit integraliter obtinere, procuravit interpositionem ejusdem Episcopi cum Capitulo, qua mediante postmodum negocium compositum fuit; sicque si Sacasa non fuit absolutus simpliciter, ex quo non constaret de quasi possessione, & jure Capituli, sed per viam gratiæ, & condonationis à Capitulo reportatæ, nullum ex hac reclamatione, & actu à Beneficiatis gesto, acquiri potuit jus contra Capitulum, ut præcisè respondit *Rota in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Tertio quoque, cor. bo. mem. Ursino, & 13. Junii 1698. §. Ultra, & seq. coram Eodem, & 22. Junii 1699. §. Nec suffragari, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Respectu verò secundi objecti, non subsistit in facto, quòd Testes super Interrogatoriis deponant contrarium ejus, quod dixerunt in Articulis, sed solùm eorum dicta modificant, & declarant, asserendo, quòd ad explendas servitutes controversas sunt destinati Janitor, Subjanitor, Sacrista, Succentor, & Capellani nutuales respectivè, & in istorum defectum supplent Beneficiati, & Canonici, sicque juxta istud dictum intelligendæ sunt eorum depositiones super Articulis ad evitandam Testium contrarietatem, pro qua omnis possibilis capi debet interpretatio. *cap. cum tu, ibique Gloss. & DD. de testib. Rot. coram Cæsare de Grass. dec. 5. num. 23. de sponsal. Priol. dec. 334. num. 13. & in rec. dec. 569. numer. 13. & dec. 614. num. 4. part. 19.*

Ex qua obligatione Ministrorum ad id deputatorum, aliorumque, DD. injunxerunt huic resolutioni modum, ut scilicet manuteneatur Capitulum in quasi possessione exigendi has servitutes, priùs à Ministris ad id destinatis, & conductis à Capitulo respectivè, & quatenus ab istis fieri non possit, à Beneficiatis, & aliis gradatim.

Et in hunc modum utraque Parte audita responsum fuit &c.

R. P. D. KAUNITZ.

Legionen. Parochialis.

Luna 11. Januarii 1706.

ARGUMENTUM.

Stante consuetudine immemorabili non indicendi concursum in provisione Parochialis, substinetur Collatio eodem concursu non indicto, cum immemorabilis suffragetur etiam contra *Concilium Tridentinum*, ac Pianam Constitutionem super indictione concursus in provisionibus Parochialium.

SUMMARIUM.

1 *Refertur Status Causæ.*
2 *Quomodo probetur immemorabilis.*
3 *Testium depositio fomentum recipit ab examine aliorum, facto in simili Causa.*
4 *Non præsumitur, quòd Episcopi non curaverint observantiam Decretorum Concilii, maximè in iis, quæ concernunt etiam augumentum suorum jurium.*
5 *Terminus ad examinandum Testes in Partibus incipit currere solùm à die consignationis Remissorialium Judici Delegato, non à die, quo fuerunt consignatæ Portitori.*
6 *Valet examen Testium etiam extra terminum, dummodo illi intra eundem juraverint.*
7 *Per Rotam sanatur defectus examinis Testium etiam extra terminum, quando Pars dedit interrogatoria, licèt protestata fuerit de non consentiendo in Jurisdictionem.*
8 *Non est facienda nova compulsatio Jurium, non constito incontinenti de nullitate prioris compulsationis.*
9 *Immemorabilis suffragatur etiam contra* Concilium Tridentinum *per Bullam Pianam super Indictione concursus in Parochialibus.*
10 *Decretum irritans, & clausula* sublata, *non tollunt vim immemorabilis, nisi de ea sit facta specialis mentio.*
11 *Immemorabilis, facit præsumere contrariam legem Fundationis, ac etiam privilegium Apo-*

Apostolicum, sive alium meliorem titulum.

12 *In Parochialibus Jurispatronatus laicalis unitis, aut Regularium, non requiritur Concursus.*

13 *De Jure communi Beneficia per solum examen, aut per concursum, sunt conferenda.*

14 *Consuetudo non indicendi concursum, non potest reputari nutritiva peccati, seu dolosa, aut contra bonos mores.*

15 *Gratia* si neutri *est conditionalis, & effectum sortitur in casu, quo neutri Collitigantium jus competat, ubi declaratur.*

DECISIO XX.

SEcuta vacatione Parochialis Ecclesiæ *de Taranillo*, sita intra limites Archidiaconatus de Zea, Archidiaconus in vim juris, quo gaudet, præsentandi ad Beneficia sui Archidiaconatus, Matthiam Garziam de Torres ad illam præsentavit, qui prævio examine, lataque sententia contra Procuratorem Fiscalem Tribunalis Ecclesiastici, ab Ordinario Legionen. fuit institutus, & in possessionem ejusdem Parochialis immissus. Adversus quem insurgente Jacobo Fernandez Prieto sub prætextu, quòd provisio Parochialis devoluta esset ad Sanctam Sedem Apostolicam, ex quo non fuisset servatus concursus, in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiasticorum exquisitus *à Sac. Concilio Tridentino sess.24. de reformat. cap.18. & per Bullam san. mem. Pii V.* in ordine *la* 33., idem Jacobus ex hoc capite Parochialem impetravit. Et licèt Matthias sub clypeo immemorabilis consuetudinis non servandi concursum in Parochiali, de qua agitur, niteretur excludere Jacobum, nihilominùs, quia informia dumtaxat documenta ad hunc effectum adducebantur, per tres vices *cor. bon. mem. Pio* nostrum Tribunal coactum fuit respondere pro executione Literarum Apostolicarum Jacobi.

Donec Defensores Matthiæ opportuniùs insistentes Causæ defensioni, mihi committi à Signatura Justitiæ curarunt Causam Appellationis à sententia lata per memoratum *bon. mem. Pium*, & incontinenti, in eadem nimirum Audientia, in qua *coram Me* responsum fuit, procedendum esse ad legitimam executionem Literarum Apostolicarum Jacobi, institerunt pro Literis Remissorialibus, & Compulsorialibus, ad finem legitimè justificandi prædictam immemorabilem non practicandi concursum, & super petitis favorabilem resolutionem obtinuerunt, ut ex *Decisione* super Remissoria, edita 7. *Decembris* 1703., compilatoque utroque Pro-
1 cessu, tam Compulsoriali, quam Remissoriali, eoque ad Urbem transmisso, cum perspectum fuisset non extitisse transmissa simul cum Literis Remissorialibus Judici Delegato etiam Interrogatoria data ex parte Jacobi, ex quo eædem Literæ jam Portitori consignatæ fuerant, cum Interrogatoria fuerint in actis allata, hinc *Rota sub die 6. Junii* 1704. rescripsit -- *Dilata, & iterùm examinentur Testes cum Interrogatoriis Partis*, cujusmodi Decreto plenariè adimpleto, & hinc indè Partibus Jura sua validè deducentibus, responsum fuit -- *Recedendum à decisis*.

Ex Testibus quippe formiter examinatis constitit, Parochialem, de qua agitur, ab Immemorabili fuisse collatam ad simplicem nominationem Archidiaconi, prævio dumtaxat examine super qualitate, doctrina, & sufficientia solius Præsentati. Deponunt enim, quòd ipsi ultra spatium 40. annorum viderint fieri Provisiones absque concursu, & audivisse à suis majoribus, ita fuisse practicatum retroactis temporibus, quin nec ipsi, nec sui majores quidquam audiverint in contrarium, nec aliter etiam rem esse potuisse, quin hoc sciverint, reddentes causam, ex quo sunt Advocati, & Notarii Curiæ Ecclesiasticæ Legionen. Undè juncta eorum provecta ætate, bona qualitate, de qua etiam deponit Judex Remissorialis, plenè probant controversam immemorabilem ad præscripta per *gloss. in* 2
cap.2. V. memoria, de præscript. in 6. Marescott. Var. Resolut. lib.3. cap.100. num.19. & seqq. Saminiat. contr.22. num.27. Rot. decis.690. num.2. coram Cerro, & dec.116. num.55. coram Zarat. & dec.472. num.19. part.19. rec. Eoque magis cum id etiam resultet ex alio consimili, ac formali examine quinque Testium, peracto usque de anno 1685., ac legitimè compulsato ex authenticis Libris, nuncupatis de Bezerro per Notarios, & Officiales Legionen. custoditis, qui cum ultra deponant de specialibus actibus, in quibus, opponentibus Promotoribus Fiscalibus, præfata Immemorabilis fuit in contradictorio Judicio canonizata, inficiari non potest, quin novi Testes, juncto dicto antiquo examine aliorum, quàm maximè conducant ad intentum Præsentati ab Archidiacono, ut de Testibus fomentum recipientibus ab aliorum examine, facto in simili Causa, sequitur *Rota dec.360. n.9. part.5. rec.* 3
& in Romana Immissionis 28. *Januarii proximè præteriti* §. *Indubitantiùs, coram R. P. D. meo Omanna*, & de lite mota cum subsecuta succumbentia Promotorum Fiscalium molestantium, firmat *Paris. de Confid. quæst.28. n. 259. Garz. de Benefic. part.5. cap.9. num.106. & seqq. & in Melevitana Jurispatron.* 31. *Martii* 1702. §. *Etenim, coram R. P. D. meo Scotto.*

Istæque Testium qualificatæ depositiones validissimè apparuerunt corroboratæ ex plurimis Scripturis compulsatis, ex quibus constitit, collata fuisse Beneficia ad solam præsentationem Archidiaconi, nulla facta mentione concursus, absque eo quòd ne quidem ulla afferri potuerit Provisio, in qua ille fuerit servatus; ex hoc enim datur intelligi, verè prædictum concursum nunquam servatum fuisse, cum alioquin Episcopi satis vigiles in curanda observantia Decretorum *Concilii Tridentini*, tendentium in augumentum propriorum Jurium, non omisissent per adeò longum tempus, ac in tot secutis vacationibus, illum indicere, ac ad actum perducere. *R. P. D.* 4
meus Ansald. in addit. ad dec.78. num.71. Rot. cor. eodem in Neritonen. Jurispatronatus super bono Jure 26. *Februarii* 1703. §. *Nec ad eruendum, coram R. P. D. meo Priolo, & in Cremonen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. §. *Nec provisioni, coram Me.*

Nec debilitari valuit enunciatum examen Testium, ex quo fuerit peractum extra termi-

minum duorum mensium à die consignationis
factæ Portitori, ac ex eo, quòd dum Testes
se referunt ad Collationes, nec minùs fidem
promereantur, legitimè non compulsatis, ac
allatis enunciatis Collationibus: quicquid
enim Causæ Notarius extra sphæram proprii
officii asserere conatus fuerit, placuit DD.
terminum duorum mensium incipere debuisse
à die præsentationis Literarum Remissorialium
faciendæ Judici delegato, nam tempus duo-
rum mensium alioquin esset nimis breve,
detracta enim medietate, quæ pænè absumi-
tur in itinere, non superest tempus sufficiens
tam ad examinandum, quàm ad danda Inter-
rogatoria Testibus, qui nec ad libitum quan-
doque conduci possunt, quinimò cum ad re-
probandum detur terminus unius mensis, esset
longior primo, quod non est admittendum,
quare insequendo potiùs praxim Curiæ, tem-
5 pus incipere solùm debet à die consignatio-
nis faciendæ in partibus. *Ridolphin. in Prax.
part.1. cap.12. num.10.* Fortiùs cum Testes bis
suppositi fuerint examini, ac in hoc secun-
do fuerint data Interrogatoria, proindeque
non est adeò facienda reflexio lapsus termi-
mini à die consignationis Portitori, dum prin-
cipalis essentia examinis consistit in Interro-
gatoriis Partis, non autem, an terminus as-
signatus ex causa lapsus fuerit, cum videa-
mus etiam sufficere Testes intra illum jurasse,
etiam in casu, quo est certa temporis com-
putatio, quamvis post terminum fuerint exa-
minati. *Rot. decis.1228. num.7. coram Coccin.*
6 Datio enim Interrogatoriorum semper repu-
tata fuit talis efficaciæ, ut nostrum Tribunal
plerumque ex ejus motivo sumpserit arbitrium
pro sananda nullitate examinis Testium, quam-
vis Pars, quæ dedit Interrogatoria, fuerit pro-
testata de non consentiendo in Jurisdictionem,
7 & examen. *Adden. ad Burat. decis.518.n.19.
Mans. consult.275.n.15.*

Collationes autem, Sententiæ, cæteraque
documenta, ad quæ se referunt Testes, jam fue-
runt compulsata in prima Expeditione, con-
tra quæ cum nihil fuisset oppositum, sicuti
gestum fuit contra Testes, quos ob id opus
fuit repetere cum Interrogatoriis Partis, quæ
in primo examine fuerant omissa, superfluum
fuit ad iteratum actum devenire, cum nisi do-
ceatur clarè, & incontinenti de nullitate
8 prioris compulsationis, nunquam debeat ad
novam deveniri. *Rot. dec.1358. num.4. coram
Emerix.*

Quibus præmissis, facile negocium fuit asse-
qui, quàm incongrua, ac insubsistens fuerit
prætensio irrelevantiæ prædictæ Immemora-
bilis consuetudinis, cum planum sit eandem
suffragari etiam contra citatam sanctionem
Conciliarem, ac Bullam Pianam super Indi-
9 ctione Concursus, quemadmodum firmat *Pi-
taja dec. Pontific. lib.3. dec.1. num.144. circa fi-
nem. Rota dec.52. ex num.2. ad 8. coram Ubag.
& in Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Mar-
tini 22. Junii 1705. §. Et nihilominus, & in Ea-
dem super manutentione §. Non resultante, co-
ram R. P. D. meo Caprara*, & quidem non
obstante Decreto irritanti, ac clausula *subla-
ta*, adjecta in confirmatione *Concilii, ac in Bul-
la Piana*, ex quibus prætendebatur, infectam
remansisse tam antecedentem, quàm subsecu-
tam possessionem; quia per Decretum quan-
tumvis destructivum contrariarum consuetu-
dinum, nunquam censetur sublata immemora- 10
bilis, nisi de ea fiat specifica mentio. *Gonza-
lez ad Regul.8. Cancellar. gloss.33. n.5. & seqq.
Gratian. discept.492. num.6. Barbos. ad Concil.
sess.24. cap.10. de Reformat. sub num.25. Pani-
moll. dec.1. adnot.10. ex num.23. & adnot.11. n.
38. Rot. dec.242. sub num.1. & dec.610. antè n.2.
part.2. recen.* Et in terminis enunciatæ Consti-
tutionis Pianæ *la 33. Rot. dec.197. num.5. part.
9. & dec.516. n.16. part.18. rec. & in Tarraconen.
Parochialis 2. Maji 1698. §. Quia in contra-
rium, coram R. P. D. dell' Olmo.* Immemora-
bilis namque præsumere facit contrariam le-
gem Fundationis, ac etiam Privilegium Apo-
stolicum, ac quemcunque alium meliorem ex-
cogitabilem titulum, ac proindè allegabilis
est adversus quamlibet Sanctionem contrariam,
quamvis suffultam clausula *sublata*, ac irri- 11
tanti Decreto. *Frass. de Reg. Pratronat. Indiar.
cap.31. num.31. Card. de Luca de Benefic. disc.
32. num.2. & 4. Rot. in Derthusen. Jurisdictionis
6. Februarii 1696. §. Ex dispositione, coram bon.
mem. Pio.*

Multoque magis crescit argumenti eviden-
tia, si perpendatur, quòd prædicta Consue-
tudo non potest censeri, nec contra bonos
mores, nec contra legem Divinam; Passim
enim videmus in tot casibus positivè non es-
se necessarium concursum, ut de Parochiali-
bus Jurispatronatus Laicalis firmat *Fagnan. in* 12
*cap. cum ad nostram, num.28. de elect. Romaguer.
ad Synodal. Gerunde. lib.3. tit.11. cap.8. num.2.
Murga de Benefic. quæst.3. num.55.*, & de Paro-
chialibus unitis, & de Mensa *Noal. cons.46.
n.2. & seqq. Romaguer. ad Synodal. Gerunden.
d. lib.3. tit.4. cap 8. num.9. Rot. dec.788. num.1.
& dec.1701. per tot. coram Emerix*, & de Be-
neficiis Regularium, quibus incumbit Cura
animarum *Fagnan. in d. cap. cum ad nostram,
sub num.22. de elect. Barbos. ad Concil. sess.24.
d. cap.18. num.8. & de Offic. & Potestat. Parocb.
part.1. cap.2. num.15. & seqq.* ubi plures alios
casus enumerat, in quibus non opus est con-
cursu, quos etiam innuit *Fagnan. in cap. cum
sit, sub numer.19. de ætat. & qualit. Garz.
de Benefic. part.9. cap.2. à num.175. ad 199.* Ra-
tio autem est satis conveniens, quia inspectis
antiquis Canonibus, Beneficia solùm capaci-
bus, & idoneis conferenda sunt per solum
examen, non autem per formalitatem con- 13
cursus, ut in *cap. ad hæc, vers. Ut qui Benefi-
ciis. de Offic. Archidiacon. cap. Ad decorem. de
Institut. cap. quoniam. versic. Si autem hoc. de
Jurepatr.*, & per consequens contraria Con-
suetudo non potest dici nutritiva peccati, seu
dolosa, aut contra bonos mores, dum præ-
dictis Canonibus inhæret. *Gloss. in cap. cum tan-* 14
*to, vers. Rationabilis, de consuetud. Rot. dec.
560. num.10. part.19. rec.*

Neque videtur Matthiam sibi præclusisse
viam deducendi prædictam Immemorabilem
per Gratiam *Si neutri*, ab eodem obtentam,
quoniam ultra quòd Gratia *Si neutri* est con-
ditionalis, & effectum sortitur in casu, quo
neutri Collitigantium Jus competere nosca-
tur, & Matthias nusquam ea usus fuit, juxta 15
de-

deducta per *Amaydeu. de Stylo Dataria lib.1. cap.23. num.20.*: Objectum urgeret, quatenus ipse vellet Jus suum allegare per viam actionis ad effectum obtinendi ejus canonizationem; Secus autem quando illud deducit per viam exceptionis, ad effectum excludendi Jus Adversarii, cum id sibi omnibus modis licere debeat, etiam per allegationem proprii Juris, nè alioquin Gratia resolvatur in Beneficii, seu litis renunciationem, contra regulam *Textus in l. quod favore, Cod. de legibus. Rot. dec.1133. num.3. & seqq. coram Emerix. Jun.*
Et ita utraque &c.

R. P. D. FALCONERIO.

Leodien. Dismembrationis.

Lunæ 1. Februarii 1712.

ARGUMENTUM.

Non est facienda Dismembratio, ob notabilem distantiam, flumen intermedium, aliaque similia impedimenta, immo nec etiam si probetur, multos sine Sacramentis decessisse, quando per appositionem Capellani suppleri potest.

SUMMARIUM.

1 *Nullitates ex defectu Jurisdictionis, & citationis, sunt insanabiles.*
2 *Vicarius Generalis nulliter procedit ad Dismembrationem, absque speciali mandato Ordinarii, à quo fuit deputatus, & affertur ratio*, & num.3.
4 *Legitima ætas Episcopi est triginta annorum.*
5 *Dictio* -- donec -- *restringit dispositionem cum perseverantia usque ad tempus, cui est adjecta.*
6 *Dictio* -- postquam -- *includit tempus.*
7 *Ordinaria auctoritas est diversa ab illa ad tempus delegata.*
8 *In Dismembratione Ecclesiæ Patronalis omnino necessaria est citatio Patroni.*
9 *Sicuti indispensabiliter requiritur citatio quoque Rectoris, seu Pastoris.*
10 *Licèt aliàs erectio nova Parochiæ fieri valeat eodem Rectore, seu Pastore invitis.*
11 *Citatio tolli nequit à Statuto, vel contraria consuetudine.*
12 *Potest variari modus, sed non auferri defensio.*
13 *Nec etiam Supremus Princeps potest tollere citationem.*
14 *Non est novum, quòd in Dismembrationibus requiratur Processus cum citatione omnium interesse habentium.*
15 *Tunc adest justa causa erigendi novam Parochiam, quando distantia loci, flumina intermedia, & alia similia impedimenta, difficultatem pariunt accedendi ad Ecclesiam Matricem pro susceptione Sacramentorum.*
16 *Corruit justa causa, & necessitas erigendi novam Parochiam, non probato, quòd propter difficultatem accedendi ad Ecclesiam Matricem, aliquis ex Parochianis obierit sine Sacramentis.*
17 *Dismembratio est remedium extraordinarium, & exorbitans, ad quod deveniri non solet, quotiescunque adest aliud remedium minus odiosum, & exorbitans.*
18 *Si Rector, seu Pastor offerat deputare suis sumptibus Presbyterum, sive Capellanum, qui in aliqua Capella, seu Oratorio, Populis, à Parochiali distantibus, Sacramenta ministret, Missam diebus festivis celebret, aliaque expleat pro illorum necessitatibus; hoc casu locus non est Dismembrationi.*
19 *Reprobatur* Monacell. in Formular. part. 2. tit.2. Formul.3. num.6.
20 *Quomodo procedatur in attentatis, quæ non ex culpa positiva, sed ex ignorantia, & erronea credulitate committuntur*, & num.21.

DECISIO XXI.

RECtor Matricis, & Parochialis Ecclesiæ Oppidi Beringen, de Jurepatronatus Marchionis de Trichateau, à primæva illius erectione semper Sacramenta ministravit, tam Oppidanis, quàm Suburbanis commorantibus in quatuor Vicis, nuncupatis -- *Pael, Brealer, Merbergh, & Tervaent*: Hicque juxta Regionis stylum nuncupatur Pastor, & in suæ Curæ adjutorium retinet duos Presbyteros, qui diu, noctuque una cum ipso Pastore dictæ Curæ incumbunt. Pari semper pietate conjunctus fuit uterque Populus Oppidanus, & Suburbanus in parandis expensis pro indigentiis dictæ Ecclesiæ; Immo mediante solemni Concordia, stipulata de anno 1530., Suburbani promiserunt contribuere duas ex tribus partibus dictarum expensarum, Oppidani verò solummodo unam, sicuti promissa adimpleverunt de anno 1654., in quo eandem Ecclesiam in pulchriorem formam reædificarunt, atque in ea admodum eminentem elevarunt Turrim.

Anno 1700. præmeditantes Suburbani se eximere à subjectione dictæ Ecclesiæ, sumpto præsidio à nimia illius distantia ab eorum Vicis, à viarum inundatione, ac à Januarum dicti Oppidi Beringen. clausura tempore nocturno, recursum habuerunt ad Vicarium Generalem Leodien., ad hoc, ut dismembratis dictis quatuor Vicis ab antiqua Matre, erigeret in Parochialem Capellam S. Joannis Baptistæ sitam in Vico *Pael*; sed comperto, quòd Vicus *Tervaent* magis distaret à Capella, quàm ab Ecclesia Matrice, quòd nonnullæ Domus in æquali reperirentur distantia, & duæ adessent viæ, quarum altera non erat inundationibus obnoxia, & demum, quòd Januæ dicti Oppidi semper, & omni tempore ad nutum Suburbanorum aperirentur, à cepta instantia recesserunt mediante declaratione, quòd semper debito tempore à proprio Pastore recepissent Sacramenta, & revocato eorum assensu pro petita Dismembratione, protestati fuerunt, nolle quidquam contribuere pro indigentiis dictæ Parochialis Ecclesiæ erigendæ.

Post

Post quinquennale silentium restaurarunt de anno 1705. eandem instantiam: Et quamvis Pastor, & Consules dicti Oppidi pro dirimenda quacunque controversia obtulissent deputare in præfata Capella Presbyterum, qui Sacramenta eis ministraret, & singulis diebus festivis concionaretur, ac Missam celebraret; attamen Vicarius Generalis, non citato Pastore, Patrono, & Consulibus, ac omni prorsus ordine judiciali prætermisso, sub die 26. Junii 1708. sententiam Dismembrationis, & Erectionis respectivè dictæ Capellæ in Parochialem protulit, de qua habita intra decendium notitia, & interposita ad S. Sedem Appellatione, post mihi delegatam Causam, concessis, & successivè in partibus præsentatis Literis Inhibitorialibus, & Compulsorialibus, non perhorruerunt in illarum spretum Fontem Baptismalem erigere, mortuos tumulare in dicta Capella, atque consimilia, & majora patrare attentata; Undè pro illorum purgatione disputato dubio sub die 27. Junii 1710., Domini rescripserunt -- *Videatur de bono Jure etiam ad effectum attentatorum* -- Quo circa ad trutinam revocato in hodierna Audientia congruo dubio, fuit à Dominis definitum -- *Constare de bono jure Adriani, dictæ Matricis Ecclesiæ Pastoris, etiam ad effectum attentatorum purgandorum per viam nullitatis, & ad mentem.*

Etenim de bono jure Adriani constare compertum fuit, attenta nullitate, & injustitia Dismembrationis, & respectivè Erectionis novæ Parochialis, expletæ à Vicario Generali Leodien. Et quidem nullitas visa fuit
1 insanabilis, utì proveniens, tam à defectu Jurisdictionis, quàm ab illo citationis, juxta sancita in Bullis Pii IV., & Clementis VIII., de quibus *Gratian. discept. foren. cap.762. numer.11. Ridolphin. in Prax. part.1. cap.13. numer.348. & seqq. Ricc. collect. 2865. Rota decis.36. num.1. & seqq. part.10. recent.*

Defectus primæ apertè promanat ex eo, quod Dismembratio, & Erectio novæ Parochiæ facta fuit auctoritate Ordinaria à dicto
2 Vicario Generali, qui absque speciali facultate, & mandato Celsissimi Episcopi, nequivit Dismembrationes, & novas Parochiarum Erectiones explere. *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib.2. quæst.116. num.6.*, ea per ipsum allegata ratione, quòd Dismembratio est spe-
3 cies alienationis, quæ uti fieri nequit à Procuratore sine speciali mandato, ita nec pariter à Vicario, qui dicitur Procurator Episcopi. *Barbos. de Potest. Episc. allegat.54. numer.76. Ventrigl. in Prax. tom.2. annot.14. §.1. num.21. Pax Jord. Lucubrat. tom.2. lib.12. tit.1. num.160. Rota coram Puteo dec.53. num.1. lib.3. in correct. & coram Ubald. dec.865. num.3.*

Neque dicta nullitas salvari potest sub prætextu, quòd Vicarius processerit utì Administrator Celsissimi Episcopi; quia dicta qualitas tantummodo educitur à quibusdam enunciativis, emissis de anno 1700., & 1701, quæ nequeunt concludere, illam adfuisse de anno 1708., de quo tempore fuit ab ipso lata sententia Dismembrationis, veluti de mandato Dominorum meorum fuit à me in comperto positum oculari recognitione Literarum Apostolicarum, quibus Celsissimus Episcopus fuit de Ecclesia Leodien. provisus, dum illæ fuerunt expeditæ sub die 29. Septembris 1694. & in eis asseritur, tunc fuisse constitutum in ætate 23. annorum, ideoque in Spiritualibus fuit dictæ Ecclesiæ deputatus Administrator, quousque ipse ad ætatem legitimam perveniret, ibi -- *Teque ex nunc, donec ad ætatem legitimam perveneris, eidem Ecclesiæ Leodien. Administratorem in Spiritualibus quidem & ab eis dependentibus &c.* Et inferiùs ibi -- *Ac ex nunc prout ex tunc, postquam ad ætatem legitimam hujusmodi perveneris, de persona tua prædictæ Ecclesiæ Leodien. eadem auctoritate providemus* -- Cum igitur legitima ætas Episcopi 4
sit triginta annorum, utì præfinitur à *Text. in cap. cum in cunctis 7. de elect. & in can. quæcunque dist.77.*, inde fit, quòd si de tempore suæ Provisionis, nempè de anno 1694., erat constitutus in etate 23. annorum, dubio procul de anno 1702. reperiebatur in ætate legitima pro Episcopatu, quamvis Sacerdotium, & Episcopalem Ordinem non assumpsisset nisi de anno 1707., & consequenter de anno 1708., quo fuit lata dicta sententia, Ecclesia non erat sub Regimine Administratoris, sed proprii Antistis: illa enim est vis, & efficacia dictionis -- *donec* --, & alterius dictionis -- *Postquam* --, ut prima, quæ fuit relata ad Administratorem, donec Celsissimus 5
Provisus ad ætatem legitimam perveniret, restringat dispositionem cum perseverantia usque ad tempus, cui est adjecta: *Bart. in l.1. num.15. ff. de condit. & demonstr. Gratus cons. sive respons.81. num.26. lib.2.* Secunda verò, quæ est relata ad ipsum Provisum -- *Ex nunc prout ex tunc, postquam ad ætatem legitimam perveneris* -- excludit tempus ante æta- 6
tem legitimam, & includit tempus posterius. *Paris. cons.32. num.83. lib.1. & cons.31. n.31. lib.2. Menoch. consil.1103. num.4.*

Id etiam comprobatur ex confessione ipsius Vicarii, qui de anno 1700. se enunciavit Vicarium, & Coadministratorem: In sententia verò lata de anno 1708., prætermisso titulo Coadministratoris, solummodo pronunciavit utì Vicarius Generalis, quinimmo expressit procedere -- *auctoritate Ordinaria* --, quæ est diversa ab illa, à Sede Apostolica ad tempus 7
ipsi delegata. *cap. cum aliquibus §. Si verò, de rescript. in 6. Gloss. in cap. fin. sub V. casibus. de offic. Judic. Ordin.*

Et inutiliter facultas Vicarii educitur à Libello, ab ipsis Suburbanis porrecto Celsissimo Episcopo; quoniam ille duas continebat petitiones; Alteram super lite orta inter ipsos, & Magistratum super contributione Taxarum; Alteram verò super separatione dictorum quatuor Vicorum à Matrice; undè cum Episcopus remisisset Causam ad suum Consilium cum illa restrictiva -- *quanto al temporale dumtaxat* --, & circa Causam Spiritualem nil dixisset, cessat ex facto suppositum tributæ facultatis Vicario; Tantò magis, quia eadem facultas erat specialiter necessaria, juxta Auctoritates supra allegatas, & Episcopus in sua Epistola asseruit, Dismembrationem fuisse secutam ipso inscio, ibi -- *senza alcuna mia saputa.*

De-

Defectus verò secundæ est æquè patens, dum nec Patronus, neque Pastor dictæ Matricis Ecclesiæ citati fuerunt, & nihilominus ambo erant in Dismembratione audiendi: Nam quoad Patronum, ille per suum Procuratorem comparuerat, & dum agebatur de Dismembratione propriæ Ecclesiæ, suppositæ suo Patronatui laicali, ejus citatio erat omninò necessaria. *Covar. Practic. Quæst. cap.36. n.11. Barbos. in Conc. Trid. sess.7. de reformat. cap.6. num.22. Turricell. de Union. cap.9. num.40. & seq. Garz. de Benefic. part.12. cap.2. n.202. Pax Jordan. tom.2. lucubrat.10. tit.32. n.86.* Prout pariter indispensabiliter requirebatur citatio Rectoris, sive, ut ibi dicunt, Pastoris. *Fagnan. in cap. ad audientiam il primo, num.29. de Eccles. ædific.* ubi ait, quòd etsi Erectio novæ Parochiæ valeat fieri invito Re-
10 ctore Matricis, tamen nequit fieri eo irrequisito, & non citato, & refert resolutionem *Sac. Congregationis Concilii. Garz. de Benefic. part.12. cap.3. num.3. vers. requiritur. Genuen. in Prax. num.17. Corrad. in Prax. Benefic. lib.3. cap.2. num.8. Nicol. Lucubr. Jur. Canon. lib.3. cap.48. tit. de Eccles. ædific. numer.1. vers. non verò Monacell. in Formul. For. Eccles. tom.1. tit.2. formul.3. num.9.*

Nec dicta nullitas declinari potest sub prætextu consuetudinis vigentis in Curia Leodien. de non audiendis Partibus in Causis Dismembrationum, quia hujusmodi consuetudo excluditur à Processu hujus Causæ, à quo constat de anno 1700. 1701. & 1702. Patronum, & Rectorem fuisse in quolibet actu citatos, & ideò si fuerunt citati in compilatione Processus, nulla ratio assignari potest, quare non debuissent citari in prolatione sententiæ: Præsertim quia citatio, uti de Jure naturali,
11 nequit tolli à Statuto, vel contraria consuetudine. *Ubert. de Citat. cap.8. num.109. Pax Jordan. tom.3. Lucubrat. lib.14. tit.1. num.2. & seq.* ubi quòd potest variari modus, dummo-
12 do non auferatur defensio, sive absolutè non tollatur citatio: latè *Rot. dec.639. num. 20. & 21.* ubi quòd nec etiam supremus Princeps
13 citationem tollere potest, *part.18. recent. tom.2.*

Prout nec pariter citatio dici valet sublata ex dispositione *Sac. Concilii Tridentini sess.21. cap.4. de reform.* ut innuit *Corrad. in Prax. Benefic. lib.3. cap.2. n.9.* Siquidem prædictus *Author.* in antecedenti *n.8.* defendit, quòd pro justificandis causis fieri debeat Processus, ac omnia in eo registranda sint, nec est novum, quòd in Dismembrationibus requiratur
14 Processus cum citatione omnium interesse habentium. *Pignattell. consult.230. num.18. tom.4. Rota decis.224. num.15. part.10. recent.* & ultimo loco resolvit *Sac. Congregat. Concilii in Lunen. Sarzanen. 28. Februarii 1711.* quæ rescripsit -- *Dilata, & Episcopus conficiat Processum auditis interesse habentibus.*

Nullitatem dictæ sententiæ, tam ex defectu Jurisdictionis, quàm ex defectu citationis, concomitatur manifesta illius injustitia. Nam prætermisso examine, an pro hac Dismembratione concurrat justa Causa, & necessitas, sive magna difficultas accedendi ad Ecclesiam Matricem pro suscipiendis Sacramentis; Cum loci distantia, flumina intermedia, Portæ Civitatis clausæ, & similia impedimenta, tunc præbeant justam causam erigendi novam Pa- 15
rochiam, quando pariunt dictam difficultatem accedendi ad Ecclesiam Matricem pro susceptione Sacramentorum: optimè *Fagnan. in cap. ad audientiam, sub num.23. de Eccles. ædificand.*: Prætermisso inquam, an ista difficultas sit legitimè, & concludenter probata, sive potiùs submoveatur ab immemorabili accessu ad eandem Ecclesiam Matricem, absque ulla contradictione, sive aliqua legitima probatione, quod aliquis ex Parochianis obierit si- 16
ne Sacramentis propter difficultatem accedendi ad dictam Ecclesiam Matricem ex causa illius magnæ distantiæ, ac ex aquarum inundationibus, sive ex clausura Portarum, ut probant *Antonell. de Regim. Eccles. lib.3. cap.8. n. 26. Rota dec.484. num.5. part.1. & dec.288. sub num.1. part.2. rec.*, Domini præsupposita etiam subsistentia causarum, eas non sufficere crediderunt, quotiescunque potest aliunde provideri, cum Dismembratio sit remedium extraordinarium, & subsidiarium, ad quod nunquam à Judicibus deveniri solet, quotiescun- 17
que adsit aliud remedium minùs odiosum, & exorbitans, ut firmavit *Rot. d. dec.484. sub n.4. part.1. & dec.223. num.11. part.6. dec.224. n.18. part.10. & dec.578. num.6. & 7. part.19. recent. tom.2.*

Idcircò cum Pastor se obtulerit deputare Presbyterum, sive Capellanum Vicarium, amovibilem ad nutum, qui suo nomine, suisque sumptibus, & expensis in dicta Capella S. Joannis Baptistæ Sacramenta Suburbanis ministraret singulis diebus festivis, conciones faceret, ac Missam celebraret, & cum dicta 18
deputatione remaneat omnibus consultum, necessitatibus nempè Suburbanorum, ac indemnitati Ecclesiæ Matricis, ac ejus Pastoris, necnon etiam Patroni, consequens est, quòd dum potest alio modo provideri, nullatenùs deveniri debeat ad odiosum remedium Dismembrationis, ut in præcisis terminis resolvit *Rota in d. decis.578. per tot. part.19. tom.2. recen.*, & ex mente *Sac. Congregationis Concilii* communiter probant *Barbos. ad Concil. Trident. sess.21. cap.4. de reformat. num.10. & de Potestat. Episc. allegat.78. num.7. & in Summ. Apost. decis. in V. Dismembrare n.2. Bertacchin. Vot. decis.117. num.2.* ubi refert resolutionem dictæ *Sacræ Congregationis in Militen. 26. Januarii 1697.* inquiens etiam, non sufficere ad effectum Dismembrationis notabilem distantiam, nec intermedium flumen, nec multos sine Sacramentis decessisse, nisi probetur, quòd per appositionem Capellani suppleri non possit. *Carol. Anton. de Luca de Apost. Regioque Assensu quæst.81. n.2. Monacell. in Formular. part.1. tit.2. formul.3. num.4. Card. de Luca ad Conc. disc.16. num.3. & in Miscell. Eccles. discurs.1. num.116. vers. secus autem, & de Paroch. disc.34. num.6. Ricc. in Prax. part.1. resol.486. sub num.6. Trullench. in Decalog. lib.3. cap.3. dub.8. n.7. Castropal. tract.13. de Benefic. disput.6. punct.10. n.4. in fin. vers. Illud tamen. Rota cor. Coccin. dec.1428. num.4. & seqq. & in rec. dec.239. num.4. & dec.484. num. pariter 4. part.1. & decis.288. num.3. part.3. & decis.223.*

cis.223. num.11. part.6. & dec.578. num.7. & 8. part.19. tom.2.

Nec in tot Auctoritatum concursu meretur attendi illa *Monacelli in Form. d. part.1. tit.2. form.3. num.6.* asserentis, quòd ubi Communitas polliceatur novam Parochiam dotare, sit deveniendum ad Dismembrationem, non obstante oblatione Parochi constituendi Ca-
19 pellanum suis sumptibus: nam ultra quòd idem Auctor præcedenti *n.4.* sibi contradicit, & Resolutio *Sac. Congregationis Concilii* ab eo adducta loquitur in diversis circumstantiis, ejus opinio adversatur sententiæ *Sacræ Rotæ* communiter receptæ *in d. dec.578. num.7. & 8. part.19. tom.2. recent.*, cui sunt conformes Resolutiones dictæ *Sac. Congregationis Concilii*, quæ postmodum dictæ sententiæ semper adhæsit, sicuti elicitur à pluribus Resolutionibus, ad hunc effectum cumulatis à *Pascucc. ad Pignatell. de Paroch. tom.2. fol.203.*

At quia Pastor obtulit deputare in Capella Sancti Joannis Baptistæ unum ex suis Vicariis Capellanis actu inservientibus Ecclesiæ Matrici, cui opponebatur impotentia residendi, & ministrandi Sacramenta in dicta Capella, propter onus Chori in Matrice, ac propter stipendium, quod habet à Magistratu Beringensi; Idcirco Domini non curando inquirere, an hujusmodi supposita subsistant, pro dirimendis quibuscunque controversiis censuerunt, quòd deputari debeat alius Sacerdos idoneus, ad nutum dicti Pastoris amovibilis, qui hæc, & similia impedimenta non patiatur, & possit ibi residere, ac diù noctuque Sacramenta ministrare, prout in Rescripto *Ad mentem* continetur.

In sequelam boni juris hactenùs canonizati favore Adriani, sive Ecclesiæ Matricis, succedit purgatio attentatorum, quæ in tantum fuerunt à DD. una cum bono jure discussa, in quantum excludi prætendebatur à Suburbanis culpa positiva ex ignorantia, & erronea credulitate, quòd sententia Dismembrationis fuisset valida, quòdque illius executio fuisset potiùs continuatio possessionis circa
20 exercitium novæ Parochialis jam erectæ: Quinimmo illa nequivisset impediri per Appellationem, nè discrimen animarum eveniret, ut de attentatis commissis per erroneam credulitatem, à meritis Causæ dimetiendis, *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.115. num.3.* Ideoque DD. eos absolvendo à rigorosa purgatione attentatorum facti, demandarunt illa esse purganda per viam nullitatis, juxta plenè deducta per *Rot. in Nullius, seu Terræ Pontiani Successionis super attentatis 4. Maji 1697. coram R. P. D. meo Ansaldo, inter suas impressas in ordine la 87. num. 1. & seq. & in illius addit. num. 34. & 35.* cum Concordantibus.

Et ita fuit conclusum omnibus Informantibus.

R. P. D. KAUNITZ.

Leodien., seu Aquisgranen. Canonicatus.

Lunæ 2. Julii 1703.

ARGUMENTUM.

Adepta possessione Beneficii incompatibilis, statim vacat primum, non tamen incurritur privatio utriusque Beneficii, si Provisus non retinuerit utrumque ultra duos menses, etiamsi per Provisum steterit quominus possessionem secundi apprehenderit. *Extravagan. Execrabilis, de Præben. in 6.* an habet locum tantùm in Beneficiis Curatis, aut in Dignitatibus, Personatibus, & Officiis, & non in Canonicatibus.

SUMMARIUM.

1 *Refertur status Causæ.*
2 *Idoneitas, & Clericatus præsumitur justificatus expeditione Literarum in forma gratiosa.*
3 *Ex consuetudine Germaniæ valor Beneficii exprimitur per non excessum in 24. Ducat. de Camera.*
4 *Adepta possessione secundi Beneficii incompatibilis vacat primum.*
5 *Prædicta vacatio tunc habet locum, quando Provisus ultra duos menses utrumque Beneficium retinuerit.*
6 *Obtinens mandatum de immittendo in possessionem Beneficii, si nullum habuit impedimentum, habetur pro possessore.*
7 *Utriusque Beneficii vacatio, seu privatio, non censetur inducta, nisi per amborum retentionem.*
8 *Ille, qui impetravit Beneficium ob assecutionem alterius incompatibilis, non tenetur justificare, nisi solam qualitatem incompatibilitatis.*
9 *Papa censetur habere omnia jura reposita in scrinio pectoris.*
10 *Extravagan.* Execrabilis de Præben. in *6. non habet locum, nisi in Beneficiis Curatis, Dignitatibus, Personatibus, vel Officiis.*
11 *Verior est opinio contraria, ut procedat in Beneficiis qualitercunque incompatibilibus.*
12 *Expressa Pontifici vacatione ob incompatibilitatem, & retentionem, illa saltem de facto debet justificari ad sustinendam Gratiam.*
13 *In impetratione Beneficii ad sustinendam Gratiam necesse est justificare narrativam ad diferentiam Collationis factæ per Papam ratione reservationis mensium.* numer. seq.
15 *Ex clausula adjecta in Literis* vocato Possessore, *resultat, Gratiam fuisse simpliciter certo modo.*
16 *Clausulæ*, sive ut præfertur, seu alio quovis modo, *non suffragantur, ut Impetrator sit exemptus ab justificanda sua narrativa.*

17. *Gra-*

17 *Gratiæ expiscatoriæ, utpote odibiles, non substinentur ex generalibus clausulis appositis in* Literis Apostolicis.

18 *De Gratia nulla non est facienda mentio ad effectum validitatis alterius subsequenter obtentæ.*

DECISIO XXII.

VAcavit de mense Augusti 1692. per obitum Leonardi Nutten Canonicatus Insignis Collegiatæ Sancti Adalberti Aquisgrani, quem jure devoluto de mense Februarii 1699. Sedes Apostolica contulit Joanni Kreins, qui etiam ab Executore de partibus obtinuit prædictarum Literaram executionem. Verùm nulla subsecuta possessione, fuit provisus ad nominationem Patronorum de alio Canonicatu in Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis Juliacen., cujus de mense Julii anni 1700. cæpit possessionem.

1 Primus igitur Canonicatus tanquam incompatibilis cum secundo diversimodè fuit obtentus à Sede Apostolica: Vvilhelmus enim Zanders illum impetravit sub expressione, quòd Joannes Kreins Canonicatum, & Præbendam Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Juliacen., cum dictis Canonicatu, & Præbenda incompatibilibus, nulla sibi suffragante dispensatione Apostolica, non tamen ab anno detinebat indebitè occupatos, & ob incompatibilitatem hujusmodi vacarent.

In contrarium Quirinus Kreins, licèt ex post dictum primum Canonicatum, & Præbendam, ob pacificam assecutionem secundi in mense Julii Sedi Apostolicæ reservato juxta Concordata Germaniæ ab eadem Sede obtinuit: quare delata Causa ad Rotam sub die 26. Junii anni præteriti dubitatum fuit, an, & quæ Literæ forent exequendæ. Cum autem ob Votorum scissuram nulla fuerit capta resolutio; revocatis iterum ad trutinam Juribus utriusque Litigantis, in hodierna propositione pro executione Literarum Quirini responsum fuit.

Quia ejus Literæ apparuerunt in omnibus justificatæ, scilicet idoneitas, & Clericatus ex expeditione Literarum in forma gratiosa, cum præsumatur, de omnibus doctum fuisse

2 ante expeditionem. *Rota dec.*1176. *n.*1. *& 2. coram Emerix Jun., & in Aprutina Paroebialis 26. Junii anni præteriti* §. *Arbitrium, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Placentina Beneficii 20. Aprilis currentis anni* §. *Earum autem cor. R. P. D. meo Caffarello*. Valor autem per non excessum in 24. ducatis de Camera ex consuetudine Germaniæ non exprimendi ma-

3 jorem quantitatem in Provisione cujuslibet Canonicatus. *Rota dec.*400. *num.*12. *&* 13. *cor. Cerro*; Vacatio demum per assecutionem alterius Incompatibilis de mense Julii Sedi Apostolicæ reservato, patet ex publico Instrumento Collationis, & subsecutæ possessionis *Summario num.*2. Cum statim ac adepta est possessio secundi Beneficii Incompa-

4 tibilis vacet primum, ut firmat *Lotter. de Re Benefic. lib.*3. *quæst.*23. *num.*40. *Rota decis.*241. *num.*12., *& seqq. part.*12. *recent., & in Mediolanen. Canonicatus* 22. *Aprilis, &* 4. *Julii* 1701. *cor. Reverendiss. D. meo Decano*, quibus concurrentibus, denegari non debet executio prædictarum Literarum. *cap. si Capitulo, ibique Gloss. V. exequatur, de concess. Præbend. in* 6.

Non ita tamen supradicta verificari potuerunt de Literis Vvilhelmi; etsi enim sint anteriores, quæ de Jure essent præferendæ, vulgato *cap. cum cui, de Præbend. in* 6.; attamen cum sint fundatæ in retentione, seu occupatione utriusque Canonicatus, & Joannes nunquam adeptus fuerit possessionem primi; nullo modo censeri potest ex isto capite inducta vacatio, cum dispositio *Extravag. Execrabilis, de Præbend. in* 6. requirat, quòd Provisus ultra duos menses utrumque Beneficium 5 retinuerit. *Garz. de Benefic. lib.*3. *quæst.*23. *num.*34. 40. *&* 43. *Card. de Luca de Benefic. disc.*59. *num.*2. *Rota coram Baratt. dec.*175. *num.*5., *& seqq. & dec.*248. *num.*2. *& in Mediolanen. Canonicatus* 22. *Aprilis* 1701. §. *Aut igitur, cor. Reverendissimo D. meo Decano, & in Cracovien. Canonicatus* 13. *Junii ejusdem anni* §. *At quando, coram R. P. D. meo Ansaldo*.

Nec relevat, quòd cum Joannes obtinuerit mandatum de immittendo ad primum Canonicatum, nullumque habuerit impedimentum, quo minus capere potuerit pos- 6 sessionem, haberi debuerit pro possessore: *Card. de Luca de Benefic. disc.*56. *num.*8. *Rota cor. Buratt. dec.*233. *num.*5. *& dec.*60. *numer.*21. *part.*19. *rec.* Quia ultra quòd probandum esset per Joannem stetisse, quo minus cæperit possessionem; objectum procederet, quatenus obtentum fuisset mandatum de immittendo ad secundum Canonicatum, & nulla capta possessio, nè vacaret primus, cum tunc in illius odium, & ad evitandas fraudes haberi debeat pro possessore; secus verò est, quando Provisus de secundo incompatibili, nullam cæpit possessionem primi, quamvis potuisset, quia tunc nulla fraus considerari potest, cum primus statim vacaverit ob assecutionem secundi, & utriusque vacatio, seu privatio non censetur inducta nisi per amborum retentionem. 7 *Fagnan. in cap. super inordinata, num.*9. *de Præbend. Capra conclus.*90. *num.*22.

Minusque juvari potuit Vvilhelmus ex subsecuta expressione facta in ejus Literis, ibi, *& ob hujusmodi incompatibilitatem vacaverint, & vacent ad præsens*, ac aliis clausulis *sive præmisso, sive per liberam Joannis dimissionem sponte factam, aut alterius assecutionem*, itaut omissa justificatione expressionis retentionis, ac occupationis utriusque Canonicatus, satis sit justificari solam qualitatem incompatibilitatis, in parte dispositiva narratam: *Ros. de Execut. Liter. Apostolic. cap.*5. *n.*65. 8 *Rota dec.*1432. *num.*9. *coram Seraphin., & in Urgellen. Canonicatus, & Sacristiæ* 23. *Junii* 1702. §. *finali, coram R. P. D. meo Caprara*; præsertim cum Papa, qui præsumitur habere omnia Jura reposita in scrinio pectoris, non potuerit conferre primum Canonicatum, tan- 9 quam vacatum ob retentionem cum secundo vigore *extravag. execrabilis de Præbend. in* 6.; quæ non habet locum, nisi in Beneficiis Curatis, aut Dignitatibus, Personatibus, vel 10 Officiis, non verò comprehendit Canonica-

tus.

tus. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.3. cap.7. num.36. §. Cum autem. Rot. coram Burat. dec.242. num.1.*

Quia ultra quòd secundum veriorem sententiam hodie per retentionem secundi incompatibilis cum primo, vacat utrumque, etiam vigore dictæ Constitutionis *Execrabilis*, quæ habet locum in omnibus Beneficiis
11 qualitercunque incompatibilibus. *Guglielm. de Laudun. in d. Extravag. Execrabilis numer.9. Fagnan. in cap. referente, num.8. in fine de Prabend. Zabarell. cons.3. num.3. & seqq. Grivell. dec. Dolan.89. num.15.*: Cum tamen expressa fuerit Papæ vacatio ob incompatibilitatem, & retentionem, illa saltem verificari debuit de facto ad sustinendam Gra-
12 tiam, nè aliàs proprius dolus impetranti opituletur, juxta *Text. in cap. super Literis, de rescript. Lotter. de Re Benefic. lib.3. quæst.8. num.67. & 68. Ros. de Execut. Liter. Apostolic. cap.5. num.33. & cap.7. num.87. & in Addit. ad cap.7. num.158. Rota coram Dunozett. Jun. dec.971. num.12. & coram Priol. dec.34. n.42. & dec.154. num.8.*

Idque suadet evidentissima ratio, quia in tantum Papa contulit Canonicatum Vvilhelmo, in quantum iste reticita vacatione ratione mensium, & ob assecutionem incompatibilis, crimen impegit Joanni illicitæ usurpationis, seu detentionis utriusque; quo ca-
13 su cum Dataria soleat Beneficia conferre primò venientibus, non mirum, si sic Provisus opus habet justificare narrativam Gratiæ etiam de facto, secus verò est, si fuisset expressum, Canonicatum liberè & absque difficultate ad Papam spectare: Cum enim hoc casu soleat rescribere, *concurrat cum aliis*, ut conferri possit Beneficium magis idoneo, & sibi benè
14 merenti, satis est reservationem expressam saltem de Jure verificari. *Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.44. à num.2. ad 6. & num.13. & seqq. Rota coram Put. dec.267. in fine lib.3. & coram Carill. dec.250. num.8. & seqq. & dec.575. in fin. part.3. divers. & dec.379. n.2. in fine, & num.6. part.3. recent.* Quod comprobatur ex clausula *vocato dicto Joanne*, ap-
15 posita in dictis Literis, ex qua resultat, Gratiam fuisse simpliciter certo modo, & nè inaudito Possessore idem remaneret privatus utroque Beneficio, ut firmat *Barbos. de Clausulis claus.185. n.11. & seqq. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.44. num.6. & seqq. Adden. ad Gregor. dec.305. post princip.*

Hinc cessat argumentum desumptum ab aliis clausulis, *sive ut præfertur, sive alio quovis modo vacet, ac etiamsi Canonicatus. & Præbenda dispositioni Apostolicæ specialiter reservati existant*: Cum enim assecutio secundi Canonicatus fuerit facta de mense Julii, perpetuò reservati Sedi Apostolicæ vigore Concordatorum Germaniæ, Clausulæ prædictæ eo minus valent suffragari Vvilhelmo, cum dicta reservatio debeat specialiter
16 exprimi sub pœna nullitatis. *Gonzal. super Reg. 8. Cancellar. Gloss.32. num.9. Rosa de Execut. Liter. Apostolic. cap.5. num.252. Rota decis.154. num.9. & seqq. coram Priol. & dec.556. num.4. coram Coccin.*, præcipuè in Gratia piscatoria, in qua propter materiæ odibilitatem Papa procedere solet majori cum circumspectione, nè aliàs aperiatur via expiscantibus Beneficia, sub clypeo generalium Clausularum Beneficia assequendi, quæ facta vera expressione, vel difficiliùs, vel nullo modo obtinuis- 17
sent. *Bursatt. cons.352. num.24. tom.4. Garz. de Benefic. part.6. cap.2. num.199. Rota decis.150. num.5. coram Gregor. & coram Bich. dec.302. num.7. & dec.410. n.16.*

Data autem nullitate dictæ primæ Gratiæ, nec minus retardari potuit executio Literarum Quirini sub motivo omissæ expressionis ejusdem, cum de Gratia nulla non sit facienda mentio ad effectum validitatis alterius subsequenter obtentæ. *Fagnan. in cap. Illa, num.5.* 18
nè Sede Vacante, &c. Rota dec.69. per tot. de rescript. in antiq. & dec.150. n.6. cor. Gregor. Et ita utraque &c.

RMO P. D. MOLINES DECANO.

Lucana Præeminentiarum.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Inter Ecclesias, & Clericos decet servari ordinem Præcedentiæ, & Majoritatis. Præcedentia, cæteris paribus, debetur antiquioribus supra recentiores. Collegiatæ Insigni debetur Præcedentia tanquam digniori supra cæteras hujusmodi qualitate non decoratas.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia Militans ad instar Triumphantis tribuit unicuique secundum suam dignitatem honorem, & Præcedentiam.*
2 *Damnandi sunt, qui ambitu humanæ gloriæ primas Cathedras usurpare conantur.*
3 *Laudandi sunt, qui de Præcedentia contendunt, ut ordo, & consonantia inter Ecclesias, & Clericos servetur*, & n.4.
5 *Regulariter loquendo, antiquiores, cæteris paribus, præferendi sunt recentioribus.*
6 *Institutum Canonicorum à quo tempore cæperit.*
7 *Per instrumenta antiqua, in quibus sit mentio, quòd aliqua Ecclesia esset Canonica, oritur publica fama, quòd Clerici illius Ecclesiæ fuerint Canonici.*
8 *Maximè si in dictis Instrumentis sit mentio de Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, eidem Ecclesiæ inservientibus, quia præsumitur vera Collegialitas.*
9 *Collegiatæ Insigni debetur Præcedentia supra cæteras tali qualitate non insignitas.*
10 *Secuta translatione Cathedræ Episcopalis ab una Ecclesia, censentur extincta omnia antiqua privilegia, & applicata Ecclesiæ, in quam fuit facta translatio ejusdem Cathedræ.*
11 *Collegiata Suburbana, translata in Civitatem, non præcedit aliam Collegiatam jam existentem in Civitate.*

12 *Ex habitu nobiliori, quo utuntur Canonici alicujus Collegiatæ, infertur ad eorum Præcedentiam, & affertur ratio.*

13 *Communis æstimatio multum confert ad probandam Præcedentiam.*

14 *Item observantia elicita ex actibus, tam judicialibus, quàm extrajudicialibus.*

15 *Probatur pariter Præeminentia ex descriptione primo loco facta, maximè in* Synodis Diœcesanis.

16 *Item ex Præcedentia in aliquo casu particulari, cum referri debeat ad causam universalem, & ex aliis circumstantiis, præseferentibus majorem dignitatem,* & num.17.

18 *Dignioritas Ecclesiæ non probatur ex eo, quòd illa cæteris sit amplior, majoribusque fruatur extrinsecis solemnitatibus, & afferuntur exempla* n.19.

20 *Episcopus non dicitur altero dignior ex hoc solùm, quòd majorem habeat Diœcesim, aut divitias;*

21 *Si eodem nomine nuncupati fuerint Canonici Cathedralis, & alterius Ecclesiæ, arguitur ex hoc, quòd in ea adesset Collegium Canonicorum.*

22 *Æquiparatorum natura est, ut habeant inter se similitudinem.*

23 *Episcopus præsumitur benè informatus de statu Ecclesiarum, & Beneficiorum suæ Diœcesis.*

DECISIO XXIII.

QUemadmodum Divina Sapientia in Cœlesti Hierusalem, ac Triumphanti Ecclesia, miro ordine mansiones multas apposuit juxta diversitatem graduum Præcedentiæ, vel secundum ministeria, ut in Angelis, vel se-
1 cundum merita, ut in Beatis; Ita etiam Divino afflatu Militantem Ecclesiam ad instar Triumphantis admirabili dispensatione per suos Vicarios condecorari mandavit, qui certos gradus, & ordines distribuerunt, ut illorum harmonia, & varietate unicuique secundùm suam dignitatem daretur honor, & Præcedentia, utque hoc modo in Ecclesia Militante, tanquam imagine Triumphantis, adesset concordia inter majores, & minores, & rectè singulorum gereretur administratio Officiorum ut dicitur *in cap. ad hoc 7. distinct.89.* & explicat *S. Thomas 2. 2. quæst.183. art.2.* Quare sicuti condemnandi sunt, qui ambitu, & humanæ gloriæ cupiditate, primos recubitus, & primas Cathedras usurpare conantur, de qui-
2 bus loquitur *cap.22. Matthæi, & Divus Thomas 2.2.quæst.131. art.1.*, in quo sensu intelligitur etiam *Justinianus in l. ad splendidioris 7. C. de div. Offic. lib.10.*, ita laudandi, qui de Præcedentia, & Majoritate contendunt, ut ordo, & consonantia inter Clericos, & Ec-
3 clesias particulares, majori perfectione servetur, ut explicant *Menoch. cons.51. à num.2. ad 5. vol.1. Tondut. Quæst. Benef. lib.1. part.1. quæst.81. n.2. Gratian. discept. forens. cap.845. num.2. & 3. Francesc. de Eccles. Cathed. cap.33. à num.7.*, & favent Pontificia, & Cæsarea Jura, statuentia, unicuique secundum suum gradum,
4 dignitatem, & honorem Præcedentiam deberi. *cap. solita 6. de major. & obed. cap. ut debitus 59. de appell. cap. ex ore 17. de privil. l.4. & toto tit. C. ut dignit. ordo servetur, lib.12.*

Cum itaque hac de causa exorta fuerit controversia super universali jure Præeminentiarum inter Canonicos vetustissimæ Ecclesiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ, & Capitulum alterius pariter antiquæ Ecclesiæ, sed recentioris Collegiatæ SS. Paulini, & Donati, post manutentionem in partibus per Vicarium Generalem concessam dictæ Ecclesiæ SS. Joannis, & Reparatæ super Præcedentia in associandis cadaveribus, reservatis juribus quoad Præcedentiam in aliis Processionibus, & Functionibus, delata fuit ad nostrum Tribunal contentio, & renovata ad instantiam ejusdem Ecclesiæ prætensio super universo jure præcedendi: Undè dubium subscripsi - *An, & cui debeatur Præcedentia*, eoque proposito in hodierna Audientia, censuerunt Domini illam competere Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ.

Verùm quia Scribentes pro utraque parte, ad construendam molem prætensi Juris honorifici, utebantur angulari lapide antiquitatis, quæ ex concordi DD. opinione in subjecta materia admodum operatur, cum regulariter loquendo, antiquiores cæteris paribus præferantur aliis recentioribus: *Can. Episcopus. di-* 5
stinct.17. Can. statuimus 51. distinct. ubi glos. V. juniores. cap.1. de major. & obed. l.1. C. de Consulib. lib.2. l. honores C. de decurion. lib.10. Butrius, & Gemin. in cap. cum in tua, num.11. de consuetud. in 6. Decian. respons.7. num. .. lib. 3. Bursat. cons.343. à numer. 41. lib.4. Petr. Gregor. in Syntag. Jur. cap.21. lib.14. Mastrill. de Magistr. lib.4. cap.14. num.16. cum aliis, pleno calamo congestis per *Franc. de Eccles. Cathedr. cap.33. n.109. & seq. Rot. cor. Seraph. dec. 326. n.3. cor. Cavaler. dec.588. n.4. cor. Buratt. dec.868. n.2. cor. Coccino dec.1871. n.5. cor. Bich. dec.566. num.1. & dec.156. num.1. part.17. rec.*

Propterea Domini vicissim collatis probationibus, adductis in Summario utriusque distributo, ut certiores fierent de prioritate temporis ad effectum, de quo agitur, potiùs habuerunt respectum ad formalitatem consistentem in Collegialitate, quàm ad materialem utriusque Ecclesiæ constructionem, quæ licèt promiscuè extolleretur ducta origine à superstitiosa Gentilitate Idolorum cultrice, attamen in re, de qua contenditur, parum prodest.

Et sanè prioritas temporis circa qualitatem Collegialitatis citra ullum dubium visa est assistere favore Capituli SS. Joannis & Reparatæ, eaque posse primò præsuppositivè deduci ex quodam vetusto testamento, condito ab Episcopo Vulprando in octavo Seculo à die nostræ reparatæ Salutis, nempè de anno 754., in quo religiosus Præsul diviso ejus asse hæreditario in quatuor partes, earum duas reliquit Cathedrali Ecclesiæ S. Martini, cui præfuit, tertiam Ecclesiæ S. Frigidiani, quartam Ecclesiæ S. Reparatæ, in qua, ut Testator inquit, *Raymundus Clericus Custos esse videtur, & ut Sacerdotes, qui in ipsis Ecclesiis ordinati sunt, pro facinoribus meis Deum deprecare debeant*, ex quibus verbis tacitè colli-

ligitur, præfatam Ecclesiam SS. Joannis, & Reparatæ fuisse tunc temporis qualitate Collegialitatis condecoratam, licèt Presbyteri, inibi Divinis mancipati officiis, adhuc non fulgerent Canonicorum titulo, forsan nondum usu recepto in ista Ecclesia. Siquidem altiùs hanc materiam repetendo sciendum est, quòd ante Seculum 700. hoc nomen Canonicorum attribuebatur iis, qui Canoni, seu Matriculæ Ecclesiæ adscripti erant tanquam Beneficiarii, quibus Canon, seu Dimensum dispensabatur. Post annum verò 700., quia creverat numerus hominum, qui propter Deum se tonsurassent, cœperunt disponere Concilia Provincialia, suadente etiam Carolo Magno, ut dicti homines, vel in Monasterio sub Abbate in vita Regulari viverent, vel quòd Clerici sub Episcopo cum ordine Canonico, & juxta Canonicam vitam starent, & ex hoc introduci cœpit nomen Canonicorum, quod ad præsens adhuc durat, ut relatis pluribus Conciliis, probat antiquæ, & novæ Disciplinæ Ecclesiasticæ *modern. Scriptor Thomasin. part.1. lib.3. cap.9. Gratian. discept. forens. cap. 298. n.18. Barbos. de Canon. & Dignit. cap.1. à num.1. ad 4.*
6

Insuper prædicta corroborantur, seu veriùs manifesta fiunt ex novem publicis Instrumentis, datis *in Summ. Capituli SS. Joannis, & Reparatæ num.4.*, quæ apparent diversis confecta temporibus, sed omnia intra undecimum Seculum, nimirum ab anno 1018. usque ad annum 1069., & præseferunt pias dispositiones, relictas à Christi Fidelibus favore ejusdem Ecclesiæ SS. Joannis, & Reparatæ, cum expressa mentione, quòd illa esset Canonica, ex
7 quibus enunciativis, utpote antiquissimis, & emissis à personis non suspectis, non est dubium quin oriatur publica fama, & clarissima veritas, quòd Clerici dictæ Ecclesiæ viverent juxta Canonicas Regulas, & vocarentur Canonici, ex dictis per *Thomasin. ubi supra*. Quinimmo cum in reliquis instrumentis fiat expressa mentio de Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Clericis, uti inservientibus, & residentibus in præfata Ecclesia, utique ex hujusmodi ordinata denominatione remanet probata Collegialitas, usque de eo tem-
8 pore in esse perfecto existens in prædicta Ecclesia, cum dictæ personæ verisimiliter non fuerint acceptæ uti singulæ, sed tanquam facientes Capitulum, seu Collegium.

Quibus sic positis, superfluum visum est aggredi singulare examen aliarum probationum, quæ pleno calamo adducebantur pro suadenda qualitate Collegialitatis, consistentes in diversis Bullis Pontificiis, & in examine Testium deponentium, quòd excepta Ecclesia Cathedrali Sancti Martini, illa SS. Joannis, & Reparatæ sit cæteris Ecclesiis Civitatis Lucensis nobilior, utpote majoribus coruscans prærogativis cum titulo Insignis Collegiatæ: Undè fit, ut ei, ultra antiquioritatem temporis, debeatur etiam Præcedentia, tanquam
9 digniori, per *Text. in l. bonores, ibiq. glos. & Bart. C. de Decur. l. unicuiq. C. de prox. sacr. Scrin. lib.12. cap. statuimus, de major. & obed. Tiraquell. de Leg. Connub. glos.7. n.8. & 9. Contel. de Præced. num.3. Mazzar. cons.26. num.8. Rot. cor. Seraph. dec.1445. num.3. coram Pamphil. dec.375. num.5. & dec.226. num.2. part.14. & dec.303. num.19. part.16. & decis.37. num.9. part.17. rec.*

Atque hinc frustra per Defensores alterius Collegiatæ Ecclesiæ SS. Donati, & Paulini, cumulata fuerunt quamplurima documenta ad effectum obtinendi eandem Præcedentiam. Etenim quicquid sit, an pleraque ex illis probent temporis anterioritatem circa materialem constructionem Ecclesiæ S. Paulini, quæ citra opportunitatem Causæ jactabatur antiquitùs fuisse ab eodem Sancto, tanquam primo Antistite Civitatis Lucanæ, consecratam sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis, & cum qualitate Cathedralitatis; Est certum, quòd cum successu temporis Cathedra Episcopi, translata fuerit ad Ecclesiam S. Martini, nominatam in dicto antiquo Instrumento Vulprandi Episcopi, omnes proinde prærogativæ formales, omniaque antiqua privilegia remanserunt extincta, & fuerunt applicata 10
illi Ecclesiæ, in quam fuit facta translatio Cathedræ Episcopalis. *Innoc. in cap.1. vers. si verò de uno, nè Sed. vac. Jo. Andr. in cap. cum personæ. col.2. de privil. in 6. Lap. alleg. 68. Grat. discept. for. cap.291. num.1. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Translat. Episc. num.19. Franc. de Eccles. Cathedr. cap.7. num.59. & 60.* Et de veriori testatur *Rota cor. Seraph. decis. 1149. num.16.*

Nec ad effectum, de quo agitur, quidquam prodesse potest consimilis translatio Collegiatæ, aliàs existentis in Ecclesia Sancti Donati extra muros Civitatis Lucanæ, temporum, & bellorum injuria jam diruta. Quia sive dicta Ecclesia Sancti Donati consideretur seorsim sumpta ante translationem, sive conjunctim post translationem ad præfatam Ecclesiam S. Paulini factam de anno 1518. mediante Bulla Leonis X., utroque casu pro comperto Domini habuerunt, ipsam non gaudere temporis anterioritate, minùsque honoris majoritate circa esse formale, & ratione Collegialitatis, quæ, ut dictum est, unicè attenditur in hac Præeminentiarum materia.

Quandoquidem antiquius Instrumentum, datum in ejus *Summ. n.7.*, non est stipulatum nisi de anno 1083., & sic circa finem undecimi seculi, quando ex supra animadversis anteriora documenta militant pro Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ; Ulteriùs ponderatum fuit, quòd dicta Ecclesia Sancti Donati ante translationem erat Collegiata extra muros Civitatis, & in loco rustico, & Suburbano, ex quo fit, ut ratione loci nequibat contendere de Præcedentia 11
cum Insigni Collegiata Ecclesiæ SS. Joannis, & Reparatæ, quæ usque à suis primordiis semper sita fuit intra Civitatem Lucanam.

Multoque minùs Capitulum Ecclesiæ SS. Donati, & Paulini ratione majoris dignitatis præsumere valet sibi esse debitam controversam Præcedentiam; Nam actualiter Majoritas honoris residet penes Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ, non solum quia isti utuntur Cappa, & Rocchetto, quod indumentum videtur nobilius, & decentius simplici Almutia, quam pro signo

Canonicali defert Capitulum alterius Ecclesiæ, ex qua prærogativa vestium Præcedentiam deberi tradit in puncto *Gratian. discept. for. cap.* 845. *n.* 32. ex ratione, quòd aliàs esset quid monstruosum in publicis Functionibus aspicere Canonicos, humilibus indutos vestibus, præferri aliis majorem sibi conciliantibus venerationem à speciosiore indumento, ut de simili monstruositate testatur *Rota dec.* 37. *n.* 9. *part.* 17. *rec.*
12

Verùm etiam, quia ultra communem existimationem ab ipsis acquisitam, quæ in subjecta materia multùm venit attendenda, ad tradita per *Rot. coram Bichio dec.* 566. *num.* 4. *& dec.* 251. *num.* 4. *&* 5. *part.* 5. *rec.*, militat favore Canonicorum Ecclesiæ SS. Joannis, & Reparatæ observantia, seu consuetudo, elicita, tam ex actibus extrajudicialibus, quàm judicialibus, quæ quidem observantia ad effectum, de quo agitur, habetur perindè ac si esset lex, itaut neque requirat titulum pro suo fundamento. *Joan. Andr. in cap.* 3. *de consuetud. Grat. discep. for. d. cap.* 845. *num.* 4. *Rot. coram Merlin. dec.* 779. *num.* 2. *coram Serap. dec.* 964. *n.* 1. *& dec.* 99. *n.* 8. *part.* 19. *rec. alibique passim*.
13
14

Et certè quatenùs attinet ad status extrajudiciales, patet ex tribus Unionibus, factis per Episcopos Lucenses in annis 1542. & 1544. in favorem dictę Ecclesiæ SS. Joannis, & Reparatæ cum supposito, quòd ista Ecclesia in Civitate Lucana sit antiquior dignitas, excepta Cathedrali, ut *in Summ. n.* 6. Præterea ex datis *in eodem Summ. num.* 14. 15. *&* 16. constat, præfatam Ecclesiam fuisse primo loco descriptam in diversis Bullis Pontificum, illiusque Capitulum, tam in antiquis, quàm in modernioribus Synodis, fuisse etiam primo loco vocatum ante illud SS. Donati, & Paulini, ex quo descriptionis, & respectivè vocationis ordine, ab Episcopis pro tempore facto, non reclamantibus Canonicis alterius Ecclesiæ SS. Paulini, & Donati, optimè arguitur prærogativa, & præeminentia Dignitatis ad effectum præcedendi. *Tex. in l.* 1. *ff. de in alb. scrib. Gemin. in cap. fin. de offic. delegat. Abb. in cap. cum olim, num.* 7. *de consuetud. Gloss. in cap. benè quidem* 96. *distinct.* & in puncto casus nostri *in Lucana Præcedentiæ, quæ est decisio* 483. *num.* 7. *part.* 5. *rec. Rota dec.* 322. *num.* 15. *part.* 6. *& dec.* 242. *à num.* 14. *part.* 16. *& dec.* 156. *n.* 5. *part.* 17. *& dec.* 596. *num.* 3. *part.* 18. *recen.*
15

In actibus verò Judicialibus pariter dictum Capitulum SS. Joannis, & Reparatæ habet fundatam intentionem, cum eidem fuit per Vicarium Generalem concessa manutentio Præcedentiæ super associatione Cadaverum, quæ præsupponit ejus antiquam possessionem, ex qua magna oritur Præsumptio, & verisimilitudo quoad alios actus præcedentiæ, licèt diversæ speciei, cum habeant eandem causam universalem, & uniformem, *ex firmatis per Rotam dec.* 903. *n.* 9. 10. *&* 11. *cor. Burat.*
16

Quin ad intentum Capituli Ecclesię Collegiatę SS. Paulini, & Donati visa sint posse suffragari plura ad propriam exaltandam excellentiam cumulata, scillicèt, quòd in ejus Ecclesia requiescit, & colitur Corpus S. Paulini, qui luce Evangelica primus expulit Gentilitatis tenebras à dicta Civitate Lucensi, quòdque veluti ad primum Præsulem, & electum Patronum ejusdem Civitatis, magna cum pompa & solemnitate in die Festivitatis totus accedat Senatus, qui tam in vespertinis, quàm matutinis Officiis assistit, & exindè intervenit in solemni Processione, quæ etiam interveniente Eminentissimo, & Reverendissimo Cardinali Episcopo celebratur cum universali totius Populi lętitia, & cultu; quòdque demum Ipsummet Capitulum sit majori Canonicorum numero refertum. Quoniam ex his omnibus nequit inferri ad eam majorem dignitatem, & prærogativam, quæ intrinsecè requiritur ad effectum præcedendi ratione Collegialitatis, quæ cum prioritate temporis acquisita fuit à Capitulo SS. Joannis, & Reparatæ ex supra firmatis.
17

Quibus addi potest reflexio, quòd non ex eo, quòd aliqua Ecclesia sit cæteris amplior, majoribusque fruatur extrinsecis solemnitatibus ob conspicuas Reliquias in ipsa repositas, inferri potest ad majorem dignitatem Ministrorum, & Officialium, ut isti in publicis Functionibus, aliisque actibus prorsus separatis, valeant præcedere aliis personali dignitate, & habitu fulgentibus: & quamvis super hoc possent quamplura adduci exempla, sufficiant illa, relata *per Mastrill. de Magistratibus lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 16. *&* 23. Primo scilicèt, quòd cum Salvatori nostro inter cæteros duo adhæserint Discipuli, ambo nomine Jacobi nuncupati, qui primus adhęsit appellatus fuit Jacobus Major, alter verò Minor, quamvis hic ultimus esset ætate major. Secundo quòd Civitas Hierosolymitana licet de per se sit dignior aliis ob ejusdem Salvatoris nostri Vitam, & Mortem, attamen illius Patriarca postponitur aliis tempore prioribus in eadem dignitate, & cum dicto *Mastrill.* concordat *Card. Jacobat. de Consil. lib.* 1. *cap.* 57. *col.* 1. *& cap.* 23. Atque etiam videmus, quòd Episcopus non dicitur altero dignior ex hoc solum, quòd majorem habeat Diœcesim, potentiam, & divitias, *juxta doctrinam Innocent. in cap. statutum, de major. & obed. & facit Text. in cap. penult.* 96. *dist. Bartol. in l.* 1. *C. de dignit. Fab. Ann. consf.* 122. *num.* 41. *lib.* 2. *Decian. respons.* 19. *num.* 209. *vol.* 3. *Mastril. de Magistr. d. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 20.
18
19
20

Demum redeundo pro coronide undè digressi fuimus, nempè ad testamentum Vulprandi Episcopi, ex eo apparet juxtà verba superiùs relata, quòd religiosus, & pius Præsul parificavit Presbyteros tunc temporis degentes in tribus Ecclesiis, quibus suum divisum assem hæreditarium reliquit, mediante communi appellatione Sacerdotum, ibi, *ut Sacerdotes:* quamobrem cum una ex dictis Ecclesiis tunc esset Cathedralis, scilicet illa S. Martini, & pernecesse quoque Collegiata, nempè cum Capitulo, ut relatis concordantibus *tradunt Barbos. de Canonic., & Dignit. cap.* 2. *n.* 2. *Card. de Luca de Præemin. disc.* 4. *n.* 15., exinde dicendum est eadem qualitate Collegialitatis usque tunc temporis gavisam quoque fuisse Ecclesiam SS. Joannis, & Reparatæ, cum hęc sit natura ęquiparatorum, ut habeant inter se similitudinem, juxta regulam, de qua *Surd. consf.* 383. *num.* 2., & latè *Barbos.*
21
22

bos. tract. Var. axiom.14. num.1. Rota dec.284. num.22. part.18. recent. & per consequens quemadmodum esset vanum contendere de Præcedentia cum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, ita etiam frustra Canonici SS. Paulini, & Donati, tempore posteriores, nutriunt prætensionem præcedendi illis Collegiatæ Ecclesiæ SS. Joannis, & Reparatæ, præsertim quia dicta æquiparatio non fuit facta ab aliqua extera persona, sed ab Episcopo, qui re-
23 gulariter præsumitur benè informatus de Ecclesiis, & Beneficiis suæ Diœcesis, ex notissimis Juribus.

Et ita utraque Parte acerrimè Informante resolutum fuit.

R. P. D. A N S A L D O.

Majoricen. Beneficii.

Lunæ 15. Junii 1699.

A R G U M E N T U M.

In electionibus ad Beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas, licitus non est usus sortium; quamvis locum habere possit in conferendis Officiis secularibus.

S U M M A R I U M.

1 *Facti species narratur.*
2 *In actu, explendo collegialiter, minor numerus remanet à majore suffocatus.*
3 *Major pars consideratur, habito respectu ad totam Massam Collegii, seu Capituli.*
4 *Aliquibus de Collegio, seu Capitulo, abutentibus jure eligendi, illud consolidatur penes alios, qui Canonicè se gerunt, etiamsi sit unicus.*
5 *Electio, seu præsentatio, à Collegio facienda, expleri non valet per compromissum, nisi ad compromittendum concurrant omnes de Collegio.*
6 *In iis, quæ pertinent ad Corpus Universitatis, major pars præjudicat minori.*
7 *Major pars Collegii, seu Capituli, in electione facienda potest admittere etiam extraneos, pro capiendo consilio.*
8 *Quando eligere debentes committunt aliis proprias vices, & suffragia, dicitur factum compromissum.*
9 *Non valet tamen præelectio Compromissariorum, à Collegialibus, seu Capitularibus facta per sortes.*
10 *Eo minus valet electio, seu præsentatio ad Dignitates, vel Beneficia Ecclesiastica, per eosdem Compromissarios hoc modo facta.*
11 *An collatio Officiorum, ac Dignitatum secularium sortibus ritè committatur,* & num.13.
12 *Assumptio D. Matthiæ ad Apostolatum, per sortes secuta fuit.*
14 *Sortium usus quoad Beneficia Ecclesiastica improbatur.*
15 *Quando locus esse possit electioni, per sortes faciendæ.*
16 *In electionibus fieri debet collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum.*
17 *Regula, & respectivè limitatio, intelligendæ veniunt in suis casibus.*
18 *Respondetur objecto, desumpto ab exemplo D. Matthiæ, in Apostolum per sortes electi.*
19 *Prohibetur fieri per sortes, quoad Beneficia Ecclesiastica, tam electio, quàm collatio, & præsentatio.*
20 *Duo testes in omni materia plenè probant.*
21 *Paria sunt scire, & scire debere.*

D E C I S I O XXIV.

Dissentientibus (ut plerumque ex humana varietate contingit) inter se Consulibus, sive Juratis Loci Sunii, à quorum præsentatione pendebat repletio Beneficii siti in Ecclesia Parochiali ejusdem Loci, ipsorum tres totidem elegere Compromissarios, sed hi neque pariter insimul convenientes de persona eligenda, satius duxerunt Urnæ fatalis arbitrio nomina prætendentium, cæca sorte extrahenda, committere, & de facto ex illorum parte sors cecidit supra Michaelem. Verùm Antonio, quarto ex præcitatis Consuli- 1
bus acriter oppugnante hujusmodi formam eligendi, tam Judex de Partibus in prima Instantia, quàm hodie Tribunal nostrum in secunda, medullitùs introspecta rationabilitate oppugnationis, Raphaeli simpliciter, & extra fortunæ aleam per ipsum Antonium Canonicè præsentato, controversum Beneficium adjudicandum fore existimarunt.

Etsi namque plura adversus eundem Raphaelem promoverentur objecta, & signanter capitale videretur illud, quòd dum ipse nactus tantummodo fuerat præsentationem ab uno ex quatuor Consulibus, sive Patronis, æquali præditis Jure suffragandi, non posset idcirco institutionem ullam, seu adjudicationem ad sui favorem præsumere, & attentare, in materia siquidem explenda Collegiati- 2
vè, minor numerus semper remanet à majori suffocatus, ad *Text. in cap.1. de his, quæ fiunt à major. part. Capit., & in l. quod major.19. ff. ad Municip. Barbos. Vot. dec.47. num.18. Tamburin. de Jur. Abbatiss. disp.6. quæst.5. num.10. Ceccoper. Lucubr. Canon. lib.4. n.61. Rota coram Cavaler. dec.402. num.2.*, adeout neque sufficiat obtinuisse majorem numerum comparatione alterius præelecti, nisi in se idem numerus excedat medietatem, secum- 3
que trahat majorem partem habito respectu ad totam Massam Collegii, & Capituli, sicuti uno ore tradiderunt *Mirand. in Manual. Prælat. Regul. tom.2. quæst.23. art.27. Ceccoper. loc. cit. num.62. Matt. de Caus. Consistor. sect.19. §.3. num.30. & 31. Adden. ad Buratt. dec.809. num.10. Rota coram Durano dec.232. num.2. & dec.214. num.2. coram Dunozett. Jun.*

Arrisit tamen prompta responsio, videlicet, Theoricam hanc minimè applicari, quando iidem Electores, sive Patroni, scienter, aberrantes ab Ecclesiastica forma, devenerunt ad actum omninò illicitum, & improbatum, tunc

tunc etenim, vel ex Jure accrescendi, vel rectiùs ex altero non decrescendi, jus eligendi, ac præsentandi remanet consolidatum penes illum, qui Canonicè se gessit; Quia cum
4 idem Jus eligendi, ac præsentandi, in ordine ad propriam essentiam sit individuum, solumque scindatur quoad exercitium; eo ipso quòd cœteri de Collegio, vel Capitulo, semetipsos per abusum propriæ potestatis effecerunt indignos, vel infirmos, tota virtus expanditur, & respectivè coalescit etiam in unico membro sano, quemadmodum non minus citra contradictorem affirmarunt *Barbos. de Jur. Eccles. lib.1. cap.19. sub num.86. vers. immo etsi unus. Lotter. de Re Benef. lib.2. quæst.18. num.4. & 5. Card. de Luca de Jurepatr. disc.31. num.3. & disc.34. num.9. Rota coram Cavaler. dec.231. num.2. & dec.219. num.4. & seqq. part.9. recent.*

Quòd autem reliqui alii tres Consules, seu Patroni, sese de facto reddiderint indignos, & tanquam inutilia ad hunc effectum membra separatos ab ipso Corpore Magistratus, & Collegii, lucidissimè constitit ex duobus: Primo siquidem, quia non obstante justissima renuentia quarti Collegæ, prædicti tres in eam abiere sententiam, ut eorum vices compromitterent in totidem Presbyteros, quando certissimum est, per viam Compromissi deveniri non posse ad ullam electionem, vel explicationem actus Collegiativi, nisi ad ineundum Compromissum omnes
5 de Universitate, Capitulo, ac Collegio, tanquam cor unum, & anima una conveniant, aliàs nullitate inevitabili claudicat, & corruit quælibet electio, ac præsentatio, prout ex doctrina *Abb. in cap. In causis* 30. *num.3., de elect.* communiter demonstrarunt *Vivian. de Jurepatr. lib.8. cap.2. num.28. Lavor. de Elect. tit.4. cap.19. num.31. Fagnan. in cap. Licèt de vitanda, ante num.70. vers. Compromissum autem, eodem tit. Peyrin. de Regular. tom.2. in addit. ad Constit. Gregor. XIII. cap.3. num.17. Matt. de Caus. Consist. dicta sect.19. §.4. num.5. cum seqq. Paßerin. de Elect. cap.22. num.19.*

Idque ex ea potissima ratione, quia negocium præsentationis, seu electionis pertinet ad singulos de ipso Magistratu, ac Capitulo, non autem, ut accidit in aliis rebus per-
6 tinentibus ad ipsum Corpus Universitatis, & Collegii, quo casu, nè publica, sive communis utilitas fraudata remaneat, per oppositionem unius, vel alterius, major pars præjudicat minori, vel, quod idem est, minor pars obstringitur subire legem majoris, prout egregiè materiam enucleando distinguit idem *Abb. in cap. cum Vintoniensis, d num.3. de elect.*, quem sequuntur *Vivian. Passerin.*, cæterique superiùs allegati: Et generaliter, quòd ubi agitur de interesse singulorum, major pars non præjudicet minori *Surd. cons.65. n.16. & seq. Adden. ad Buratt. dec.573. num.10. & seqq. Urceol. de Transact. quæst.25. num.7. cum seqq. Card. de Luca de Jurepatr. disc.64. n.17. Rota dec.85. num.7. part.8. recent. & dec.473. num.4. cor. Card. Cerro & in Romana Immissionis 26. Martii 1696. §. Ut etiam, cor. R. P. D. meo de la Tremoille.*

Absque eo quòd hujusmodi nullitatem offuscare valeret subalterna *Doctrina* ejusdem *Abb.*, admittentis cum *Compostell. in cap. Scriptum, eodem tit. de elect.*, posse per majorem partem fieri speciem quandam Compromissi 7
mediante extraneorum admissione pro habendo consilio, uti subdit idem *Abbas in dicto cap. cum Vintoniensis, sub num.4. vers. idem dicit:* Quoniam in nostra hypothesi conclusio hæc jugulabatur in facto, tres quippe Presbyteri non fuerunt adsciti pro capessendo ab eis consilio, quod propriè coincidit, quotiès eligere debentes admittunt ad hunc effectum in ipso loco electioni dicato (ut inquit *idem Abb.*) Forinsecos; positivè etenim alii tres Consules, seu Jurati, deputavere tres Presbyteros in figura veri, & effectivi Compromissi, nimirum, non ut assumerent consilium ab eis, sed ut in eos proprias vi- 8
ces, & suffragia mandarent, & compromitterent, juxta naturalem importantiam, & essentiam in subjecto, de quo agitur, cujuslibet Compromissi, ad tradita per *Fagnan. in cap. Causam, num.6. & seq. de elect. Passerin. eodem Tract. cap.22. num.3. cum seqq. Matt. de Caus. Consistor. dicta sect.19. §.4. ex num.1.*

Urgentiùs verò secundo loco præfulgebat nullitas, & respectivè impossibilitas habendi rationem de tribus contradicentibus Consulibus, quia si ad literam *Text. in cap. fin. de sortileg.* ipsa præelectio Compromissariorum irrita est, & nulla, quando per sortem facta fuit à Collegialibus, vel Capitularibus, sub 9
illa perpetua damnatione, de qua *Pontifex Honorius III. in eodem cap. fin. in fin.* ibi: *Sortis usum in talibus perpetua prohibitione damnantes.*; quid dicendum, quando ipsimet Compromissarii loco perhibendi suffragium vice, & nomine Compromittentium, delapsi sunt ad eligendum Michaelem per viam sortis, & urnæ? Electionem namquè, ac præsentationem ad Ecclesiasticas Dignitates, & Beneficia, à 10
fortiori subjacere gladio prædictæ *Decretalis*, latè examinato articulo demonstravit *Gonzal. in præcit. cap. fin., de sortileg. ex num.4. ad fin.* & ante eum idipsum docuere *Petr. Gregor. Tholosan. in Partit. Jur. Canon. tit. de Elect. cap.3. num.10. Azor. Instit. Moral. part.1. lib.9. cap.21. vers. At verò. Garz. de Benefic. part.5. cap.4. num.204. Sanchez. ad Præcept. Decalog. lib.2. cap.38. num.71. P. Moron. respons.95. num.121. Passerin. de Elect. cap.18. per tot.*

Quin ad tuendam Electionem successivè expletam ab hisce Presbyteris Compromissariis suffragarentur Jura, & exempla, desumpta per Defensores Michaelis ab eodem *Gonzal.*, quòd scilicet non minùs Officia, ac Dignitates Se- 11
culares conferri consueverint ritè, & legitimè per sortes, ut etiam admonent *Tiraquell. de Jur. Primog. quæst.17. opin.1. sub numer.15. vers. sed in Secularibus. Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.1. rub.6. num.26. cum duobus seqq. Modern. Episc. Verulan. ad Statut. Favent. lib.1. rubr.2. ex n.49. cum pluribus seqq.*, quòdque etiam idemmet fastigium Divini Apostolatus fuerit in persona S. Mat-
thiæ per organum sortis collatum, ut habe- 12
tur in *Act. Apost. cap.9.*, & referunt *Caput. de*
Re-

Regimin. Reip. cap.4. n.15. Capon. discept.112. num.33. in fine.

Siquidem circa Officia Civilia, resque prophanas, potuisset in contingentia casuum forsan substentari Electio Magistratuum, divisio Bonorum, aut hæreditatis, cum similibus,
13 quamvis, & in hoc (nisi id circumstantiæ suadeant) res dici mereretur undequaque ambigua, repugnante censura clarissimorum hominum, ipse namque *Cornel. lib.3. suor. Annal.* postquam de hujusmodi consuetudine testatus fuit, ut ibi: *dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero Prætorum, qui præessent*, incontinenti subjungit, *nec id diù mansit, quia sors deerrabat ad minùs idoneos*, & conclamante *Senec. in ejus Hercul. Furent.*

Fortuna viris invida fortibus
Quàm non æqua bonis præmium dividis!

At in materia Ecclesiastica, in qua totum provenit à Sanguine, & Patrimonio Domini Nostri Jesu Christi, (prout sunt Beneficia resultantia plerumque ex peccatis Mortuorum) Jura penitus abhorrent committi sortis insaniei distributionem ejusdem Patrimonii, adeout aptari posset lamentatio Divini Redemptoris: *& super Vestem meam*, qualis est Ecclesia inconsutilis, *miserunt sortem*; Proindeque ea, quæ usu ita suadente permittuntur in ordine ad Officia Secularia, esse penitus improbata quoad Ecclesiastica Bene-
14 ficia, præfinitum habemus in utroque Jure, ut apparet ex *Justinian. in l. Sacris nostris* 45. *C. de Episc.& Cleric.*, & ex *Honor. III. in d. cap. fin. de Sortileg.* ac præter superiùs congestos *sub §. Urgentiùs verò*, comprobant *Pellizzar. in Manual. Regular. tract.9. cap.2. sect.1. num. 16. Donat. in Prax. Regular. tom.2. tract.1. quæst.12. num.1. & 2. Matt. de Caus. Consistor. sect.19. num.29.*

Vixquè forsan admitti posset præelectio cæco, ut dicunt, fato, & ideali fortunæ commissa, quoties eligere, vel præsentare debentes, prona animi alacritate, & studio perpendentes merita plurium prætendentium, hæ-
15 rerent circa gratificationem, & præelectionem, quia data paritate meritorum, & conflictatione proprii Judicii in eligentibus, etsi laudabilius esset [ut ait *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.2. cap.28. num.74. in fine*] recurrere ad Sententiam Episcopi; Adhuc abs re non esset, si Divino implorato præsidio, eadem præelectio demandaretur urnæ revolutioni, prout videntur consensisse *Troil. Malvet. de Sortib. part.3. sub num.11. vers. Nam sors tunc mittitur. Mandos. ad Regul. 33. Cancell. quæst.14. sub num.18. vers. sed advertendum. Garz. de Benef. part.5. cap.4. num.204. & seqq. Passerin. de Elect. cap.18. n.10. Matt. de Causis Consist. d. sect.19. num.31.* & incidenter dictum fuit *in decis.106. num.6. cor. Card. Cerro*, licèt contrarium etiam in hoc casu teneant *Castropal. Oper. Moral. part.3. tract.17. disp.1. punct.6. num.6. Del Bene de Offic. SS. Inquisit. part.2. dub.225. sect.3. per tot. Gonzal. in d. cap. final. num.8. in fine, de Sortileg.*

In præsenti verò casu nullibi constabat de æqualitate meritorum inter Michaelem, & Raphaelem, nulla etenim facta fuerat collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, sicuti *Canones* desiderant *in. cap. in Genesi 55. & in cap. Ecclesia vestra 57. de elect.* Verùm præ- 16
fati tres Presbyteri abeundum esse censuerunt in personam Michaelis de eo tempore puri layci, & idcircò remanente potiùs inæqualitate meritorum, neque etiam intrare valebat judicium sortis in terminis quoque tolerandæ limitationis, ex quo tam regula, quàm limitatio venit intelligenda in suis casibus, ad 17
notata per *Altogr. cons.68. num.46. lib.1. Modern. Mantuan. consult.110. num.18. Rot. dec.6. n.4. & dec.342. num.3. part.18. rec.*

Eoque propterea non erat opus discutere exemplar Sancti Matthiæ, qui fuit in locum proditoris Judæ subrogatus; Ultra enim quòd congruum tunc temporis videbatur per Sacrosanctum Collegium Apostolorum remitti non jam sorti, nisi nominetenùs, sed Divinæ Providentiæ, prævio jejunio, & oratione, 18
destinationem vacantis Apostolatus sub ulteriori enixa vocatione; *ostende nobis quem elegeris:* adhuc hodie idem Spiritus, qui ubi vult spirat, eodem modo, quo tunc præcordia Apostolorum inspiraverat, insufflavit etiam fortasse ob frigescentem charitatem in corda Summorum Pontificum Divi Petri Successorum, ut damnarent hujusmodi Electiones per sortem: Ac demum ulteriùs in eodem casu S. Matthiæ duo jam merito æquales juxta humanam prænoscentiam extiterant à sedulitate Apostolorum inter cæteros Discipulos undequaque dignos præelecti, undè nil mirum, si in hac paritate negocium cum tot circumstantiis, & præparationibus Divinæ Bonitati commissum fuit, ut benè respondendo ad hoc idem exemplar observant *Sebast. Medic. in Summ. Concord. Canon. Decret. caus.26. quæst.2. art.1. per tot. Donat. in Prax. Regular. part.2. tract.1. quæst.12. n.2. Del Ben. de Offic. SS. Inquisit. part.2. dub.225. sect.7. ex num.9. usque ad fin. Gonzal. in d. cap. fin. num.11. de Sortileg. Matt. de Caus. Consist. d. sect.19. num.29. & 30.*

Palpabant Defensores Michaelis hanc veritatem, & idcirco tentabant evitare dispositionem, ac forficem hujusmodi Jurium, & rationum sub eo prætextu, quòd eadem Jura, & rationes percuterent casum veræ, & effectivæ Electionis Canonicæ; non autem simplicis Præsentationis ineundæ per Magistratus, & personas seculares: sed Domini retenta distinctione, de qua supra, præ oculis habuerunt objectum ipsius Præsentationis, nam ubi actum extitisset de Magistratu Seculari, eligente aliquem, vel aliquos ad Officia, vel munera Secularia, profectò idem objectum ex superiùs animadversis valuisset colorari, aut etiam rectiùs substentari; Sed cum pertractaretur de Beneficio Ecclesiastico, & Patrimonio Christi, eadem ratio, quæ procedit in Electione, absque ulla assignabili dif- 19
ferentia militat etiam in Collationibus, ac Præsentationibus, teste ad abundantiam in his punctualibus terminis *Joann. Cirier. de Primog. lib.1. quæst.9. sub num.7. vers. Si enim non licet. Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. disput.5. quæst. 22. num.9. Rot. coram Duran. dec.291. num.36.* & in simili, quòd dispositio *Text. in cap. Avaritiæ, de elect. in 6.*, loquens de Electis ad ma-

majores Prælaturas, habeat etiam locum adversus præsentatos ad inferiora Beneficia, *Rebuff. in Prax. Benef. part.2. tit. de Subrog. Collitig. gloss.4. num.9. Vivian. de Jurepatron. lib.8. cap.8. num.12. cum tribus seqq. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.13. num.3. & 4. & n. 15. cum duobus seqq. Francesc. de Intrus. quæst.2. num.13. & 14. Corrad. in Prax. Benefic. lib.4. cap.7. num.16. Card. de Luca de Canon. & Capit. disc.26. num.10. Rota coram Bichio dec.351. n.1. & 2. & dec.22. ex num.15. usque ad finem, part. 16. recen.*

Destituti igitur iidem Defensores hoc præsidio ad excusandam nullitatem Præsentationis Michaelis, convolabant ad alterum fulcimentum ignorantiæ in ipsis Consulibus, quod nempè nesciverint hi, præsentationem factam à Presbyteris Compromissariis promanasse ab extractione schedularum ab urna: Sed & hoc motivum pariter mactabatur in facto, quia ultra notorietatem ipsius rei in parvo loco, legebatur *in Summ.* Raphaelis *n.3.* depositio quarti Testis, qui palàm asserebat una cum secundo Teste, percepisse à duobus in substantia Juratis, extitisse Michaelem præelectum per nudam sortem, sicque non erat ambigendum de positiva scientia Juratorum, cum illa resultaret ex depositione
20 duorum Testium, qui semper in omni materia plenè probant, ad *Text. in cap. in nostra, de testib. & in l. ubi numerus ff. eodem;* ma-
21 ximè in actu illorum nomine gesto, quemve non ignorare tenebantur, ad regulam, quòd paria sint scire, vel scire debere, de qua in *l. quod te, in fin. cum ibi not. per Gloss. ff. si cert. petat.* cum concordantibus per *Gratian. discept.194. num.1. Barbos. axiom.174. num.29.*

Et ita innitentes Domini etiam primordiali defectui Compromissi, & neglecta altera objectione Loci, in quo secuta fuerat Electio Raphaelis, tamquam abundè nuper interversa *in altera Decisione Leodien. Monasterii 4. Maji proximè præteriti §. Non itaque, & seq. coram Me,* resolverunt, utraque &c.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Mediolanen. Canonicatus.

Veneris 22. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Ad substinendam Gratiam Impetrationis factæ de Beneficio, vacante per assecutionem alterius incompatibilis, quoties agitur, non de præjudicio Provisi de secundo Beneficio, sed odiosi posterioris Impetratoris, primi consideratur vacatio, ipso Jure per incompatibilitatem inducta, nulla habita ratione temporis actualis dimissionis.

SUMMARIUM.

1 Literæ Apostolicæ, *non in omnibus justificatæ, nullam promerentur executionem.*

2 *Inter duos Provisos Apostolicos, ille venit præferendus, qui est anterior in Data sua Gratiæ.*

3 *Qui Beneficium impetrat, in cujus possessione jam alter existat, gravatur onere rigorosioris probationis ad hoc, ut obtinere valeat executionem suarum Literarum, quandam odibilitatem præseferentium.*

4 *Tum quia agitur de vindicando Beneficio ex manu viventis.*

5 *Tum etiam quia subsequens Gratia, præsupponens eandem vacationem, substineri nequit, tamquam facta de Beneficio jam pleno.*

6 *Ex duobus Beneficiis incompatibilibus, primum ipso Jure vacat per assecutionem secundi.*

7 *Et secuta vacatione, potest alteri liberè conferri ab habente jus conferendi.*

8 *Unum, & idem Beneficium, nequit ex facto unius personæ pluries vacare, nisi novus titulus acquisitionis superveniat.*

9 *Limita conclusionem, positam sub* num.6., *quòd ea non procedat, quoties obtinens secundum Beneficium incompatibile, nunquam habuit pacificam possessionem, sed passus fuit molestias, ob litis substentationem.*

10 *Incompatibilitas obstat retentioni post duos menses à die adeptæ pacificæ possessionis, non autem assecutioni secundi.*

11 *Declara limitationem, de qua supra n.9. quòd locum habeat, quando agitur de præjudicio illius, qui secundum Beneficium incompatibile obtinuit, nè citra ejus culpam utroque Beneficio privatus remaneat.*

12 *Secus autem, si agatur de præjudicio Impetrantis primum, independenter à Proviso de secundo, quia tunc vacatio dicitur inducta ipso jure, per solam Collationem secundi incompatibilis.*

13 *Lapsus bimestris, post adeptam pacificam possessionem, est expectandus, ut possit etiam induci vacatio secundi, per speciem pœnæ non dimittentis primum.*

14 *Reo, possessioni incumbenti, sufficit vincere per non jus Actoris.*

15 *Et hæc regula procedit etiam in Beneficialibus.*

16 *Gratia subreptitia, efficitur nulla.*

17 *Et talis existit, si non fuerit narratum id, quod si Principi innotuisset, vel non concessisset, vel saltem difficiliùs.*

18 *Decretum de dimittendo primum Beneficium, non impedit vacationem, jam à Jure inductam, per assecutionem secundi incompatibilis, sed refertur ad nudam detentationem de facto.*

19 *Quæ ad majorem cautelam adhibentur, nemini præjudicant.*

20 *Parvifaciendæ sunt lites in Beneficialibus, utpote quæ non carent suspicione, ad inventas esse ad retardandos Juris effectus.*

DECISIO XXV.

IN unum, eundemque adspirantes Canonicatum situm in Collegiali Ecclesia Sancti Nicolai Oppidi Leuci, Joannes Baptista Signorinus, & Basilius Baldesius; illum diverso tempore, varioque impetrationis modo obtinue-

nuerunt à Dataria Apostolica: Cum primus Gratiam reportaverit de anno 1695. sub obtentu, quòd vacaret per solam Collationem alterius Canonicatus impetrati ab Andrea Villa, ut patuit ex Literis Apostolicis datis in *Summ. num.*4. quarum vigore absque ulla contradictione adeptus etiam fuit Capitulariter illius pacificam possessionem, ut ex Instrumento exhibito in *dicto Summ. num.*5.

Secundus verò consimilem, sed posteriorem Gratiam obtinere curavit de anno 1697. sub narrativa, quòd inducta esset vacatio per actualem dimissionem factam à præfato Andræa Villa, ut ex Literis Apostolicis datis in altero *Summ. num.*8., quas cum *R. P. D. Sergardus* Judex Commissarius executioni demandaverit per suam Sententiam, prolatam favore dicti Baldesii; Ideò provocante adversus eam dicto Signorino, commissaque mihi Appellationis Causa, dubium hodie proposui *An sit procedendum ad legitimam executionem*, cui Domini existimarunt esse negativè respondendum.

Cum enim momentum hujus Causæ resideret in verificatione vacationis controversi Canonicatus, & de quo tempore fuerit inducta; propterea præmissæ in abstracto fuerunt vulgatæ, ac præliminares Juris theoricæ, in hac
1 materia Beneficiali regulariter per nostrum Tribunal admissæ, quòd scilicet quoties Literæ Apostolicæ non sunt in omnibus justificatæ, nullam promerentur executionem. *Rot. dec.*246. *num.*1. *part.*14. & *dec.*331. *num.*17. *part.*15. & *dec.*413. *num.*19. *part.*18. & *decis.*274. *num.*4. *part.*19. *rec. alibique passim;*
2 Quòdque inter duos Provisos Apostolicos, veniat ille præferendus, qui est anterior in Data suæ Gratiæ. *cap. duob.*, *de rescript. in 6. cap. eum cui*, *de præben. in 6. Rot. dec.*223. *num.*13. *part.*13. & *in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Penultimo*, *coram Me*, & *dicitur in reg.*17. *Cancellariæ*. Et demum quòd concurrente alterutrius pacifica posses-
3 sione capta, si quis postmodum in odium possessoris impetret idem Beneficium, gravatur onere rigorosioris probationis, ut valeat obtinere executionem suarum Literarum præseferentium quandam odibilitatem. *Gonzal. ad Reg. octavam Cancell. Gloss.*15. *num.*24. *Rot. dec.*46. *n.*9. *part.*12. & *dec.*231. *n.*4. *part.*15. & *dec.*412. *num.*15. *part.*18. *recent.* nedum ex
4 ea ratione, quòd agitur de vindicando Beneficio ex manu viventis, ut ad rem dixit *Rota dec.*128. *num.*2. *coram Cerro;* Verùm
5 etiam, quia subsequens Gratia, præsupponens eandem vacationem, substineri nequit, tanquam facta de Beneficio jam pleno, ex traditis per *Rot. dec.*997. *num.*1. *coram Seraphino*, & magis in puncto *dec.*116. *num.*1. *part.*16. *recent.* ubi concordantes, & *in Neapolitana*, *seu Tranen. Præceptoriæ* 20. *Jun.*1686. §. *Quod autem*, *cor. Me.*

His igitur præmissis, devenientes modò Domini ad applicationem in concreto casus præsentis, pro comperto habuerunt, nullam in controverso Canonicatu adfuisse vacationem de tempore, quo illum impetravit Baldesius. Nam admisso, prout controverti nequit, quòd Andræas Villa antiquus illius Possessor fuisset præsentatus à Patronis Laicis ad alterum Canonicatum Collegiatæ Ecclesiæ loci Incini, obtenta per ipsum Apostolica Gratia super derogatione medietatis vocum, quæ ab Executore deputato debitæ executioni demandata fuit, & per eundem Andræam capta possessio dicti secundi Canonicatus 6
*Summario Signorini num.*3., utique concurrente incompatibilitate inter utrumque Canonicatum, primus vacavit Ipso Jure per assecutionem secundi, *ad Text. expressos in capit. de multa*, ubi *Gloss.* & *Fagnan. de præbendis*, *cap. cum singula*, *eodem titul. in 6.* & *in Extravag. Execrabilis* §. *Si verò*, *eodem titulo*, cum quibus concordat etiam censura *Sac. Conc. Trid. cap.*4. *sess.*7., & firmant communiter plures, pleno calamo relati per *Ventrigl. in Praxi annot.*17. *num.*1. & 2. *lib.*1. & *annot.*3. *num.*12. *lib.*2. *Antonell. de Regim. Eccl. lib.*3. *cap.*3. §.1. *num.*2. *Rot. cor. Coccin. dec.*2060. *n.*1. & 10. *cor. Buratt. dec.*102. & 473. *utrobique num.*1. *dec.*54. *num.*16. & *dec.*154. *numer.*13. *coram Priol.* & *dec.*120. *num.*1. *part.*4. & *dec.*241. *num.*1. *part.*12. *rec.*

Data igitur tali vacatione, rectè potuit de anno 1695. conferri Signorino, ut expressè sancitum reperitur *in dicto cap. de multa*, *de* 7
præbendis ibi -- *is quoque*, *ad quem Prioris spectat Donatio*, *illud post receptionem alterius liberè conferat*, *cui meritò videbitur conferendum*, & concordat *Text. in cap. licèt*, *eodem tit. in 6.*, itaut cum esset jam consumpta dicta vacatio, non poterat ampliùs idem Canonicatus imperrari à Baldesio ex superiùs firmatis; Et ratio est, quia unum, idemque 8
Beneficium, nequit ex facto unius personæ pluries vacare, primò nimirum per assecutionem alterius Beneficii incompatibilis, & secundò per dimissionem, nisi novus titulus acquisitionis superveniat, ut considerat *Rot. dec.*599. *numer.*1. *part.*4. *divers.*, & *coram Coccin. d. dec.*2060. *num.*5.

Hinc minimè visum est obstare, quòd ad hoc, ut controversus Canonicatus vacaret per assecutionem, seu Collationem secundi incompatibilis, obtenti ab Andræa Villa, requireretur ejus pacifica possessio, non solùm de facto mediante perceptione fructuum, sed etiam de Jure, quòd scilicet illa esset absque controversia, & molestia, cum decursu 9
duorum mensium; Secus autem dicendum sit concurrente lite, qualis in themate præsenti dicebatur intercessisse super dicto secundo Canonicatu Andreæ Villa *ad tradita per DD. super cap. si sibi concesso*, *de præben. in 6. Gloss. in d. cap. de multa*, *eodem tit. V. post receptionem*, & reprobata doctrina *Innoc.* ita tradit *Fagnan. n.*10. & 11. *Ventrigl. d. adnot.*17. §.1. *num.*7., *Carz. de Benefic. part.*11. *c.*5. *à num.*100. *cum seqq.*, Incompatibilitas enim obstat quidem retentioni post duos menses à 10
die adeptæ pacificæ possessionis, non autem assecutioni secundi Beneficii. *Lotter. de Re Benef. lib.*3. *quæst.*23. *num.*17. *Ros. de Execut Liter. Apostolicarum cap.*5. *num.*195. *Rota coram Cerro dec.*359. *num.*8. & dictum fuit *in Colonien. Canonic. primæ Gratiæ* 13. *Februar.* 1696. §. *Minusque*, *cor. R. P. D. meo Muto.*

Quoniam pro omnimoda objecti remotione distinguebant DD., quòd aut agitur de præju-

judicio illius, qui obtinuit secundum Beneficium, super quo nunquam habuit pacificam possessionem, sed passus fuit molestias ob li-
11 tis substentationem, & in his terminis loquuntur, seu intelligi debent Doctrinæ in objecto relatæ, excludentes dicta vacationem, seu veriùs illam suspendentes, ea ratione, nè Provisus absque ejus culpa utroque Beneficio privatus remaneat. *Card. de Luc. de Benef. disc.54. n.5. Rot. cor. Seraph. dec.997. num.11.*, ubi hunc casum latè examinat, sed hic non est noster.

Aut agitur de præjudicio Impetrantis primum independenter à Proviso de secundo, prout in themate præsenti, & est certum,
12 quòd dicitur exorta vacatio ipso Jure per solam Collationem secundi incompatibilis, ex Doctrinis superiùs adductis, quam distinctionem tradit *Castren. in celebri cons.265. vers. sed agitur, lib.2. Card. de Luc. de Benef. d. disc.54. num.6. & 7.* eamque in puncto amplexa fuit *Rot. cor. Coccin. d. dec.2060. n.13. & dec.241. num.12. & seqq. part.12. rec.*, ubi quòd lapsus bimestris post adeptam pacificam
13 possessionem sit expectandus, ut possit etiam induci vacatio secundi per speciem pœnæ non dimittentis primum. *Card. de Luc. de Benef. disc.59. num.2. & Carol. Anton. de Luc. in Observ. ad Ventrigl.17. num.5. & in Colonien. Pastoratus* 28. *Jun.* 1688. §. *De non Jure*, *coram Me*.

Qua distinctione retenta, cum exceptio non faciendæ dimissionis, nisi terminata lite, fuerit tantùm reservata favore obtinentis secundum Beneficium, dubio procul non videtur allegabilis à tertio Impetrante, qualis est Baldesius, cujus Literæ, non solum carent debita verificatione super prætensa vacatione, prout requiritur, & per consequens non sunt exequendæ ex supra firmatis; præsertim
14 adversus Signorinum, cui etiam sufficit vincere per non jus Actoris, ut per *Text. in l. fin. C. de rei vindicat.* firmat individualiter *Rot. dec.231. num.1. part.15. rec.*, ubi
15 quòd hæc regula procedit etiam in Beneficialibus.

Verùm etiam, quia prefatæ Literæ Baldesii salvari nequeunt à vitio subreptionis ob non factam mentionem actualis possessionis captæ super controverso Canonicatu per Signorinum, & ab eodem ferè per biennium
16 continuatæ, quæ sanè subreptio operatur, ut Gratia Apostolica nullius roboris existat *ad Text. in cap. super literis*, ubi *Gloss. & Scribentes, de rescript. Rot. dec.399. num.13.*
17 *part.13. rec.* Pontifici enim semper narrari debet id, quod si illi innotuisset, vel non concessisset, vel saltem difficiliùs. *Rot. decis.372. num.6. part.17. recent.*

Absque eo quòd prædictis visum sit adversari objectum fundatum in altera Gratia revalidatoria *Perinde valere*, obtenta ab eodem Villa super secundo Canonicatu, in qua legitur Decretum de dimittendo primum, & proinde arguebant Defensores Baldesii, quòd Signorinus non poterat illum impetrare ante effectivam, seu realem dimissionem, non factam à Villa nisi de anno 1697., ut ex transactione data in *Summ. Baldesii num.6.*, siquidem omisso, an Signorinus habuerit, nec 18
nè, scientiam dicti Decreti; Hoc unum est certum, quòd illud non impedit vacationem jam à Jure inductam per prius, sed refertur ad nudam detentionem de facto, ut de consimili verbo *dimittere* juxta *Gloss. in d. Extravag. Execrabilis* dixit in proposito *Rot. d. dec.2060. cor. Coccin. & dec.599. sub num.1. part.4. divers.*

Præterquamquòd animadversum quoque fuit, quòd cum in priori Gratia impetrata à dicto Villa, & relata in *Summ. Signorini num.1.*, legeretur expressio primi Canonicatus absque ullo Decreto de dimittendo; Indè se- 19
quitur, quòd sanatoria *Perinde valere*, ubi illud appositum fuit, remansit superflua, & tanquam citra necessitatem, & ad majorem tantùm cauthelam reportata, nemini præjudicat. *Rot. dec.148. num.10. part.18. rec.*

Demum pro coronide additum fuit, quòd quicquid sit de existentia prætensæ litis de facto super secundo Canonicatu, quem assecutus fuit Andræas Villa ex datis in *Summ. Baldesii à num.2. ad 6.*, adhuc super ea non poterat constitui aliquod fundamentum pro impedienda prima vacatione inducta à Jure favore Signorini, cum plerumque contingat in subjecta materia Beneficiali hujusmodi lites non carere suspicione collusionis, & esse 20
adinventas ad retardandos Juris effectus; Ideoque illas esse parvi faciendas monuit *Castren. d. cons.265. versus finem*, & dixit novissimè *Rot. in Asculana Beneficii Ven. 6. Aprilis 1699.* §. *Potissimè*, *confirmata* 8. *Martii* 1700. *cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. ANSALDO.

Mindonien. prætensæ observationis Constitutionis.

Lunæ 12. *Januarii* 1705.

ARGUMENTUM.

Capitulum non habet facultatem obligandi ad Syndacatum Officiales ab Episcopo deputatos.

SUMMARIUM.

1 *Quilibet Appellans, intra annum à die prætensi gravaminis, procurare debet Commissionem restaurativam Appellationis, & infra biennium prosequi Causam ejusdem Appellationis.*
2 *Justitia, vel injustitia antecedentis judicati, semper & principaliter attendi debet pro canonizanda, vel excludenda re judicata.*
3 *Quilibet Officialis generaliter rationem reddere tenetur suæ administrationis.*
4 *Extende etiam ad Supremos Magistratus.*
5 *Onus redditionis rationis à Principe non remittitur, nisi vel Officiales munus exerceant sub illius oculis, vel ei placeat derogare adversativæ Juris dispositioni.*
6 *Officiales tamen à Superiore deputati, non sunt*

sunt cogendi ab inferiore ad redditionem rationis, & num.7.
8 *Sede Episcopali vacante, Capitulum succedit in locum Episcopi in iis, quæ sunt Jurisdictionis, non tamen Ordinis.*
Non potest autem se immiscere in iis, quæ ab Episcopo prædefuncto gesta fuere, vel ligare Successorem suis ordinationibus. ibidem.
9 *Posterior ordinatio prioribus est præferenda.*
10 *Vicarii, seu alii Officiales Episcoporum, non tenentur stare Syndacatui.* & n.12. 13. & 14.
11 *Decreta* SS. Congregat. *faciunt Jus quoad omnes, exceptis iis, quæ dependent à facto particulari.*

DECISIO XXVI.

Reverendissimi Hispaniarum Nuncii Tribunal definiverat, assertam à Capitulo Constitutionem Synodalem anni 1617., per quam videbatur sanciri, quòd nonnulli Officiales minimè valerent proprium munus exercere, nisi præstita cautione de fideliter administrando provinciam eis demandatam, ac proindè de stando juri, & Syndicatui, nequaquam afficere Officialem generalem, aliosve Ministros Mensæ, & Curiæ Episcopalis: Appellantibus verò Capitularibus è contra litigantibus, Causamque eorum appellationis tantummodò prosequentibus post fermè consummatum triennium, contigit ad limites, & respectivè viscera hujus controversiæ disceptari adversus eosdem Capitulares prosequentes illorum querimoniam, sive appellationem, utrùm potiùs *constaret de re judicata* materialitèr, & palam jam insurgente ex præfata contumacia, sive silentio supra biennium. Quapropter *Domini* nullibi in hoc negocio fluctuantes, facilè, unoque ore responderunt, non minùs inspecta figura, & tela Judicii, quàm etiam palpata justitia Judicati præcedentis, *Constare de re judicata*.

Etenim, ut præmisimus, jam suapte natura per lapsum supradicti biennii assurgebat res judicata, cum quilibet Appellans obstringatur intra annum à die prætensi gravaminis procurare Commissionem restaurativam Ap-
1 pellationis, & infra biennium arctetur prosequi Causam ejusdem Appellationis, sive præbere indicia commemoratæ prosecutionis, ut commixtim tradunt *Decian. consil.436. num.1. Marant. in Specul. part.6. art.2. num.231. Scacc. de Appellat. quæst.15. art.8. n.119. Ossasch. decis.28. num.4. & seqq. Rot. dec.457. num.1. cor. Seraphin. dec.33. n.4. coram Cavaler. dec.812. num.1. cor. Dunozett. Sen. dec.154. num.2. cor. Royas. dec.586. num.2. coram Emerix Jun. & in rec. dec.69. num.2. part.6. dec.226. num.2. & decis.546. num.1. part.19.*

Ast præter materialitatem ordinis, & telæ judiciariæ, fulgentiùs emicabat justitia, & respectivè excludebatur injustitia antecedentis,
2 ut pariformiter diximus, Judicati, quod sanè semper, & principalitèr attenditur in canonizanda, vel excludenda re judicata, ex solo lapsu temporis derivante, ad novissimum *Text. in l.4. §. Condemnatum ff. de Re Judicat. Vestr. in Prax. lib.7. cap. fin. Cassador. dec.4. in fin. de appellat. Albit. de Inconstant. in Judic. quæst.37. num.315. & sequen. Rot. decis. 373. num.7. coram Dunozett. Jun. dec.156. num.3. part.2. rec. in Auximana Jurispatronatus 27. Junii 1701. §. Rationem, cum sequen. in Melevitana Beneficii 19. Junii 1702. §. Quin in ratione, & in Leodien. Exemptionis 2. Julii 1703. §. Adhuc in omnibus, coram Me.*

Licèt enim petitio Capitularium abstractivè appareret fundata super generica obligatione, quòd quilibet Officialis teneatur reddere rationem villicationis suæ, juxta celebrem determinationem *Innocenti III.*, stabilitam in ge- 3
nerali *Concilio Lateranensi* usque ad exemplum Sanctissimi Nostri Salvatoris, qui apud *Sanctum Evangelistam Joannem* se quodammodo subiicere voluit accusantibus, per illa verba -- *Quis ex vobis arguet me de peccato?* & apud *D. Lucam* de cæteris loquendo -- *redde rationem villicationis tuæ* --, quemadmodum uberiùs legitur *in cap. qualiter, & quando, il secondo de accusation.*, & cui sanè Divino præscripto concordavere leges prophanæ *Zenonis Imperatoris in l. prima Cod. ut omnes Judic.*, ex his, quæ per hæc, & similia Jura, & exempla adnotavere *Raudens. consil.49. num.1. & seqq. Pignatell. Consult. Canonic. tom.9. consult.76. sub num.1. Dulcet. de Syndicat. quæsit.1. Bobadill. in Polit. lib.1. cap.1. Solorzan. de Jur. Indiar. lib.4. cap.8. num.1. & 2. Berart. de Visitat. Magistrat. cap.1. num.7. Mastrill. de Magistrat. lib.6. cap.1. à num.2. ad seqq. Borell. De Magistrat. Edict. lib.1. cap.15. num.1. Capiblanc. de Baron. & eor. Offic. pragmat.5. num.180. De Angel. de Official. Baron. cap.37. num.2. Cald de Visitat. Magistrat. differt.17. num.6. & seqq.* ubi etiam de Supremis Magistratibus. *Zaul. Obser-* 4
vat. ad Statut. Faven. lib.1. rub.9. à num.1. ubi latè de necessitate Syndicatus.

Adeout subextenderint DD., ut neque hoc per Principem dispensari valeat, etsi remittere volente hujusmodi subjectionem Syndicatui, & redditioni rationis, nisi vel Officiales exer- 5
ceant eorum Officium sub oculis Principis, ut in Urbe animadvertit *Scac. de Appellat. quæst. 19. remed.4. num.8.* vel eidem Principi placeat adversanti dispositionis Juris derogare, & dispensare, ut prosequuntur *Bart. consil.172. n.5. lib.1. Muta super cap. Regn. Sicil. tom.3. cap.7. num.118. Ludovic. Rodulph. de Absolut. Princ. Potest. cap.6. num.69. concl.7. Fragos. de Regimin. Reip. part.1. lib.7. disp.23. num.6. & 7. de Angel. de Official. Baron. cap.37. num.1. Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. cap.19. numer.40. in fin. Zaul. Observ. ad Statut. Faven. lib.1. rubric.9. num.5.*

Nihilominùs Domini sapienter ponderarunt, hanc thesim non congruere hodiernis facti circumstantiis, videlicèt quando Capitulares prætendunt imponere jugum hujus servitutis Officialibus habentibus dependentiam 6
ab eorum Superiore: Nam si *par in parem non habet imperium*, ut inquit *Cott. in Memorial. V. Par. fol. mihi 657.*, quid dicendum, ubi inferior, sive inferiores, quales sunt Capitulares respectu Episcopi, satagunt animadvertere contra Superiorem, sive habentem super-

7 intendentiam à Superiore? obsistente regula, de qua *in cap. inferior. distinct.21. Federic. de Senis cons.12. num.2. vers. item videtur. Surd. cons.558. num.3. cum seqq. Oldrad. cons.259. n.6. vers. tamen ad Jura. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.2. glos.1. num.20. Fermosin. de Cap. Sed. Vacant. quæst.11. num.21. & 30. Cavalcan. dec.11. num.49. part.1.* cum aliis *in Carpentoraten. Parochialis de Marzan. 13. Februarii 1699. §. fin. coram Me, inter hactenus impressas dec.72.*

Quòd si Capitulum viduata Sede Episcopali quodammodo in illius locum succedit;
8 in iis tamen, quæ sunt Jurisdictionis, & non Ordinis, ad tradita per *DD. in cap. illa, nè Sede vacan. Abbas in cap. cum olim, de majorit. & obed. Filliuc. Quæst. Moral. tom.3. tract.41. cap.2 num.4.* cum aliis apud *Barbos. de Canonic. & Dignit. cap.42. num.61. & 113.*, hoc tamen locum sibi vindicat durante illo spatio Sedis viduatæ, non tamen sese potest commiscere in iis, quæ gesta fuerunt ab Episcopo prædefuncto, cujus non est Assertor, neque Vindicator, neque ab Episcopo futuro, quem ligare non potest suis legibus, & ordinationibus, ut habemus in Sacrosancto Consessu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Summum Pontificem eligentium, & in Capitulationibus cassatis, & abolitis per *sa. mem.* Pontificem Innocentium XII. ut in ejus *Constit. inter impressas in ordine 151.*

Quapropter minimè refragabatur ab initio laudata Constitutio Synodalis anni 1617., non minùs ex quo laborabat defectu Pontificiæ confirmationis, quæ poterat abscedere à Jure; Verùm etiam quia in suis terminis non ostendebatur usu recepta secundum Testes extraditos ex parte Reverendissimi Episcopi, & ulteriùs evincebatur abrogata (forsan agnito pravo intellectu, vel abusu) per alteram consimilem Constitutionem anni 1679., quæ
9 sanè posterior ordinatio etiam quatenus, opus fuisset, erat præferenda vulgatis Juribus, de quibus *Soccin. Sen. cons.145. sub num.5. lib.1. Surd. cons.202. num.1. Thomas. reg.230. Rot. decis.2060. num.17. coram Coccin. dec.424. num.14. coram Dunoz. Jun. dec.222. num.3. coram Cels. dec.11. num.12. coram Bich. dec.61. num.8. coram Ninot., & in rec. dec.531. num.10. part.18. & decis.304. num.12. part.19.*

Adstipulabantur pro tutiori coronide, oracula Sanctæ Sedis Apostolicæ promulgata occasione aliarum Ecclesiarum, & signanter de-
10 claratio *san. mem. Gregorii XIII.* sub anno 1578., cujus verba recenset *Augustin. Barbos. de Offic. & Potest. Episc. part.3. alleg.54. num.183.* Ulteriùs animadvertens, contrarium sensum, si qui irrepserat in Hispaniis, non esse attendendum; Licèt namque hæc declaratio, seu Constitutio, emanaverit pro Ecclesia Tarentina Italicæ Provinciæ, veluti tamen innixa eidem genericæ rationi, & fundamento, facit
11 jus quoad omnes Ecclesias, ut in durioribus terminis simplicis declarationis Sacrarum Congregationum, circa ea, quæ non dependent à facto particulari, perpenderunt *Barbos. de Jur. Eccles. in univers. lib.1. cap.4. num.81. Marchett. de Sepult. §.6. num.13. Adden. ad Buratt.*
12 *dec.479. num.21.*, & in terminis hujusce Constitutionis *sa. mem. Gregorii XIII.* tradiderunt *Quarant. in Summ. Bullar. V. Capitulum Sede Vacant. quæst. 10. num. 14. Fermosin. eodem tract. quæst.11. num.8. Gavant. in Manual. V. Vicarius Generalis, num.33. Nicol. in Floscul. V. Vicarius, num.53. & 54. Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neapol. cap.58. Pax. Jordan. Lucubr. Eccles. tom.2. lib.12. tit.1. num.286. Conciol. Resol. Crimin. V. Syndicatus, resolut.3. n.3. Card. de Luca de Judic. disc.5. num.11.* & in adnotatione ad *Conc. disc.31. num.21.*

Addebantur, quantumvis ad exuberantiam, in idem Decreta prædictarum *Sacrarum Congregationum*, nempè Episcoporum, & Regularium, & Sanctæ R. Ecclesiæ Cardinalium Interpretum *Sacri Concilii Tridentini*, quæ hoc ipsum in consimili controversia *in una Tarentina sub anno 1601. & in Carthaginen. de anno 1622.* declaravere, fortasse etiam quia 13 aliàs segniores redderentur Officiales Episcopi viventis, si pertimescerent, quod ea, quæ gesserunt sub oculis ejusdem Episcopi viventis, valerent postea subjectari Syndicatui inferiorum, quandoque percussorum, quod ma- 14 ximè in omni Regimine Ecclesiastico, vel Laico, cavendum est ad propulsandas querimonias, & possibiles calumnias injustè reclamantium, & nè refrigeretur vigilantia, & correctio Superiorum, teste *Genuen. in Prax. Cur. Archiepiscop. cap.73. in adnot. num.2. 3. & 4. Pax Jordan. Elucubrat. Divers. lib.12. tit.2. sub num.44. Fermosin. de Cap. Sede Vacan. cap.11. num.21.*

Atque ita resolutum fuit Episcopo benè, ac solùm informante &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Moguntina Canonicatus.

Luna 1. Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Retinens duo Beneficia incompatibilia, quorum utrumque requirat personalem residentiam, absque dispensatione Apostolica, per non dimissionem primi, intra bimestre à die adeptæ possessionis secundi, utrumque amittit; non obstante generali contraria consuetudine, vel particulari alicujus Ecclesiæ Statuto, vel illius devastatione.

SUMMARIUM.

1 *Non possunt obtineri duo Canonicatus, quorum uterque personalem, ac præcisam residentiam requirit.*
2 *Et si prior non dimittatur intra bimestre à die adeptæ possessionis secundi, inducitur ipso Jure utriusque vacatio.*
3 *Excluditur incompatibilitas ex generali Germaniæ consuetudine retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diversis Cathedralibus, & Collegiatis. Contrarium n.6. & 7.*
4 *Item ex particulari Statuto alicujus Ecclesiæ, requirente solummodo residentiam causativam, non autem præviam, & perso-*

sonalem, incompatibilitatis inductivam. Contrarium n.8.9. & 10.

5 *Sicuti pariter ob destructionem Cathedralis, vel Collegiatæ, per hostium irruptiones, undè residentia personalis redacta fuerit ad statum impossibilis implementi. Limita n.12.*

11 *Accedente propria confessione retinentis plura Beneficia incompatibilia, excluditur ea bona fides, per quam pœnalis privatio, à Jure inducta, potuisset declinari.*

13 *Canonicatus non remanet exemptus ab onere residentiæ ob modicitatem fructuum.*

14 *Ita ex eadem causa non tollitur illius incompatibilitas cum altero.*

15 *Lis super secundo Beneficio incompatibili, habita post jam inductam vacationem, non est attendenda.*

16 *Vacatio Beneficii inducitur ex non facta mentione Beneficiorum jam obtentorum.*

DECISIO XXVII.

Responsum fuit, procedendum esse ad legitimam executionem Literarum Apostolicarum Nicolai, quia iterum justificatus videbatur modus Vacationis in eis expressus, super quo unicè residet Articulus controversiæ, quòd nimirum Joannes Petrus, nulla intercedente Apostolica dispensatione, retineret duo incompatibilia, Canonicatum nempè cum Decanatu in Collegiata Ecclesia S. Andreæ Vvormatien., & alterum Canonicatum Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurti ad Mœ-
1 num, quorum uterque cum personalem, & præcisam requireret residentiam, juxta apertam sanctionem *Sac. Concilii Trident. in cap. 12. sess.24. de Reformat.* & ibidem relatis concordantibus observat *Barbos. in Adnotation. num.53.& seqq.*, per non dimissionem primi intra Bimestre à die adeptæ possessionis secun-
2 di, inducta fuit ipso Jure utriusque Vacatio, tam ex antiquiori Juris determinatione *in cap. de multa, de Præbendis, & in Extravaganti Execrabilis §. Si verò deinceps, eodem Titulo*, quàm ex novissima *Sac. Concilii Tridentini in cap.5. sess.7. & cap.17. sess.24. de reformat.* plenè *Fagnan. in cap. referente, sub num.8. & in d. cap. de multa n.8. & 25. de Præbendis. Rota in Colonien. Pastoratus 13. Januarii 1687. §. Aut allegatur, & 28. Junii 1688. §. De non Jure, cor. R. P.D. meo Molines*, & cæteris adductis probat *decisio Causæ, edita in superiori Instantia 6. Aprilis anni præteriti §. Qualitates autem, coram Reverendissimo D. meo Decano.*

Neque incompatibilitas prædictorum Canonicatuum, à Jure Conciliari inducta, excludi, iterum visa est, vel in universum, ex generali contraria consuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas resi-
3 dentiales in diversis Cathedralibus, & Collegiatis, de qua *Amayden. de Stylo Datariæ lib.1. cap.17. sub num.26. & 29. Layman. Oper. Moral. lib.4. tract.2. cap.6. num.2. & cap.8. sub num.6. in fin. Enric. Peyrin. in Compend. Jur. Canon. lib.3. tit.4. §.3. & lib.3. tit.5. §.5. sess.5. in fin. Claud. Puritan. de Reddit. Eccles. quæst.3. vers. quare, & quæst.6. per tot.*, vel ex particulari Statuto Ecclesiæ S. Andreæ Vvormatiæ, per quod dicebatur re- 4
quisita solummodo residentia causativa, non autem præcisa, & personalis, incompatibilitatis inductiva. *Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloss.15. num.20. & seqq. Pax Jordan. Elucubrat. tom.2. lib.10. tit.28. n.16. & seqq. Rota dec.483. num.1. & seq. part.1. divers. & decis.13. num.3. & seqq. coram Bichio*, vel demum quia destructa per bellicas irruptiones hac Collegiata Ecclesia, residentia personalis redacta fuerit ad statum impossibilis imple-
menti, ita ut illius Canonicatus habitu dum- 5
taxat, non autem actu residentiales, desierint esse incompatibiles cum altero verè Residentiali. *Barbos. de Offic. Parochi part.1. cap.1. num.50. & 5. Rot. coram Bichio dec.198. n.50. & in rec. dec.341. num.3. & 4. part.15.*

Quandoquidem contra prædictam generalem consuetudinem Germaniæ duplex occcurrit responsio; Altera, quòd illa minimè probatur cum suis requisitis legitimè præscripta
ex Auctoritatibus in contrarium laudatis: tum 6
quia excepto *Amayden.*, qui etiam fatetur loqui contra sensum *Rotæ in dec.600. coram Manzaned.*, quam refert per extensum, cæteri non excludunt, quin requiratur Apostolica dispensatio, quam passim concedi in Germania observat *Kochier. ad Regul. Cancell.51. de dispensat. num.5. & 6.* ex rationibus, quas affert *Card. Pallavicinus in Historia ad Concil. Trid. lib.24. cap.12. num.17. circa fin. Fagnan. in cap. dudum, n.29. de elect.* Tum quia contrarium apertè convincunt tot Resolutiones nostri Tribunalis, quod nunquam retentionem plurium Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Germaniæ, tam sub eodem, quàm sub diverso tecto admisit, nisi Apostolica præcesserit dispensatio, & utramque tam Juris communis, quàm *Sac. Concilii Tridentini*, dispositionem servari in illis partibus præsupposuit, ut præter Decisiones allegatas in *præterita Decisione §. Et quidem*, patet ex novissimè firmatis *in dicta Colonien. Pastoratus 13. Junii 1687., & 28. Junii 1688. coram R. P. D. meo Molines, & in Colonien. Canonicatus 19. Junii 1693. §. Nec Bernardus, coram Eodem*; Et ex
his promanat altera responsio, quòd videli- 7
cet consuetudo prædicta etiam probata non relevaret, & summa quidem ratione, cum illam prorsus inficiat *Concilium in dicto cap.12. sess.24.*, itaut nec attendi immemorabilem ex mente *Sac. Congregationis Concilii*, præter allegatos in *præcitata Decisione §. Nec ad evitandam*, firmat *Fagnan. in cap. cum omnes, numer.31. & seqq. de Constit.*, quem refert, & sequitur *modernus Pignattell. Consult. Canon. 144. num.9. & 10., & consult.115. numer.11. tom.9.*

Non item officit particulare Statutum Ec-
clesiæ S. Andreæ; Tum quia ex eo, quòd 8
prohibeat Canonicis non residentibus medietatis fructuum perceptionem, cum non loquatur per verba taxativa, non exindè sublata videtur Juris dispositio, pœnam privationis superinducens; Quicquid secus esset, si versaremur in simplicibus Capellanis, sub Conciliari sanctione non venientibus, quæ se-

seclusa peculiari lege fundationis; ex universali consuetudine Residentiam non requirunt, & de his loquuntur *Authoritates in objecto allegatæ*, & dictum fuit *in Valentina Beneficii super Gratia subrogationis* 17. *Februarii anni præteriti* §. *Nec obstat*, *coram Me*; Tum
9 etiam quia cum dispositio Conciliaris, inducens præcisam, & personalem residentiam in Canonicatibus Collegiatarum, deroget, ut præfertur, cuicunque Statuto, vel consuetudini in contrarium, consequens fit, ut præcisa lege in limitatione fundationis adjecta, quam unicè esse attendendam advertit *Card. de Luc. in Adnot. ad Concil. dist.*4. *sub num.*12., illud minimè attendi debeat, nisi ostendatur fuisse
10 Apostolica auctoritate in specifica forma, & ex certa scientia confirmatum. *Fagnan. in cap. licet*, *num.*62. *de Præben.*

Potissimum verò quia contra assertam dispositionem Statutariam stat propria ejusdem Joannis Petri confessio, qui monitus à Capitularibus Ecclesiæ Collegiatæ S. Bartholomæi, ut vel dimitteret primò dictum Canonicatum, vel desuper Apostolicam impetraret dispensationem, hanc se impetraturum spopondit;
11 Factum enim hoc, nedum adversatur utrique, & generali, & particulari consuetudini in contrarium, verùm præterea excludit eam bonam fidem, per quam pœnalem privationem à Jure inductam declinare potuisset, ut benè prosequitur *præterita decisio Reverendissimi Decani* §. *Demum*.

Devastatio denique prædictæ Collegiatæ, ex qua inferebatur residentiam evasisse habi-
12 tualem, non relevat, dum adhuc effulget spes illius probabilis reparationis, ad latè deducta per *Fagnan. in d. cap. de multa*, *num.*44.

Præterea frustra repetebat Joannes Petrus pro evitanda vacatione, in Literis Nicolai expressa, quòd non probetur ipsum possedisse utrumque Canonicatum cum actuali fructuum perceptione, quinimmò id apertè excludatur, ex quo paucos, quos ex priori percepit, in Ecclesiæ Beneficium erogaverit; Possessio verò secundi interversa fuerit per litem cum Capitulo habitam: Quoniam perceptio fructuum primi probata remanet ex hoc ipso, quòd illos in pios usus impendit, & ex eorum modicitate, quemadmodum Ca-
13 nonicatus ab adnexo onere Residentiæ non evasit exemptus, ut relatis Resolutionibus *Sac. Congregationis Concilii* observat *Pignattel. consult. Canon.*115. *num.*8., *& seqq. tom.*9.,
14 ita nec tollitur illius incompatibilitatis cum altero. *Fagnan. in cap. super inordinata*, *n.*8. *de Præben.* Lis autem super secundo non pro-
15 batur ex informibus documentis, & probata non relevaret, uti percutiens suspensionem fructuum, postquam jam præcedenter fuerat inducta vacatio, ut etiam observat *prædicta Decisio Reverendissimi Decani* §. *Minusque relevabat*.

Et ita, absque eo quòd opus fuerit desumere Vacationem, resultantem, ex quo Joannes Petrus in nova Provisione controversi
16 Canonicatus S. Bartholomæi mentionem non fecerit, tam prædicti Canonicatus S. Andreæ, quàm alterius ab ipso pariter obtenti in Collegiata S. Leonardi, per *Text. in cap. si motu proprio*, *& cap. non potest*, *de præben. in 6. Rota in Valentina Vicariæ* 7. *Junii* 1694. *cor. Reverendiss. D. meo Decano*, resolutum fuit utraque parte audita.

R. P. D. URSINO.

Novarien. Aggregationis.

Ven. 20. *Junii* 1681.

ARGUMENTUM.

Canonicis aggregatis, existentibus in quasi possessione peragendi aliqua negocia Capitularia una cum Canonicis antiquis, concedenda est manutentio quoad omnia dependentia à titulo, & jure universali Aggregationis; cum distinctione tamen, quòd admitti debeant ad actus, respicientes ipsum Corpus Capituli, non autem particulares personas Canonicorum; & alia plura ad materiam manutentionis.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio danda est ei, qui possidet.*
2 *Canonici aggregati faciunt cum antiquis unum Corpus Capituli, Ecclesiam repræsentans*, & n.18.
3 *Quando causa est universalis, possessio, quoad unum particularem actum acquisita, suffragatur etiam quoad omnes*, & num.14.
4 *In iis, quæ sunt communia pluribus, non uti singulis, sed uti universis, ubi agitur de rebus necessariis, sat est consensus majoris partis.*
5 *Non dicitur interversa possessio, stante prohibitione, nisi etiam probetur acquiescentia.*
6 *Possessione per actus præcedentes perfectè quæsita, non attenduntur actus posteriores, tanquam turbativi, & clandestini*, & n.12.
7 *Possessio resultans ex actibus proximis tempori motæ litis, & conformibus Juris assistentiæ, semper est præferenda.*
8 *In Summarissimo retinendæ remedio sola detentatio, & nudum factum inspicitur.*

Eadem coram Eodem.

Ven. 12. *Julii* 1682.

9 *Ex unico etiam actu acquiritur possessio.*
10 *Manutentio non datur, nisi præcedenter justificetur possessio.*
11 *Denegatur autem ei, qui à possessione ex propria voluntate, & facto cecidit.*
13 *Protestationes præservant possessionem jam acquisitam.*
15 *Particularis expressio alicujus rei firmat regulam contrariam in reliquis non expressis.*
16 *Genus præcedens per subsequentem specierum enumerantem limitari non solet.*
17 *Dictio* acciò *causam designat.*

19 Optio

19 *Optio introducta in Præbendis erectis non extenditur ad noviter auctas, quæ sunt distinctæ, ac diversæ naturæ.*

20 *Neque datur in iis, quæ sunt de Jurepatronatus laicali.*

21 *Ob productionem tituli in Judicio manutentionis, non admittuntur exceptiones respicientes ipsius validitatem, nisi sint claræ, & indubitatæ.*

Eadem coram Eodem.

Ven. 31. Julii 1682. in Relationibus Causarum.

22 *Qui sentit commodum, sentire debet & incommodum.*

23 *Canonici novi tenentur ad onera Capituli, quando onus ipsum, & commodum respicit Corpus Capituli.*

24 *Actus facultativi non sunt manutenibiles.*

DECISIO XXVIII.

ANtonius Langus Canonicus Insignis Collegiatæ S. Gaudentii Novariæ, in ultimo sub quo decessit elogio, sibi scripsit hæredem præscriptam Ecclesiam, ea addita conditione & lege, ut ex fructibus, & redditibus universæ suæ hæreditatis cumulato sufficienti multiplico, decem erigerentur Canonicatus, totidemque Præbendæ, qui ad majus Divini Cultus augumentum uniri, & aggregari deberent Capitulo Canonicorum tunc existentium in eadem Ecclesia, reservato perpetuo Jurepatronatu ad favorem propriæ Familiæ Langhæ pro quatuor Canonicatibus, ad favorem Consilii Generalis Novarien. pro totidem aliis, & demum pro reliquis duobus favore Capituli ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ, uti latiùs apparet ex Testamento dato *Summ. Act. numer.* 1.

Cum autem post elapsum sexennium ab obitu Testatoris compertum fuerit, quòd ex prędictis Bonis hæreditatis Antonii, detractis oneribus, & necessariis expensis, tot redditus non supererant, qui cumulari, & multiplicari valerent, nisi post longum, & diuturnum temporis spatium pro sufficienti quantitate necessaria ad erectionem omnium decem Canonicatuum, fuit proindè ab Executoribus Testamentariis impetratum de anno 1672. Breve Apostolicum, cujus vigore, prævia reductione numeri à Testatore præfixi, authoritate Apostolica erecti fuerunt quinque dumtaxat Canonicatus cum explicita reservatione Jurispatronatus pro Familia Langa super duobus, pro Civitate Novariæ super aliis duobus, & pro Capitulo Collegiatæ super remanenti.

Secuta verò hujusmodi erectione cum pleno consensu Capituli, Vicarius Generalis Curiæ Episcopalis Novarien., uti Sedis Apostolicæ Delegatus, ad formam Testamentariæ dispositionis quinque Canonicatus noviter erectos univit, atque aggregavit Capitulo, & Canonicis antiquis prædictæ Collegiatæ S. Gaudentii Itaut, cum ipsis habeant stallum in Choro, vocem & votum in Capitulo in quocunque casu, gaudeantque iisdem privilegiis & prærogativis, aliis Canonicis concessis, ut sunt verba præcisa decreti relati in *Summ. prædicto num.* 1.

Orta deindè nonnullis ab hinc annis controversia inter Canonicos antiquos, & aggregatos, super Jure, & quasi possessione exercendi actus Capitulares, & Judicio coram Vicario Generali Novariæ introducto, fuit ab isto concessum Canonicis novis mandatum de manutenendo super quasi possessione votandi, cooptandi Canonicos Coadjutores, negocia Capitulariter proponendi, aliaque faciendi, & postmodum ab eodem fuit per diffinitivam Sententiam declaratum, moderationem novæ Aggregationis, sive erectionis, à Canonicis antiquis prætensam, faciendam non esse, & Canonicos Hæreditatis Langhæ ab impetitis fore absolvendos. Causa post hæc ad Rotam devoluta, & disputato hodie coram Me dubio — An novis Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Gaudentii Novariæ sit dandum mandatum de manutenendo in possessione exercendi Actus Capitulares, & alia negocia Ecclesiæ Collegiatæ, insimul cum Canonicis antiquis peragendi, favorabilis pro novis Canonicis prodiit resolutio.

Cum enim ipsi concludenter docuerint de quasi possessione votandi in actibus Capitularibus, interessendi, aliaque Ecclesiæ Collegiatæ negocia peragendi una cum Canonicis antiquis & Capitulo, tam ex Instrumentis publicis, in quibus plures actus continentur Capitulares, datis in *Summ. num.* 2. 3. & 4., quàm ex mandato de manutenendo in Partibus obtento, & successivè illorum quasi possessione in executione illius continuata, omnis Juris ratio postulat, ut in ea sint manutenendi, ex celebri Interdicto Prætoris, vetante vim fieri ei qui possidet, de quo *in l. unic. C. uti possidetis ita possid. ff. de acquir. poss. & §. Retinendæ Inst. tit. de Interdict.* 1

Concurrente præsertim pro hujusmodi quasi possessione apertissima Juris assistentia, quæ resultare videbatur ex erectione quinque Canonicatuum, authoritate Apostolica facta, nec non ex successiva illorum aggregatione; sive illorum unione ad Capitulum Canonicorum antiquorum cum pleno jure Canonicali, Stalli in Choro, ac vocis in Capitulo, qua attenta, novi Canonici effecti dicuntur de Corpore Capituli, omniaque Jura Capitularia tam in Choro, quàm in Congregationibus, consecuti fuerunt, & consequenter fundatam habent intentionem in Jure generaliter quoad omnes actus, & functiones Canonicales, sicque quoad quasi possessionem eadem Jura communicata exercendi, tanquam fructus Aggregationis secutæ, qua mediante unum con- 2
stituere dicuntur Corpus Capituli Ecclesiam repræsentans, ad *Text. in cap. final. §. De illis de concess. Præben. in 6. Fagnan. in cap. dilectus il 1. num.* 19. & 26. *de Prabend. Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 3. *num.* 15. *Posth. de Manut. observ.* 40. *num.* 20. latè *Tondut. Quæst. & Resol. Benef. tom.* 1. *cap.* 111. *num.* 1. *cum plur. seqq. & Rota dec.* 193. *num.* 2. *& seqq. coram Buratt. & in Bononien. Aggregationis* 31. *Junii* 1646. *§. Ista verba, cor. Eminentiss. Cerro.*

Quibus ita positis, observarunt DD., petitam manutentionem restringendam non esse ad

ad actus particulares, à Canonicis novis exercitatos, de quibus docetur in *cor. Sum. num.*2. 3. & 4., sed etiam ad omnes alios actus, sub eodem genere contentos, & ab eodem titulo universali Aggregationis provenientes, non obstante vulgata Juris conclusione, quòd manutentio tradi non possit nisi ad statum, & limites possessionis, in qua quis reperitur, nec possessio unius actus extendi debeat ad alium. Etenim quando causa utentis est universalis, prout hìc, certum est etiam in Jure, quòd per unicum actum particularem acquiritur, & conservatur quasi possessio universalis, &
3 optima quidem suadente ratione, quia in possessoriis attenditur magis causa universalis actus, quàm ipsius actus exercitium, juxta doctrinam *Bald. in l.*1. *num.*24. *vers. tu dic. C. de emanc. liber.*, quam passim sequuntur DD. & signanter in terminis nostris *Posth. de Manut. observ.*73. *num.*135. & *seqq.* latè *Tondut. d. Resol. Benef. tom.*1. *cap.*111. *n.*14. *Beltramin. ad Gregor. dec.* 351. *n.*6. *Rot. dec.*139. *n.*12. *part.*2. *divers.* & *dec.*158. *num.*4. *apud Posth. de Manut.* & *dec.*39. *num.*10. *part.*3. *rec.*

Nec exindè quòd in primo actu Capitulari simultaneè gesto à Novis Canonicis, & Antiquis de anno 1673., adjectum legitur verbum *noluerunt*, in Instrumenti margine contrapositum nominibus aliquorum veterum Canonicorum, inferri modò potest, quòd Canonici Aggregati interfuerunt cum dissensu Antiquorum, quòdque possessio, per dictum actum quæsita, non fuerit pacifica, & consequenter nec manutenibilis. Quoniam cum ex eodem Instrumento pariter appareat, Canonicos Novos nedum intervenisse in dicta Congregatione Capitulari una cum aliis, sed ulteriùs in ea fuisse communi nomine totius Capituli deputatum unum ex illis Administratorem, seu Officialem cujusdam Hæreditatis, ipsi Capitulo obuentæ, cessat argumentum desumptum ex dissensu Canonicorum, maximè dum hujusmodi actus admissionis pacificè effectuatus demonstratur ab universo Capitulo, & proindè contradictio illa Canonicorum dissentientium, elicita ex verbo *noluerunt*, apposito in margine, referri potius debet ad actum deputationis, de quo principaliter agebatur, seu magis ad Personas deputatas, quàm circa admissionem Novorum Canonicorum, nè aliàs oporteret dicere, fuisse protestationem contrariam facto, quæ similiter in casu proposito nec esset attendenda.

Præterquamquòd dissensus aliquorum dicti Capituli habendus nequaquam est in consideratione, quando, prout hìc, consensus majoris partis intervenit in admittendo novos Canonicos ad dictum actum Capitularem; ex tali namque admissione negari nequit, quin possessio
4 acquisita fuerit. Nam in iis quæ sunt communia pluribus non uti singulis, sed uti universis, in actibus necessariis sat est consensus majoris partis ad hoc ut ab omnibus factum dicatur, ut in terminis nostris dixit *Rot. dec.*263. *n.*4. & 5. *part.*17. *recent.*

Prout nec hujusmodi quasi possessio Novorum Canonicorum ab anno 1673. usque ad hodiernam diem continuata, interversa dici potest ex quo in aliquibus Congregationibus, & actibus Capitularibus subindè factis nullo modo ipsi interfuerint, & innonnulis aliis admissi fuerint cum præcedenti protestatione adversus eorum admissionem, quam illegitimam prætendunt aliqui ex Canonicis Antiquis.

Supposita siquidem legitima possessione, Canonicis novis antea perfectè quæsita, animadversum fuit, nullum jus, nullamque præscriptionem acquiri potuisse Canonicis Antiquis per actus illos Capitulares, absentibus novis Canonicis celebratos: Tum quia in nonullis eorum agebatur de solo interesse particulari spectante ad Antiquos Canonicos circa eorum Præbendas, & Distributiones, in quibus nec hodie aliquid jus prætendunt Canonici Aggregati: Tum quia sola negativa non interessentiæ non intervertit possessionem antea acquisitam, nec sufficit, nisi docto, quòd novi Canonici intervenire voluerint in dictis actibus, & fuerint à Capitulo prohibiti, quòdque dictæ prohibitioni acquieverint. Jus enim consistit in denegatione cum acquiescentia ad hoc ut dicatur derelictus actus possidendi, alias censetur potius quædam facultativa ab- 5
stinentia à votando, & interessendo, quàm interversio possessionis, ex latè traditis *per Castill. de Tert. cap.*29. *n.*7. *Caren. resol.*8. *n.*10. *Rot. dec.* 47. *n.*1. *cor. Greg.* & *dec.*472. *n.*1. & *ibi Adden. lit. A.* & *dec.*265. *num.*37. & *seqq. part.*5. *recent.*

Quò verò ad alios actus Capitulares, simultaneè gestos ab omnibus Canonicis antiquis, & novis, sed præcedente protestatione aliquorum, nec pariter præjudicatum dicitur novis Canonicis; dum protestationes illæ leguntur emissæ postquam quasi possessio votan- 6
di ipsis fuerat per actus præcedentes perfectè quæsita, & propterea actus posteriores, tanquam turbativi, & clandestini, impedire non possunt actus possessionis prius legitimè consumatos, ut tradunt *Posth. de Manut. observ.* 71. *num.*4. *Rot. apud Eum dec.*201. *num.*7. & *decis.*571. *num.*2.

Cæterùm quando etiam dubitari posset per hujusmodi actus Capitulares absque interventu novorum Canonicorum gestos, vel præcedentibus protestationibus, novos Canonicos amisisse quasi possessionem antea acquisitam, adhuc recuperata censetur ex aliis actibus postea pacificè gestis, qui quidem actus, uti 7
proximiores tempori motæ litis, & tanquam conformes assistentiæ Juris, prævalere debent præcedentibus; & sunt talis naturæ, ut possessio ex illis resultans semper sit præferenda, ut in puncto docuit *Posth. de Manut. observ.* 73. *num.*43. & 44. *Rot. dec.*469. *num.*5. & 6. *apud Eund.* & magis ad rem *Rot. dec.*208. *num.*3. *in fin. part.*3. *rec.*

Denique nulla habita fuit ratio de his, quæ longa serie deducta fuerunt super invaliditare Aggregationis, quia tanquam respicientia titulum, & altiorem indaginem requirentia, extranea sunt à summariissimo Retinendæ remedio, in quo sola detentatio, & nu- 8
dum factum inspicitur, *ad Text. in cap. cum olim, de caus. poss. & propr.* & dixit *Rota dec.* 377. *num.*10. *cor. Celso* & *dec.*1427. *sub num.*3. *coram Seraph.* & *in Romana seu Tusculana Aquæ* 1. *Julii* 1690. §. *Quibus sic stantibus*, *cor. Me*.

Et ita Partibus auditis resolutum fuit &c.

Ea-

Eadem coram Eodem.

Veneris 12. Junii 1682.

RESolutum fuerat *coram Me sub die 20. Junii* 1681. dandam esse manutentionem modernis Canonicis Hæreditatis Langhæ nuper aggregatis Capitulo Collegiatæ Sancti Gaudentii Novariæ, in possessione exercendi actus Capitulares, & peragendi cætera negotia Ecclesiæ simultaneè cum Canonicis antiquis, cui resolutioni cum isti non acquiescerent, hodie reproposita Causa Domini existimarunt standum esse in decisis.

Agitur enim de summarissimo manutentionis Judicio, in quo merum, & nudum factum possessionis inspicitur. Possessionem autem interessendi, & votandi in Capitulo una cum Canonicis antiquis, satismanifestè Domini Canonici moderni justificarunt, non solùm ex actu Capitulari gesto immediatè post factam aggregationem, scilicet de anno 1673. in quo unitim Canonici novi, & antiqui intervenerunt ad votandum; immò unus ex dictis Canonicis novis fuit deputatus insimul cum altero ex antiquis ad conficiendum inventarium cujusdam hæreditatis; relictæ dictæ Collegiatæ, ut in *præt. Summ.* modernorum Canonicorum *n.1.*, verùm etiam ex pluribus actibus successivis, absque contradictione continuatis, & repetitis de anno 1674., & 1675. ut in *eodem Summ. num.2. & seq.* adeout illorum multiplicitas citra aliquam dubietatem hujusmodi
9 possessionem convincat, quæ in corporalibus ex unico etiam actu satis sufficienter acquiritur, ad *Text. in cap. cum Ecclesia Sutrina de Caus. poss. & propr. Rot. post Postb. de Man. dec.*201. *num.*2.

In id præsertim concurrente tam Juris assistentia, resultante ex aggregatione, quæ communicat Canonicis Aggregatis omnia Jura Capituli, & Canonicorum quibus aggregantur, etiam circa quasi possessionem exercendi actus Capitulares, ut fuit ostensum in præterita *decisione* §. *Concurrente*. §. *Præsertim*, quàm positivo facto Judicis, qui concessit dictis Canonicis modernis mandatum de manutenendo in exercitio Jurium, & functionum Capitularium, quod præsefert comprobationem di-
10 ctæ possessionis, cum manutentio non detur nisi præcedenter justificetur possessio. *Dunozett. Jun. dec.*788. *n.*1.

Non obstante, quòd dictis actibus possessoriis, & mandato de manutenendo renunciatum fuerit per subsequentes actus Capitulares contrarios, initos ab anno 1675. usque ad annum 1680., in quibus Canonici moderni nec interfuerunt, nec votum præstiterunt in negotiis Capitularibus, sed ipsa peracta omninò fuerunt per Canonicos Antiquos, scientibus, & patientibus iisdem Canonicis novis: Undè pro-
11 pterea infertur, quòd si quæ possessio ab initio quæsita fuerit à dictis Canonicis novis, ipsi postmodum ab ea ex propria voluntate recesserint, & proprio facto ceciderint, juxta *dec. Priol.*463. *num.*6. *& in Praten. Juris conferendi* 19. *Junii* 1670. §. *Et hic status, coram R. P. D. meo Pauluccio.*

Quoniam, vel hujusmodi amissio, & interversio possessionis, desumitur ex repugnantia, & contradictione Canonicorum Antiquorum circa admissionem Canonicorum novorum ad interessendum, & votandum in actibus Capitularibus, celebratis post annum 1675., & obje-
ctum corruit in Jure, quia post adeptam perfectè, & pacificè memoratam possessionem de anno 1673. 1674., & 1675. non poterant ampliùs Antiqui Canonici turbare, & impedire actum jam præcedenter legitimè expletum, & consumatum, ut firmat *Postb. de Manut. obser.*71. *n.*4. *Rot. post eum dec.*571. *n.*2. 12

Vel interruptio possessionis elicitur ex eo, quòd Canonici novi in actibus Capitularibus posterioribus scienter se abstinuerint à præstando suffragio, immò toleraverint sperni, & negocia Ecclesiæ, & Capituli solùm pertractari à Canonicis Antiquis, ideoque possessionem animo dimiserint, ultra responsiones datas in altera Decisione, motivum eliditur ex facto, quia constat Canonicos novos in illis Capitulis, in quibus exclusi fuerunt à præstando suffragio, expressè emisisse protestationem super nullitate quorumcunque actuum Capitularium, qui gererentur absque eorum interventu, & voto, insuper addendo, eis debitam esse manutentionem in Jure votandi, & interessendi in actibus Capitularibus in vim mandati de manutenendo, à Vicario Generali Novariæ concessi, ut latiùs in protestationibus, pluries per dictos Canonicos repetitis, de quibus eorum præsenti *Summ. n.*1. Undè tantum abest, quòd se le habuerint pro spoliatis, quòdque spontè, & libenter quæsitam possessionem dimiserint, quin potiùs apparet 13
eam semper animo mordicus retinuisse, eamque mediantibus pluribus protestationibus pro viribus præservasse, ad ea, quæ tradit *Gratian. discept.*517. *num.*7. *Rot. dec.*29. *num.*1. *part.*6. *& dec.*141. *num.*12. *part.*18. *rec.*

Subsistente igitur dicta possessione, videtur extra dubium concedenda manutentio Canonicis modernis, & quidem non ad statum, & limites actuum Parochialium, in quibus dicti Canonici reperiuntur possessionem exercuisse, sed ad omnes actus dependentes à titulo, & Jure universali Aggregationis, quia in Beneficialibus possessio capta quoad aliquos 14
actus particulares, censetur apprehensa, & continuata quoad omnes. *Tondut. Resol. Benef. tom.*1. *cap.*111. *n.*14. *Rot. dec.*39. *num.*10. *part.*3. *recen. cum aliis in præterita Decisione* §. *Quibus ita &c.*

Non refragante, quòd hujusmodi titulus, & causa universalis possidendi deficiat inspecta ipsius Fundatoris dispositione, qui in *cap.* 10. subjunxit — *Acciò li Signori Canonici di S. Gaudenzio permettano, che li miei Canonici, che gli si aggregheranno, possano restare con loro, quando verranno dalle Vacanze nelli mesi Capitolari, ò spettanti alli Canonaci Vecchi, ordino e lascio in virtù di legato, & in ogni miglior modo immaginabile do, e conferisco al suddetto Capitolo di Santo Gaudenzio il Jus Patronato, cioè il Jus præsentandi, nominandi, & eligendi due delli miei Canonici* — Et postea in *cap.*13. privat Canonicos antiquos dicto Jure præsentandi, quoties recusarent, quòd

quòd Canonici novi votum proferrent in Vacationibus mensium Capitularium *Summ. Canonicorum Antiquorum num.*13. Ex quo dispositionis contextu arguitur, Fundatorem non demandasse Aggregationem generalem, & absolutam cum omnibus privilegiis, prærogativis, & vicibus Canonicorum Antiquorum, sed eam tantùm coartasse, & restrinxisse ad votandum in Vacationibus mensium Capitularium, & proindè in reliquis aliis vicibus non esse verificabilem dictam universalitatem tituli, cum ea, quæ Fundator non dixit, censeatur consultò omisisse, immò particularis expressio
15 alicujus rei firmet regulam contrariam in cæteris non expressis, ad *trad. per Grat. discept.86. num.19. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.19. n. 48. & seqq. Barbos. de Canon. cap.3. n.15.*

Namque totum oppositum ex ipsiusmet dispositionis tenore colligitur, dum in principio Fundator literaliter demandavit omnimodam illimitatam, & universalem aggregationem per ea verba -- *Che debbano aggregarsi alli Canonici Vecchi con tutti i privilegj, prerogative, e ragioni, che godono li medesimi*: Undè si postea in *cap.*10. tribuit Canonicis Antiquis Jus præsentandi in duobus Canonicatibus, ad hoc ut ipsi permitterent Jus votandi Canonicis novis in Vacationibus Capitularibus, id non fuit actum ad restringendum
16 genus præcedens, quod per subsequentem specierum enumerationem limitari non solet *Eminentissimus Cerr. dec.68. num.21. & dec.71. n.5.*, sed potiùs ad ostendendam quandam retributionem, & remunerationem ejus, quod præcipuè Antiquum Capitulum circa admissionem ad votandum, in vacationibus novorum Canonicorum iidem Antiqui Canonici ad præsentandum, & nominandum pro duabus vicibus admitterentur, quod maximè suadent eodem verba *cap.*10. ibi -- *Acciò li Signori Canonici di S. Gaudenzio permettano, che li miei Canonici ec. ordino e lascio in virtù di legato, ed in ogni miglior modo immaginabile dò, e conferisco al sudetto Capitolo di S. Gaudenzio il Jus patronato ec.* -- In quibus apertè videtur, quòd cum dispositio circa Jus patronatus relictum Canonicis Antiquis non esset præcedenter sub appellatione omnium privilegiorum, prærogativarum, & Jurium comprehensa, fuit postmodum signanter, & peculiariter demonstrata, uti quædam correspectiva causa subse-
17 quentis dispositionis, ut indicant illa verba -- *Acciò li Signori Canonici di S. Gaudenzio ec.* quæ causam designant, ut in *Clem.2. de ætat. & qual. Surd. cons.143. ante num.1. Barbos. diction.439. num.1.*

Et sic universalitas Aggregationis non remansit per dictam dispositionem restricta, sed fuit generalis, & absoluta, non solum ex lege Fundatoris, qui eam voluit *con tutti i Privilegj, Prerogative, e Ragioni, che godono li medesimi*, sed etiam ex Decreto Vicarii Novariæ Executoris, qui statuit, Canonicos Aggregatos debere gaudere iisdem privilegiis, & prærogativis, aliis Canonicis concessis, ut notatur in altera *Decisione* §. *Secuta verò*.

Proindè titulus universalis possidendi suffragari debet ad omnes actus Capitulares, & ad omnia negocia Ecclesiæ, non obstantibus præjudiciis, quæ resultare asseruntur in Canonicos Antiquos, quoad electionem Officialium, & deputationem Capellanorum, qui stipendia recipiunt à Massa Capituli Antiqui, quia circa eos Domini transierunt cum distinctione, quòd aut Officiales prædicti inserviunt Ecclesiæ, & Sacristiæ, & eorum electio simultaneè facienda est à Canonicis Antiquis, 18
& Novis, quia Aggregatio constituit inter eos unum, idemque Capitulum, & proindè nil vetat, quòd ipsi unitim, & simultaneè gaudeant facultatibus, & prærogativis annexis Capitulo, & Canoniæ. *Fagnan. in cap. cum dilectus il 1. num.26. Eminentissimus De Luc. de Canon. & Dignit. disc.6. n.12. Buratt. dec.193. num.3. 4. & 11.*

Aut agitur de deputationibus Officialium, qui administrant Massam propriam, sive de electionibus, quæ concernunt negocia particularia Antiquorum Canonicorum, & in iis non debent se ingerere Canonici Novi. Quoniam in rebus pertinentibus ad Massam Capituli Antiqui, eorum aggregatio, & admissio non est operativa, sed illa remansit specialiter reservata, & excepta, ut etiam admittunt Scribentes pro DD. Canonicis Novis.

Quo verò ad Optionem, nullum potest, considerari præjudicium, quia consuetudo optandi, introducta in Præbendis erectis, non extenditur ad Præbendas de novo erectas, quæ 19
sunt distinctæ, & diversæ naturæ, ut notat *Monet. de Option. cap.3. quæst.8. sub num.*173. Signanter quia Præbendæ Canonicorum modernorum sunt pro majori parte de Jurepa- 20
tronatus laicali, in quibus propterea Optio non datur. *Monet. loc. cit. num.*112. *& seqq. Tondut. Quæst. Benefic. tom.1. resol.*110. *n.*7.

Quæ demum subduntur super nullitate Aggregationis, eo quia Vicarius, vel excesserit fines delegationis, vel ad eam processerit post expiratam suam jurisdictionem, tanquam turbida visa sunt reiicienda ad petitorium: non relevante, quòd ob productionem tituli admittantur exceptiones respicientes ipsius validitatem, etiam in judicio manutentionis, 21
quia id procedit in exceptionibus claris, & indubitatis, resultantibus ex lectura, & ventre ipsius, ut distinguit *Menoch. de Retinen. rem.3. num.683.* quem sequitur *Eminentissimus Cerr. dec.188. num.7. & seqq.*

Et ita utraque &c.

Eadem coram Eodem.

Veneris 31. Julii 1682. in Relationibus Causarum.

POstquam me proponente duæ prodierunt in hac Causa Decisiones ad favorem Actorum; Prima nempè sub die 20. *Julii* 1681. decernens Canonicis Novis Hereditatis Langhæ, ultimo loco Aggregatis Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ S. Gaudentii Novariæ, concedendum fore mandatum de manutenendo in quasi possessione universaliter exercendi actus Capitulares, & alia omnia negocia Ecclesiæ Collegiatæ insimul cum Canonicis Antiquis peragendi; Altera verò sub die 12. *Julii* 1682. prioris confir-

firmatoria, addita tamen sola declaratione, sive restrictione, quòd supradicta universalis manutentio concessa nequaquam intelligatur in electionibus Officialium administrantium redditus spectantes ad Capitulum antiquum, nec in deputationibus, quæ concernunt negotia particularia antiquorum Canonicorum, & multò minus in Optionibus Præbendarum ante Aggregationem existentium, sed in electionibus dumtaxat illorum Officialium, qui communi inserviunt Ecclesiæ, & Sacristiæ; Postquam, inquam, hæ duæ emanarunt Decisiones, Canonici novi in Generali Causarum relatione hodie habita enixè institerunt, ut ad formam prædictarum Decisionum Causa tandem expediretur; è converso verò Canonici Antiqui sese opponentes, triplici ex capite Causæ expeditionem Adversariis denegandam, novamque Audientiam rursus sibi dandam contendebant. Primo ex eo quòd quasi possessio, quam Canonici Novi probarunt acquisivisse ex actibus Capitularibus, gestis de annis 1673. 1674. & 1675., fuerit totaliter interversa, & amissa per alios actus posteriores, & omnimodo contrarios: Secundo ex eo quòd Aggregatio Novorum Canonicorum non sit universalis, sed juxta dispositionem Fundatoris illa restricta fuerit ad certus casus particulares: Tertio demum ex eo quòd juxta in postrema Decisione tradita, Canonici novi ritè nec etiam possint manuteneri in quasi possessione votandi in electionibus, & deputationibus Officialium, & Capellanorum communiter inservientium Ecclesiæ & Sacristiæ, quia cum omnes ferè salarium habeant constitutum à Canonicis Antiquis ex eorum Massa particulari, & redditibus propriis, cadere pariter dicantur illorum omnium electiones sub prima specie jurum, quæ omnimodo dependent à Massa particulari, & ex Præbendis Antiquorum Canonicorum.

Verùm his minimè obstantibus, existimarunt Domini adhuc solidè subsistere fundamenta Decisionum, in quibus duo priora objecta funditus sublata fuerunt, & enervata, ac subindè Mihi demandarunt, ut Causam expedirem, hac tamen brevi extensa Decisione declaratoria, quæ modum in electionibus & deputationibus Officialium servandum contineat.

Modus autem præscriptus fuit, quòd Canonici Novi in sequelam universalis manutentionis sibi concessæ, possint quidem, & debeant interesse, ac suffragia dare in deputationibus, & electionibus Officialium, qui communi inserviunt Ecclesiæ, & Sacristiæ, ex rationibus, & Authoritatibus deductis in primo membro distinctionis, quequæ fusius redditur in posteriori *Decisione in* §. *Proindeque titulus &c.*, cui Domini etiam nunc adhæserunt, sed cum hac tamen limitatione, seu circumscriptione, ut teneantur & illi, sicut Canonici Antiqui, pro æquis portionibus concurrere ad stipendia, & salaria, quæ de jure, vel ex consuetudine debentur eisdem Officialibus ratione servitii, quod communiter præstant. Nam quemadmodum Aggregatio novorum Canonicorum operatur, ut ipsi simultaneè gaudeant facultatibus, & prærogativis annexis Capitulo, & Canoniæ; Ita pari suadente ratione subiici debent oneribus & expensis eidem Capitulo annexis, & consequenter pro rata tenentur ad stipendia per Capitulum solvenda illis Officialibus, & ministris, qui certa quædam in templo Ministeria explent, Canonicis tam Novis, quàm Antiquis inserviendo, cum sit vulgata naturæ æquitas, ut is, 22
qui commodum consequitur, onus etiam & incommodum pati debeat ad *Text. in cap. qui sentit, de reg. Jur. in 6. l. secundum naturam ff. eodem tit.* Et in casu simili, quòd nempè Canonici Novi teneantur ad onera Capituli, quando onus ipsum, & commodum respiciat 23
Corpus Capituli, in specie notarunt *Calderin. caus.21. in fin. tit. de præben. Thusch. lit. O. conclus.130. num.10. & seqq.* & latiùs *Tondut. Quæst. Benefic. cap.68. num.16. & seqq. part.1.*

Veruntamen si Canonici Novi ad stipendia superiùs expressa pro rata sibi tangente concurrere fortasse recusent, placuit Dominis contrarium decernere, quia cum in casu ipso Officiales salarium accipiant à solis Canonicis Antiquis ex propriis istorum redditibus, & ex Massa particulari, non Jure Capituli, sed particularium Canonicorum, & quidem ex mera eorum liberalitate, tales utique electiones & deputationes spectare dicuntur non ad Corpus totius Capituli, sed ad singulares Personas Antiquorum Canonicorum, & consequenter actus censentur merè facultativi, in quibus proindè non datur contraria quasi 24
possessio, nec intrat universalis manutentio, ad tradita *per Posth. de Manut. obs.55. n.12. & 13. cum concordantibus &c.*

Et ita Domini demandarunt, ut facta priùs hac declaratione Causam expedirem Partibus hinc inde per Memorialia informantibus.

R. P. D. A N S A L D O.

Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Martini.

Veneris 2. Julii 1706.

A R G U M E N T U M.

Vacante Ecclesia Parochiali, debet per Episcopum indici Concursus, ut melior, quantum fieri potest, eligatur; nisi tamen per immemorabilem consuetudinem probetur, Concursum nusquam fuisse practicatum, vel eadem Ecclesia unita fuerit alicui Capitulo, Monasterio, Collegio, aut his similibus. Hæc autem unio non minùs probatur per effectivum Instrumentum, quàm per æquipollentes demonstrationes, & indicia.

S U M M A R I U M.

1 *Si adsit consuetudo immemorabilis non faciendi Concursum in electione ad Curam Animarum, ea est servanda.*
2 *Extende etiam, non obstante* S. C. Tridentini *dispositione*, & num.3.
4 *In multis aliis casibus potest prætermitti Concursus, remissivè.*
5 *Exemplis non est judicandum.*

6 *Limitatur praecedens regula, quoties eadem ratio militat.*
7 *Mortuo usufructuario, consolidatur usufructus cum proprietate.*
8 *Cura Animarum, quae residet penes Capitulum, per obitum Rectoris, seu Vicarii, deputati ad nudum Ministerium, non dicitur verè, & formaliter vacare, cum eadem habitualiter ipsimet Capitulo inhaereat.*
9 *Deputatus ad hujusmodi Curam debet ab Episcopo, praevio examine, approbari.*
10 *Licèt Instrumentum effectivum sit certior modus probandae unionis; potest tamen etiam per aequipollentes demonstrationes, & indicia justificari*, & n.11.
12 *De natura subrogatorum est, ut subrogatum induat qualitates illius, in cujus locum subrogatur.*
13 *Translatio semper censetur facta absque ullius praejudicio.*
14 *Item cum omnibus suis qualitatibus, nisi aliqua intermediet innovatio.*
15 *Traditio habitationis, & supellectilium pro usu Deputati ad aliquod ministerium, praesefert dominium extare penes tradentem.*
16 *Inventarium non solet fieri, nisi ab eo, qui tenetur rationem reddere rerum à se habitarum, per legalem, vel conventionalem obligationem.*
17 *Utrùm aliqua res, caeteroquin incorporata alicui Dominio, vel Coronae, sit Feudalis, vel non, dignoscitur à praestatione Juramenti fidelitatis.*
18 *Membra, ex quo sunt membra, Capiti subiiciuntur, illique serviunt.*
19 *De natura Sententiae, quae transiit in judicatum, est quaestiones dirimere, & facere de albo nigrum.*
20 Pius V. *in ejus* Constit. la 47. *mandans Curae subalternanti praefigi Vicarium, sive ad tempus, sive vita durante, non sustulit unionem, per quam apud alterum residet.*
21 *Valet argumentum à simili.*
22 *Limita in rebus separatis, & in casibus, etiam in minimo inter se diffidentibus.*
23 *A' diversis nunquam fit illatio.*

DECISIO XXIX.

VIncentius, administrans Curam Ecclesiae, Sancto, & glorioso olim Archiepiscopo Turonensi Martino dicatae, illam in manibus Capituli alterius Collegiatae Ecclesiae, quae nuncupatur *Sancti Gaudentii*, liberè resignavit; Ideoque vacante per hanc cessionem hujusmodi Cura, Episcopus Novariae excitatus à suomet munere, nec non à Sanctione *Sacrosancti Concilii Tridentini in sess.7. cap.13. & sess. 24. cap.18. de reformat.*, ac Bullae consecutivae *B. Pii V. la* 33., desuper indixit Concursum, à quo reclamantibus Capitularibus praenominatae Ecclesiae S. Gaudentii, utpotè praetendentibus, eandem Ecclesiam, sive Curam D. Martini, fore exemptam ab hac indictione Concursus; tum ex quo Cura habitualis omninò resideret penes idem Capitulum, proindeque nulla extaret vacatio, nisi solius Ministerii; Tum etiam ex eo, quòd nusquam antea per tempus immemorabile sese ingessisset Episcopus in hac Ecclesia D. Martini, Sacrum Tribunal, ad quod ascendit contentio, *coram Eminentissimo Domino meo Caprara* censuit, non minus bonum Jus assistere Capitularibus Sancti Gaudentii, sed etiam ipsi Capitulo concedendam esse manutentionem in absoluta deputatione Presbyteri, seu Vicarii ad immediatè subeundum nudum exercitium ejusdem Curae praefatae Ecclesiae Sancti Martini, quemadmodum liquet *ex Decisionibus editis coram praenunciato Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara sub die 22. Junii* 1705., scilicet super bono Jure *in Decisione*, quae incipit *Secuta vacatione* --, & quoad manutentionem *in altera contemporanea*, quae sic exorditur -- *Proposito per me in hac Causa*.

In hoc statu rerum rursus provocante Episcopo, sive ejus Promotore Fiscali, placuit *R.P.D. Regenti Apostolicae Cancellariae*, sequenti, prout moris est, distributionem in casu appellationis nostrorum Turnorum, *Mihi* negotium hujusce appellationis delegare, sed interpellatis omnibus *Dominis* meis, qui simul cum altero in partem coincidente, seu fraternizzante articulo discusso in illa *Legionen. Parochialis cor. R. P. D. meo d Kaunitz sub die* 12. *Januarii prox. praet.*, votum non dissonum praebere de reliquo intendebant, contextualiter audivi *Mihi* rescribi in cunctis *pro Capitulo*.

Notavimus mox, quòd similis concidebat, seu fraternizabat inspectio *in praenominata Legionen. Parochialis, coram R. P. D. meo d Kaunitz*, dum inibi Episcopus Legionen. per obsistentiam consuetudinis immemorabilis nusquam intimandi Concursus, cedere coactus fuerat nominationi factae de Curato per Archidiaconum habentem Jus conferendi, quemadmodum examinando vim hujus immemorabilis nusquam facti Concursus traditum fuit, atque firmatum *per Rotam coram Ubago dec.*52. *num.*2. *cum seqq.*, & benè reassumpsit eadem *Rota in dec.*197. *n.*5. *part.*9., *& dec.*516. *n.*16. *part.*18. *rec.*, *in Tarraconen. Parochialis* 2. *Maji* 1698. §. *Quia verò, coram Reverendiss. Conchen.*, *& in Decisione hujus Causae edita in praecedenti Instantia cor. Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara sub die* 22. *Junii* 1705. §. *Et nihilominus, cum seq.* 1

Siquidem, licèt ubi tractatur de regimine Animarum, ultra *veteres Canones, Sacra Synodus Tridentina* praecipiat, Episcopum Loci posse, ac debere Pastorem illis Animabus praeficere sub praecedenti intimatione Concursus, & Examine successivo, ut melior, quantum fieri potest, eligatur, prout ad ornatum ejusdem *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* prosecuti sunt *Barbos. ibidem sub n.*126. *Maresc. Var. Resol. lib.*1. *cap.*52. *n.*1. *Navarr. de Restitution. lib.*3. *cap.*2. *n.*350., *Less. de Just. lib.*2. *cap.*19. *dub.*3. *Aloys. Ricc. part.*4. *resolut.*75. *num.*2., *Novar. in Summ. Bullar. commentar.*45. *à n.*1. *ad seqq.*, *Garz. de Benefic. part.*9. *cap.*2. *numer.*102., *Card. de Luc. de Jurepatronat. disc.*7. *num.*12. *&* 15., *& in Annotat. ad Concil. disc.*32. *Rot. dec.*358. *n.*24. *coram Bich. dec.*156. *n.*13. *part.*10. *dec.*317. *n.*1. *part.*16. *dec.*166. *num.*13. 2

&

& decis. 434. in fin. part. 19. recentior.

Nihilominus quoties superaccedat in contrarium immemorabilis consuetudo nusquam, ut diximus, factæ indictionis Concursus, nusquam practicati Examinis, hoc totum tribuendum erat titulo præsumptivo concessionis Pontificiæ, forsan juxta temporum contingentias
3 elargientis Prælato inferiori hanc potestatem providendi Curæ Animarum absque alia immistione Episcopi, cum consuetudo immemorabilis, vel centenaria verè præscripta secum ferat facultatem allegandi omnem, & quemcunque titulum, & (ut dicunt nostri Doctores) *meliorem de mundo* ex allegatis *in Decisione R. P. D. mei à Kaunitz in prædicta Legionen. Parochialis hujusce Audientiæ sub §. Fortiùs attento, cum seqq.*, & generaliter dixerunt *Felin. in cap. causam, n.7. versic. puto, de præscription., Innocent. in cap. venient, de V. signific. Alex. consil.6. n.1. lib.1. Gonzal. ad Reg.8. Cancell. gloss.18. à n.45., & gloss.33. n.4. Rocc. Disput. Jur. selectar. cap.168. num.1. tom.2. Gratian. discept. forens. cap.578. num.11. De Rosa consult.9. n.17. Rot. decis.32. num.6. coram Cels. dec.318. n.28. coram Priol. dec.614. num.1. part.2. dec.27. num.8. part.4. tom.2., & dec.150. n.5. part.5. recent. cum aliis in Giennen. Juris mutandi 28. Junii 1702. §. Quæ sanè, coram bon. mem. Pio, & in Ferrarien. Primogenituræ 16. Februarii 1705. §. Parumque refragabatur, coram Me.*

Absque eo, quòd prosequendo terminos captæ resolutionis *coram R.P.D. meo à Kaunitz* redargui valeret hujusmodi consuetudo, etiam immemorabilis, veluti in sui aptitudine nutritiva abusus contra Sacrosanctam Sanctionem Conciliarem, dum videmus, quòd *Joannes Baptista Ventriglia* valdè practicus in antecedentibus muneribus Vicariatuum, quos exercuerat, & postea Episcopus Casertanus multos casus annotaverat *in sua Praxi part.2. annot.5. §.2.*, in quibus asserit, ex variis cau-
4 sis, & rationibus posse prætermitti Concursum, non obstante eadem determinatione Conciliari, ut liquet *ex num.11. cum seqq., usque ad num.32.*, & correlativè ad hos, vel illos casus animadveterunt *Fagnan. in capit. mandato, num.51. de simon. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.31. n.129., Maßobr. in Praxi habendi Concursum prælud.26. dub.24. in princ., & dub.37. n.3., & requisit.7. dub.24. per tot., Ugolin. de Offic., & Potest. Episcop. cap.30. §.3. num.3. vers.3. Garz. de Benefic. part.9. cap.2. num.270., Gonzal. ad Regul.8. Cancell. glos.6. à n.116. ad seqq. Vivian. de Jurepatron. lib.10. cap.1. n.53. & seq. Tondut. de Pension. cap.18. num. 9. Barbos. de Offic., & Potest. Episcop. alleg.60. n.6. de Benefic. quæst.4. n.180. ex numer.18., & in Summ. Apostolic. dec. collectan.63. num.4. Rot. decis.214. num.1. coram Burat. decis.561. n.26. coram Bich. & dec.136. num.42. part.19. rec.*

Atque hæc erant, quæ poterant sufficere de per se ad stabiliendum bonum Jus Capituli, ineluctabiliter detinentis in se Jus conferendi controversam Ecclesiam, videlicet in ordine ad immemorabilem, unam, eandemque similitudinem habentem, quatenus opus fuisset, super prædicta, ac pariformi quæstione agitata in memorata *Legionen. cor. R.P.D. meo à Kaunitz*: Quantumvis etenim non sit 5
exemplis judicandum, ut ait *Imperator in l. nemo Judex Cod. de senten., & interlocut.*, hoc 6
fallit ubi eadem ratio militet, & intercedat, teste *Menoch. cons.2. num.207. & seqq. Surd. cons.417. num.16. lib.3. Vermigliol. consil.316. num.18.*

Verùm descendendo propiùs ad nostram thesim, subsistebat favore Capituli in omnem casum alterum vehementius fundamentum, quod derivabat ab unione Ecclesiæ S. Martini, facta ipsi Capitulo Sancti Gaudentii. Quippè ubi in his terminis occumbit Rector, seu Vicarius deputatus ad nudum Ministerium ab habente Curam habitualem, nullum locum sibi vindicat vocabulum, & essentia veræ vacationis, sed Cura, seu illius exercitium, consolidatur ad normam, ut ita dicamus, usus- 7
fructus cum sua proprietate, per *Text. in §. Finitur, Institut. de usufruct.*, scilicet redit Cura ad oneratum præambula Cura habituali sine positiva, ac formali vacatione: Ideoque 8
retentis iisdem terminis, neque valet indici, neque dari Concursus ad Beneficium, Rectoriam, seu Curam, quæ non vacat in semetipsa, juxta ea, in quæ conveniunt cuncti Scribentes ex collectis per *Paris. de Resignat. lib.8. quæst.9. num.93. & 94. Barbos. ad Concil. sess.24. de reform. cap.18. num.7., & in tract. de Paroch. part.1. cap.2. n.20. Murg. de Benefic. quæst.2. n.13. & seqq., & quæst.3. n.506. Rot. dec.511. n.5. coram Bich. dec.150. num.2. cor. Merlin. dec.252. num.17. cor. Priolo. dec.102. num.1. part.1. dec.10. n.2. part.17. & dec.516. num.1. part.18. rec. in Gerunden. Hebdomadariæ 5. Maji 1690. in principio, coram bon. mem. Ursino, & in Novarien. Portionum Parochialium 4. Julii 1696. §. Et sanè, & 26. Junii 1697. §. Indè sequitur, cor. Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, inter impress. ad Card. de Luc. tom.2. super mater. de Benefic. dec.27. 28., & 29.*

Relicto tamen semper in hoc loco Examine (quod ad præsens per Capitulum minimè impugnabatur) ubi namque sortiens ex capite unionis Curam habitualem, intelligit alium vice sui deputare Ministrum, tunc quia adhuc Populus, & Grex pascendus in hisce circumstantiis pendet ab Episcopo, is debet recognoscere hunc deputatum in mo- 9
ribus, & doctrina per exquisitum Examen, nè aliàs loco Pastoris ab altero prælecti Lupum adinveniat, qui oves suas, vel sibi creditas devoret, & non pascat, sicuti uno ore ad hunc finem Examinis, etiam in Cura unita Dignitati, Capitulo, aut cuivis alteri Collegio, Monasterio, cum similibus rectè dixerunt *Garz. de Benef. part.9. cap.2. n.291. & seqq. Ventrigl. in Prax. Rer. notabil. part.1. annotat.20. §.2. sub num.11. Barbos. de Offic. Paroch. part.1. cap.2. sub num.19. & in Collectan. ad Concil. cap.7. sess.7. de reformat. numer.25. Card. de Luca in Annotat. ad idem Sac. Concil. Trident. discurs.32. num.35. Rota decis.192. num.1. part.18. recent.*

Et ob id, præcisivè etiam à primo fundamento jam stabilito, punctus in hac secunda parte hujus peculiaris Causæ, mavis reduceba-

batur ad prætenſam unionem à Capitulo S. Gaudentii circa Curam, & Eccleſiam S. Martini, cujus reſpectu re vera nullum afferebatur effectivum Instrumentum unionis factæ à Supremo Pontifice, aut aliàs deſuper legi-
10 timam poteſtatem habente, qui ſanè modus eſt efficacior, & certior juſtificandæ unionis, ut ait *Felin. conſ.2. num.2. 3. & 11. Cravett. conſ.258. num.10. Zerol. in Prax. part.1. V. Unio §.8. Garz. de Benefic. part.12. cap.2. de Union. num.226. Murg. eod. tract. de Benefic. quæſt.4. n.196. Vivian. de Jurepatronat. part.3. lib.14. cap.5. num.62. Rota deciſ.911. num.2. coram Dunoz. Jun. dec.785. num.2. & dec.2316. & dec.2323. utrobique num.1. coram Coccin. dec.244. num.3. coram Emerix Jun. dec.557. num.4. part.3. diverſor. dec.233. num.5. part.1. dec.452. num.4. part.18. dec.134. num.5. & deciſ.203. num.1. part.19. recent. & in Apruntina Præpoſituræ de Nereto 9. Decembris 1695. §. Præſuppoſita, coram bon. mem. Urſino.*

Aſt loco hujuſce Inſtrumenti ſubrogabantur per Defenſores Capituli conjecturæ tales, ſive demonſtrationes, quæ clarè uſurpabant, ſeu ſibi vindicabant excambium ipſius Inſtrumenti, cum non minùs comprobetur unio per literale Diploma Summi Pontificis, ſive
11 alterius, ut præmiſimus, juridicam facultatem deſuper induentis, quàm per æquipollentes demonſtrationes, & indicia, quemadmodum profitentur, & docent *Tondut. Quæſt. Benefic. tom.1. cap.37. n.14. Rebuff. de Union. num.19. Menoch. de Præſumption. lib.5. cap.80. num.2. & 3. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat.66. num.51. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.8. num.186. & ſeqq. dec.10. num.1. penes Murg. in Commentar. ad Conſtit. Apoſt. Rota dec.886. n.1. & 7. coram Cerr. dec.625. num.2. cor. Merlino dec.2138. num.10. coram Coccino dec.1354. num.2. coram Emerix Jun. deciſ.153. numer.1. & ſeqq. & deciſ.204. num.2. part.2. & dec.48. à num.5. ad ſeqq. part.10.*

Evidens namque ante omnia comparuit illa demonſtratio, quòd Capitulares S. Gaudentii oſtendebant in ipſa Eccleſia S. Gaudentii extitiſſe ab antiquiſſimo tempore geminas, ut inibi nuncupant *Portiones* Curatas, alteram ſub nomine *D. Thomæ*, & alteram *D. Andreæ -- Summ. Capituli num.6.* -- Cumque Antiſtes Novarien. de anno 1585. tranſtuliſſet portionem Curatam ſub appellatione S. Thomæ pro majori Plebis commodo in hanc Eccleſiam S. Martini, non erat dubitandum, quòd Eccleſia S. Martini reſtaret ſubrogata eidem ſervitio, & annexioni, cui ſubjace-
12 bat Portio Curata S. Thomæ, uti eſt de natura ſubrogatorum, ex collectis per *Cravett. conſ.973. num.2. cum ſeqq. Decian. conſ.43. numer.14. cum ſeqq. vol.3. Menoch. conſ.52. n.68. Mareſcott. Var. lib.2. cap.8. num.8. Gratian. diſcept. Forenſ. cap.624. num.2. & ſeq. Merlin. de Pignor. lib.2. quæſt.51. num.1. Robl. de Repræſ. lib.1. cap.12. num.18. & lib.3. cap.1. n.7. Bellon. de Jur. accreſcen. cap.5. quæſt.43. num.64. & quæſt.50. numer.10. Rota dec.445. num.1. & ſeqq. coram Merlin. dec.193. n.22. cor. Rojas dec.1088. num.5. & 6. & dec.1181. n.30. coram Emerix Jun. & in recen. dec.279. num.5. part.7. dec.70. num.11. part.9. dec.52. num.4. & dec.482. pariter num.4. part.14. deciſ.303. num.6. part.16. dec.561. n.20. part.18. & dec.590. num.11. part.19. recent. tom.2. & in Romana prætenſæ nullitatis contractus 16. Februarii 1699. §. fin. coram Me inter hactenus impreſſ. dec.74.* & non minùs de eſſentia Tranſlationis, quæ ſemper cenſetur facta abſ- 13
que ullius præjudicio, ad tradita per *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.9. à num.104. ad ſeqq. Rota dec.1444. à num.8. ad ſeqq. coram Seraphin. & dec.740. à num.3. junctis num.4. 9. & ſeq. part.18. recent.*

Diximus *de natura ſubrogatorum*, quoniam prænunciatæ binæ Portiones Curatæ conferebantur ſemper per antea à Capitulo S. Gaudentii, ita nuncupato, non minùs ob vetuſtam, quam ob recentiorem cognominationem, ac propterea ſubintrabat argumentum, quod Logici dicunt *in forma:* Capitulum S. Gaudentii conferebat has geminas Portiones Curatas, & ſignanter illam D. Thomæ; ergo cum Eccleſia D. Martini fuerit ſubrogata vice Portionis Curatæ S. Thomæ, conſequens erat, quòd ea collatio, quæ præcedenter attinebat ad Capitulum S. Gaudentii circa Portionem D. Thomæ, remanſerit transfuſa in vim perdurantis unionis ſubjectivæ, & Juris conferendi, in Rectoria, ſive Eccleſia S. Marti- 14
ni, cum quælibet tranſlatio, ſeu transfuſio, niſi ulla intermediet innovatio, cenſeatur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, ad Jura vulgata, de quibus præter adductos *in* §. antecedenti, rectè affirmarunt *Innoc. in cap.1. in princip. verſ. Si verò de uno, nè Sed. vac. aliq. innov. Joann. Andr. in cap. cum perſona, col.2. de privil. in 6.* & ibi *Ancharan. not.13. Oldrad. conſ.267. num.2. Lap. alleg.68. Maur. alleg.66. ſub num.1. Tondut. Quæſt. Benefic. part.3. capit.129. n.6. Gratian. diſcept. forenſ. cap.291. à n.1. Amayden de Styl. Datar. lib.1. cap.15. §.7. n.111. Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæſt.12. num.37. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.7. à num.58. ad ſeqq. & num.97. Matt. de Cauſ. Conſiſtorial. ſect.13. num.6. Rota deciſ.1149. num.16. cor. Seraphino dec.995. num.15. corom Dunoz. Jun. dec.885. num.13. & dec.1023. n.5. coram Emerix Juniore.*

Subſequebatur hujuſmodi demonſtrationi inconcuſſa obſervantia, quòd Capitulares S. Gaudentii occaſione præeligendi, ſeu inſtituendi Presbyterum, Rectorem, ſeu Vicarium circa Eccleſiam D. Martini, extradebant huic præelecto habitationem, ac domum, nec non ſupellectiles opportunas *Summ. d. num.2.*, undè non poterat ambigi de unione, quodque conſequenter Rectoria, ſeu Vicaria hæc S. Martini, dependeret omninò à Capitulo S. Gaudentii, & foret illius quodammodo Grancia, 15
ſive Beneficium ſervitorium ſubordinatum; quia hæ traditiones habitationis, & ſupellectilium, ſignificant plenum dominium extare penes tradentem, uti res ipſa manifeſtabat, & in propoſito advertit *Rota dec.240. num.4. coram Cerro*, repetita *in recent. dec.48. num.5. part.10. & dec.516. num.8. & 9. part.18.*

Multò autem magis quoniam eædem ſupellectiles conſignabantur ſub præciſo Inventario *dicto Summ. num.2. & 3.* Inventarium quippe fieri non ſolet à ſuſcipiente, niſi is ſubordi- 16
na-

natus existat reddere, vel de jure, vel de facto, rationem rerum à se habitarum per legalem, aut conventionalem dependentiam, sicuti colligitur ex *Bart. in l. Tutor, qui repertorium, num.1. & seqq. ff. de administr. tutor. ubi cæteri Scribentes. Fulgos. cons.25. col.2. num.3. Gratian. discept. for. cap.711. num.19. Cancer. Var. Resol. part.3. cap.2. num.1. Munnoz Escobar. de Ratioc. cap.9. num.1. & seqq. Rota dec.45. num.1. post Merlin. de Pignor. & dec.142. num.1. coram Celso.*

His accedebat, quod pariformiter per Capitulum S. Gaudentii in *Summ. num.10. & 12.* justificabatur, quòd Deputati ad exercitium hujus Curæ S. Martini in illius apprehensione jurejurando sese obstringebant vinculo fidelitatis quoad bonorum administrationem, & in abstinendo ab eorundem alienatione sine Capituli consensu. Quapropter mediante hoc signo palam resultabat, quòd Rector, seu Vicarius totale dominium, totalem subor-
17 dinationem fateretur agnoscere à Capitulo, secundum ea, quæ in non aberrantibus terminis Feudorum de cætero incorporatorum alicui Dominio, vel Coronæ, in proposito utrùm aliqua res sit Feudalis, vel non Feudalis, ac vigore dominii superioris incorporata ipsi Dominio, vel Coronæ, comprobarunt per *Text. in cap.1. de prohibit. Feud. alien. Surd. cons.151. num.33. Bellon. Jun. cons.44. & seqq. Thesaur. quæst. for.105. in fine lib.3. Intrigliol. de Feud. cont.1. quæst.37. n.31. & 34. Card. de Luca de Feud. discurs.11. sub n.8. Rovit. dec.72. n.8. Rota dec.670. num.1. coram Merlin. & dec.310. n.31. & 35. part.6. recent.*

Coincidebat in idem, quòd prælaudatus Antistes Novarien. de supradicto *anno* 1585. transferens, ut jam diximus, Portionem Curatam D. Thomæ, tunc existentem in Ecclesia S. Gaudentii, ad alteram Ecclesiam hodie controversam D. Martini, positivè præcepit, & injunxit, quòd hic Rector, hic Vicarius in futurum deputandus gubernationi Curæ translatæ ad Ecclesiam S. Martini prope mœnia ipsius Civitatis, foret obligatus assistere functionibus adimplendis in Ecclesia S. Gaudentii *Summ. Capituli num. 6. lit. D.* Non etenim Episcopus legem hanc imperasset, nisi novus
18 Rector Curatus, aut Vicarius, fuisset membrum Ecclesiæ S. Gaudentii, membra siquidem, ex quo sunt membra, capiti subiiciuntur, ut inquit *Divus Paulus ad Ephesios* 5. & animadverterunt *Felin. in cap. Pastoralis sub n.10. de offic. deleg. Marant. Controvers. Jur. part.3. respons.69. num.19. & part.5. respons.6. num.43. Gratian. discept. forens. cap.111. num.2. & 3. Card. de Luc. de Regular. disc.17. num.6. Rota decis.284. sub num.2. cor. Ludovis. decis.665. num.26. coram Bichio.*

Superaccedebat denique manifestationi ejusdem unionis subjectivæ alterum coruscantius lumen, quod aliàs habita disputatione super hoc puncto collationis, prodiit Sententia de *anno* 1622., in qua dictum fuit, *Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Gaudentii Novariæ esse in possessione conferendi Parochialem Sancti Martini, aliàs Sancti Thomæ, proindeque esse in ea manutenendos, & propterea ab illis electum esse admittendum ad examen, & quatenus reperiatur idoneus, remittendum ad ipsos Canonicos, & Capitulum, ut ab eis ad Parochialem ipsam instituatur, dicto Summario num.8.* proindeque dum ab inde ultra nulla apparebat interposita appellatio, quinimmo subsequens accessisset observantia, & in præsenti de alio non quæreretur, profectò hujusmodi Sententia concedens Capitulo collationem ac institutionem post examen intermedium faciendum ab Episcopo, dirimebat hanc quæstionem, quemadmodum est de natura Sententiæ, quæ fecit transitum in 19
rem judicatam, ex congestis apud *Posth. Var. Resol. cap.106. num.68. & de Subhast. inspect.66. num.12. Censal. dec. Lucen.6. num.37. Rot. decis.26. num.8. cor. Buratt. dec.147. n.6. part.5. dec.266. num.10. & dec.313. num.5. part.15. & dec.31. num.7. & dec.270. num.8. part.16. cum aliis in Novarien. Portionum Parochialium 4. Julii 1695. §. Prædictaque, cor. Reverendissimo D. meo Moliner Decano.*

In nihilo officiente, quòd hæc Rectoria, seu Vicaria Sancti Martini, conferretur in titulum perpetuum, scilicet durante vita Rectoris: etenim non exinde oriebatur subjectio favore Episcopi, itaut posset desuper indicere Concursum, cum hujusce modi collatio in titulum, hujusce modi perpetuitas, non tollat eam unionem, quæ præcedenter extabat favore alicujus Dignitatis, vel Capituli; *Beatus* namque *Pius V*, in ejus Constitutione *la* 47. mandavit, hisce Curis subalternantibus præfigi Vicarium, sive ad tempus, sive vita durante, sed non per hoc sustuiit Unio- 20
nem, aut Curam, quæ aliunde comprobata valeret reperiri apud alterum, & hoc est, quod in substantia respondendo simili objectioni dictum fuit *in dec.38. n.8. part.4., & dec.445. num. fin. part.5. tom.2. rec.* reassumptis *in decisione hujus Causæ, edita in præcedenti Instantia coram Eminentiss. D. meo Cardinali Caprara sub die 22. Junii 1705. §. His positis, post medium.*

Minùs postremo pariter refragante ad exclusionem hujusce unionis, & subjectionis, militantis pro Capitulo, consobrinum exemplum alterius Portionis Curatæ, de qua superiùs pluries meminimus; Quòd nempe per Breve *S. M. Clementis VIII.* de quo *Summario Episcopi distributo in die expeditionis Causæ coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara numero unico*, altera Portio Curata, quæ compellabatur Sancti Andreæ, delapsa in hodiernam nuncupationem Sancti Gaudentii, & adhuc præexistens in Ecclesia principaliter dicta Sancti Gaudentii, maneat ad collationem Episcopi, & S. Sedis, juxta notoriam Regulam Cancellariæ *la 9.*, & respectivè indultas temporum repartitiones, ideoque fraternizans hoc exemplum explicaret alterum 21
Sancti Martini, deducto argumento à simili, de quo per *Text. in l. non possunt 12. ff. de legib., & cap. translato, de constit. cum concordant. Bero. cons.4. num.6. vol.1. Decian. cons.31. num.47. lib.1. Peregrin. cons.9. n.29. lib.2. Pacian. de Probat. lib.2. cap.13. num.10. Menoch. de Arbitrar. cas.84. num.8. & 9. Surd. dec.78. n.13. Amat. dec. March.21. n.43. Rota decis.632. n.2. part.19. rec.*

Quo-

Quoniam in primis replicabant, & benè, Scribentes pro Capitulo, quòd hoc assertum Breve *Clementis VIII.* nullatenus foret in forma probante, nullumque specimen haberet veri Brevis, & veræ Bullæ, & secundario strenuè subjungebant, quòd quicquid successum foret de Portione Curata Sancti Andreæ cum intermistione Laicorum, de quibus obloquebatur prætensum Breve, ob id non poterat fieri illatio ad Portionem Curatam D. Thomæ, & Ecclesiam Sancti Martini, circa quam aderant tot argumenta demonstrativa unionis, & super intercedebant res judicatæ; argu-
22 mentum quippe à simili non procedit in separatis rebus, seu corporibus, & casibus, etiam in minimo inter se diffidentibus, ut limitando tradit *Bart. in repetit. l. si quis major, C. de transact. num.761. & seqq. Bald. consil.188. in fin. versic. non obstat argumentum lib.1. Andreol. controv.12. n.13. Everard. in loco à simili num.11. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus.4. Gloss.12. num.80. Cald. de Jur. Emphyteutic. cap.2. num.27.*, & est tritum axioma,
23 quod à diversis nusquam fiat illatio ad *Text. in l. Papinianus exuli ff. de minor., & l. inter stipulantem, §. Sacram ff. de V. oblig. Surd. consil.150. num.94. Altogradus jun. controv.89. num.50. Rot. dec.23. n.12. cor. Cerr. decis.85. num.28., & dec.103. num.9. cor. Peutinger. decis.98. n.35. part.17. dec.563. n.15. & dec.607. num.31. part.19. rec. cum aliis in Cracovien. Scholasteriæ super Sequestro inter Impress. coram Me dec.53. num.12.*

Quamobrem, vel quia superabundabat ratio neutiquam ullo tempore facti Concursus ab Episcopo in hac peculiari Ecclesia Sancti Martini, ac locum proinde sibi vindicabant resoluta in superiùs memorata Causa *Legionen. Parochialis, cor. R.P.D. meo à Kaunitz;* Vel quia stringebat præcordia Dominorum motivum Unionis in favorem Capituli, ut ab initio enunciavimus, concorditer ita responsum fuit, & si Capitulo dumtaxat informante.

R. P. D. LANCETTA,

Novarien. Præcedentiæ,

Lunæ 3. Julii 1713.

ARGUMENTUM.

Canonicis ex solo titulo, absque re, non debetur Præcedentia, in concursu alterius Canonici, qui verè, & proprie sit talis. Ex quibus probetur in casu, de quo agitur, qualitas Canonici, merè honorifici.

SUMMARIUM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Canonici etiam juniores, quando sunt de Corpore veri Capituli, præcedere debent alios, qui non sunt tales, licèt antiquiores.*
3 *Aliter daretur separatio, & divisio Corporis, nempe Capituli, quod unitum stare debet.*
4 *Potissimùm quia Præcedentia competere non potest Canonico, qui talis non est, nisi in honorifica denominatione, in concursu illius, qui verè, & propriè est Canonicus.*
5 *Ex quibus dignoscatur in casu, de quo agitur, qualitas Canonici honorifici, seu supranumerarii*, & num.8.
6 *E converso quæ sint signa veri Canonici.*
7 *Ex præservatione Jurium, alicui competentium, censetur exclusum illius præjudicium.*
9 *Factum, quod quis observare juravit, immo & observavit, non potest ampliùs impugnare.*
10 *Verba, alioquin ampla, intelligenda sunt juxta limitationes, & protestationes præcedentes.*
11 *Non datur Præcedentia, in concursu alterius Dignitate ordinis insignioris.*

DECISIO XXX.

IN Oppido Intri Novarien. Diœcesis adest Insignis Collegiata S. Victoris, composita ex sex Canonicis, inter quos unus est Præpositus, & hi omnes habent Curam habitualem, atque actualem Animarum dicti loci, ac insuper unusquisque istorum exercet Curam actualem in Valle Intrasca, divisam in sex Parochiales, cum propria separata Præbenda, habetque domum Canonicalem, additis ulteriùs in communi, & onere residentiæ, & qui- 1
buscunque aliis, quæ ad veram Collegiatam constituendam sunt necessaria.

Fuerunt de anno 1675. ex pia largitate erecta alia tria Beneficia nuncupata Canonicatus, quorum possessores tanquam Canonici Supernumerarii incedunt quidem sub Cruce ejusdem Collegiatæ, deferunt eadem insignia, sed tantùm diebus Festis Choro interveniunt, nec habent onus quotidianæ residentiæ, carent voce in Capitulo, nec admittuntur ad ullos actus Capitulares, retinent proprios, ac peculiares redditus, nec Curam Animarum exercent, ita ut nullam cum aliis sex Canonicis unionem, ac dependentiam habere dignoscantur.

Subindè verò mox elapsis temporibus, videlicet de anno 1709., à pietate cujusdam Antonii de Notariis fuit erectus Canonicatus cum onere trium Missarum in hebdomada, & ea lege adjecta, quòd Jus patronatus in infinitum ad suos descendentes masculos spectaret, semperque proximior Fundarori esset præferendus, licèt minor 14. annorum, nec prima Tonsura initiatus, qui posset etiam in eadem Collegiata alia Beneficia absque ulla dispensatione retinere, atque tunc solummodo diebus Festis Choro interesse deberet, quoties existens in Oppido nullo honesto impedimento detineretur; verùm hujusce Canonicatus erectionem admisit Capitulum una cum Vicario Generali, sub expressa protestatione, & præservativa, quòd nempè erectio hujusmodi intelligeretur absque ullo præjudicio dicti Ven. Capituli, ipsiusque Jurium Parochialium quorumcunque, prout re vera in istis terminis erectio ipsa expleta fuit ab Ordinario.

Præsentavit igitur in sequelam erectionis Fun-

Fundator Faustum Josephum ejus filium, & licèt iste in actu apprehensæ possessionis sedendo in ultimo stallo post Canonicos Supernumerarios omnia prædicta, favorem Capituli respicientia, medio Juramento approbaverit, tamen superventa vacatione unius ex sex Canonicatibus, cæpit quæstionem de Præcedentia movere adversus Dominicum Bozzolum, qui fuerat provisus de Canonicatu, & consecutivè admissus inter antiquos Canonicos, quæ sanè controversia primo loco ab Ordinario Novarien. favore Fausti Josephi definita, dissimilem exitum habuit coram Metropolitano Mediolanen.: quia iste præcedentem Sententiam revocavit, illamque ex capite nullitatis circumscripsit, undè in gradu appellationis delata Causa ad nostrum Sacrum Auditorium, & Commissione mihi directa, proposui, informante tantùm Bozzolo, Dubium -- *An, & cui competat Præcedentia* -- & Domini illud favore Informantis resolverunt.

Cum enim hic non agatur de Canonicatu erecto cum omnibus prærogativis, & omnimoda unione, acannexione cum vero Capitulo, & antiquioribus Canonicis, sed de Canonicatu extra Corpus Capituli, & cum simplici nomine, nulla admissa participatione, & unione cum aliis veris Canonicis, utique Dominis visum fuit dubitari non posse, quòd eidem Fausto Josepho esset deneganda Præcedentia in Concursu Bozzoli, eo quia in istis terminis Canonici, etiamsi Juniores, quando sunt de Corpore veri Capituli, semper præ-
2 cedere debent alios Supernumerarios, licèt antiquiores, & priùs de Canonicatu provisos juxta sensum *Sacræ Congregationis Concilii in una Sutrina* 28. *Januarii* 1668., quam refert *De Luc. de Canon., & Dignit. disc.*37. *n.*2. & nótant *Cassan. in Cathal. Glor. Mund. part.*4. *considerat.*12. *in fin. vers. ita etiam observat. Ceccoper. Lucubrat. Canon. lib.*1. *numer.*178. *& seq.*

Quibus Authoritatibus procul dubio ratio vivissima adstipulatur, quoniam si Canonici supra numerum erecti non sunt de Corpore Capituli, quod ex solis antiquis, & Numerariis constituitur, nimis patens esset incon-
3 gruentia, quoties illis, quantumvis præcedenter provisis, competeret Jus præcedendi veros, atque antiquiores Canonicos, sic separando, & dividendo Corpus, quod unitum stare debet. *Pignatell. Consult. Can.*90. *tom.*6. *num.*4. *& consult.*72. *num.*18. *tom.*9. *Piton. discept. Eccles.*15. *num.*3. *Gratian. discept.*867. *num.*23. *& seq. Panimoll. dec.*98. *annot.*1. *numer.*17. *Rot. dec.*111. *num.*5. *part.*5. *rec.* potissimùm, quia revera isti Canonici Supernumerarii, qui non sunt de Corpore Capituli, nec alia omnia cum cæteris Canonicis com-
4 munia habent, non dicuntur verè Canonici in re, sed in sola honorifica denominatione, cujus intuitu propterea in concursu aliorum verè, & propriè Canonicorum, Præcedentia competere haud quaquam potest. *De Luc. de Canon. & Dignit. dict. disc.*37. *sub n.*2. *vers. Altera est species.*

Et sanè Domini existimarunt, Canonicatum à Fausto possessum connumerari posse dumtaxat inter Canonicos, qui Supernumerarii dicuntur, ac nullam habent connexionem, & unionem cum vero Capitulo, idque, retento facto supra exposito, desumebant ex actibus gestis in ipsa erectione, necnon ante, ac post erectionem: Quantum enim ad ea, quæ præcesserunt erectionem, Instrumentum assensus præstiti à Capitulo pro erectione istius 5
Canonicatus satis clarè præsefert, nullatenus hujusmodi Canonicatum esse incorporatum, atque annexum aliis sex, & quia Canonici re vera præbuerunt consensum, sed cum clausula præservativa ibi -- *absque ullo præjudicio Capituli, ipsiusque Jurium Parochialium quorumcunque &c.* -- , ita ut ex ista dubitari nequeat, Capitulum voluisse solùm admittere Canonicatum Supernumerarium, & extraneum à Capitulo, minimè vero augere numerum ultra sexennarium, dum hoc professò præjudicium produxisset antiquis Canonicis, ut ex *Castr. cons.*170. *n.*2. *vers. non videtur verum, lib.*1. notat *Lotter. de Re Benef. lib.*1. *quæst.*19. *num.*45. *Gratian. discept.*867. *n.*11. *& seq. Panimoll. dec.*98. *n.*7. *cum seqq.*

Erectionem verò Episcopus non peregit juxta solitas formulas, videlicet cum plenitudine Juris Canonicalis, cum assignatione Stalli in Choro, ac loci, & vocis in Capitulo, 6
quæ omnia sunt demonstrativa veri, & proprii Canonicatus: *Lotter. ubi supr. num.*46. *& seq. Barbos. de Can. cap.*3. *n.*5. *Tondut. Resolut. Benef. lib.*1. *cap.*111. *num.*8. *& 9.*, sed dumtaxat cum limitationibus, & præservationibus appositis ab eodem Capitulo in Instrumento Consensus præstiti, ita ut subsequatur, hujusmodi protestationes, ac præserva- 7
tiones censeri ad excludendum præjudicium Capituli repetitas. *Rot. coram Priol. dec.*423. *n.*4. *& in Romana Status Zagaroli* 29. *Novembris* 1706. §. *Quamobrem, cor. Me.*

Dum autem fuit facta postmodum provisio controversi Canonicatus in persona Fausti Josephi, iste fuit tantùm admissus à Capitulo sub explicata conditione, quòd nempè in futurum non posset habere vocem in Capitulo, sicuti nec habent aliis tres Canonici, qui non sunt de gremio Capituli, & conse- 8
quenter tanto magis ex hac nova declaratione arguitur voluntas non uniendi, & annectendi Capitulo hunc novum Canonicatum. *Rot. coram Coccin. dec.* 1308. *num.*3. maximè, quia de facto alii tres Canonici nunquam habuerunt vocem in Capitulo, nec, licèt seniores, præcesserunt alios juniores de gremio, quàm procul dubio consuetudinem in actu capiendi possessionem Faustus Josephus observare juravit, immo observavit, proindèque 9
nullo modo eidem permissum esse debet à sua obligatione resilire. *Rot. in Romana Præcedentiæ* 5. *Maji* 1710. §. *Quam quidem consuetudinem, coram R.P.D. meo Crispo.*

Neque in contrarium urgere possunt verba erectionis, quibus convincitur, Canonicatum erigi *cum honoribus, & privilegiis, quæ de Jure similibus Canonicatibus spectant, & quæ aliis Canonicis ejusdem Ecclesiæ competunt &c.* nam satisfecit Dominis responsio, quòd prædicta verba erant intelligenda cum iisdem limitationibus, & præservationibus, quibus Consesus fuerat præstitus à Capitulo, & cum

cum quibus Episcopus ad erectionis actum devenit, sicque non posse importare, quàm
10 quoddam Jus honorificum intra sphæram Canonici Supernumerarii extra Corpus Capituli, & exclusivè ad Præcedentiam. *Fagnan. in cap. dilectus, num.24. de præbend. Lotter. ubi supr. num.47.* præsertim, quia novus Canonicatus non habet annexum Ordinem Sacerdotalem, dum potest conferri puero, prout è contrà verificatur hujusmodi necessitas Sa-
11 cerdotalis in aliis sex Canonicis, qui habent actualem Curam Animarum, ex cujus Ordinis Dignitate inferioribus adimitur facultas præcedendi. *Rot. in Eugubina Præeminentiarum 20. Februarii 1702. §. Ex ordine, cor. Eminentiss. Card. Priolo, & in dicta Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. De majori, coram Crispo.*

Et ita unica &c.

R. P. D. BARBADIÇO.

Novarien. Præcedentiæ.

Lunæ 11. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Præcedentia debetur vero Canonico; non Canonico, impropriè sic dicto, seu honorario. Ex quibus deducatur in casu, de quo agitur, ista qualitas Canonici Supranumerarii; & argumentis contrariis plenè satisfit.

SUMMARIUM.

1 *Controversiæ super Præcedentia inter Canonicos ex antianitate regulariter dirimuntur.*

2 *Secus quando lis est inter verum Canonicum, & Canonicum impropriè sic dictum, seu honorarium; quia tunc Præcedentia debetur vero Canonico.*

3 *In quibus terminis procedat conclusio, quòd secuta legitima Canonicatus erectione, qui illum obtinet, gaudere debeat omnibus prærogativis, & privilegiis, quibus fruuntur alii Canonici antiquiores*, & num.4.

5 *Ex præservatione præjudicii Capituli, ejusque Jurium Parochialium quorumcunque, desumitur in casu, de quo quæritur, qualitas Canonici improprii, & honorarii.*

6 *Verba* absque ullo præjudicio, *veluti universalia negativa, excludunt omne, & quodcunque præjudicium.*

7 *Talis ampla præservatio, dum agitur de Ecclesia, in qua nullæ adsunt Distributiones quotidianæ; sed unusquisque Canonicus habet propriam Præbendam, & separatam, non restringitur solùm ad emolumenta bursalia; sed extenditur etiam ad omnia, & singula Jura Canonicalia.*

8 *Verba prolata per modum augendi, aliquid operari debent ultra præcedentia.*

9 *De Jure species adjecta censetur ad majorem declarationem prioris dispositionis.*

10 *Prohibitio, quòd Canonicus admittendus in rebus Capitularibus se immiscere non debeat, omnimodam præsefert segregationem à Canonicis Capitularibus.*

11 *Idem suadet parificatio aliis Canonicis, qui non sint de gremio Capituli, sed tantùm Supranumerarii.*

12 *Actus præcedentes declarationem recipiunt à posterioribus.*

13 *Qui acceptavit conditiones, sibi oblatas, non potest deinde contra propriæ acceptationis factum venire.*

14 *Mandans, qui factum sui Procuratoris observavit, præsumitur ratum habuisse quicquid egerat Procurator.*

15 *Nec per eum opponi potest ignorantia actus, à Procuratore conclusi, quia tali casu in eo supponitur certa, & specifica ejusdem actus notitia.*

16 *Et etiam quia factum proprium semper obsisteret, & habetur pro implicita confessione.*

17 *Possidens Canonicatum, qui etiam per simplicem Clericum retineri potest, præcedere non valet Canonico, Præbendam Sacerdotalem habenti.*

18 *Generica, & indefinita concessio, facta cum relatione ad aliquid modificativum, & restrictivum, ad illius limites est intelligenda.*

19 *Ordinarius non potest, variando præcedenter disposita, concedere Institutionem, ab erectione, & fundatione difformem, in præjudicium Capituli.*

20 *Minusque obstat si talis Institutio non fuerit in hac parte executioni demandata.*

21 *Ecclesia S. Victoris Oppidi Intri ex rescripto S. R. C. canonizata est uti Collegiata insignis.*

22 *Non licet incidenter in dubium revocare ea, quæ aliàs fuerunt cum legitimis Contradictoribus definita.*

23 *Præsertim quando agitur de Resolutionibus* Sacr. Congregationum, *quæ sunt reverenter excipiendæ.*

DECISIO XXXI.

ORTA controversia inter Dominicum Bozzolum, & Faustum Josephum de Notariis, Canonicos Insignis Collegiatæ Eccclesiæ S. Victoris Oppidi Intri, super Jure præcedendi in Choro, aliisque Ecclesiæ Functionibus, eaque coram Ordinario, & Metropolitano vario marte definita, delata tandem ad *Sacræ Rotæ Auditorium, R. P. D. meus Lancetta prævia Decisione edita die 3. Julii labentis anni*, sententiam protulit favore Dominici, quam hodiè Domini in gradu ulterioris appellationis sub consueto dubio à me requisiti, confirmandam esse authumarunt.

Ea moti ratione, quia Dominicus adscriptus reperitur inter Canonicos primæ erectionis, habentes Animarum Curam, & Ecclesiæ Capitulum efformantes; E contrà verò Faustus Joseph obtinet Canonicatum ita impropriè dictum, & ab eodem Capitulo separatum: Undè meritò pronunciatum fuit, Præceden-

dentiam debitam esse Dominico, non obstante, quòd Faustus Joseph esset antiquior, nam
1 licèt controversiæ hujusmodi ex antianitate regulariter dirimantur, ad notata per *Rot. in Romana Præcedentiæ 3. Junii 1712. §. Denique, coram R. P. D. meo Crispo*, hoc tamen non procedit, ubi lis agitur, ut in præsenti, inter verum Canonicum, & improprium, sive honorarium; In his enim terminis post-
2 habita antianitatis prærogativa, Præcedentia semper debetur vero Canonico, & quia is dignior reputatur, & quia tanquam membrum Capituli ab ejus corpore separari non debet per interpositionem alterius in eodem Capitulo non inclusi, ut promiscuè advertunt *Gratian discept. for. cap.867. ferè per tot. Ceccoper. Lucub. Canon. lib.1. num.178. vers. & quamvis Pignattell. consult. Canon.90. num.4. tom.6. & consult.72. num.18. tom.9. Cassan. in Catalog. Glor. Mund. part.4. consid.12. in fin. Card. de Luc. de Canon. & Dignit. disc.37. num.2. Panimoll. dec.98. annot.1. num.17.*

Nullatenus subsistente, quod sequuta legitima Canonicatus erectione cum authoritate Ordinarii, & consensu Capituli, Faustus
3 Joseph effectus fuerit verus Canonicus, & gaudere debeat in omnibus, & per omnia iisdem met prærogativis, & privilegiis, quibus alii antiquiores Canonici fruebantur, ut plenè firmatur *in recen. part.3. decis.720. & coram Buratt. dec.193. à num.1.* Id namque procederet, quatenus per erectionem Canonicatus constituta fuisset vera, & perfecta Canonia, per infractionem numeri jam præexistentis, & cum ejus incorporatione in antiquorum Collegio, in quibus circumstantiis loquuntur, & intelligendæ sunt Authoritates in objecto allegatæ; At cum in casu, de quo agitur, præservato antiquo Canonicorum numero, Canonicus de novo admissus nullam habeat cum Canonicis antiquis participationem, aut societatem, & constituat figuram Canonici merè honorarii, & supranumerarii,
4 hinc neque dicitur de gremio Capituli, neque per consequens potiri valet Juribus, & prærogativis ad antiquos Canonicos pertinentibus, ut benè distinguendo tradunt *Ceccoper. Lucubr. d. lib.1. num.180.* cum aliis plenè relatis per *Panimoll. dec.198. num.7. & 8. & annot.1. num.15.* & admittit *Rot. coram Buratt. dicta dec.193. sub num.4.*

Quod verò Faustus Joseph receptus fuerit in Canonicum supranumerarium absque infractione antiqui numeri, & à Capitulo separatum, ex eo principaliter probatum remanet, quod porrecta Capitulo supplicatione pro admissione novæ fundationis, Canonici consensum non aliter præstiterunt, quàm *absque ullo præjudicio dicti Vener. Capituli, ipsiusque Jurium Parochialium quorumcunque.* Ex
5 hac etenim adeò ampla præservativa necessariò consequitur, eosdem antiquos Canonicos, admittere nullatenus voluisse novum Canonicum in eorum consortio, cui ex eadem admissione indubitanter emersisset præjudicium, ob participationem, & respectivè diminutionem Jurium Canonicalium, ut præter relatos *in decis. Causa §. Et sanè videre est penes Tondut. Quæst. Benef. tom.1. cap.111. n.10. & 11. Card. de Luc. de Canon. disc.6. sub numer.12. & Barbos. eod. tract. de Canon. cap.3. num.15. versic. declarat.*

Non attenta responsione, quod præservativa ista referenda sit ad emolumenta bursalia, tum quia ex hac interpretatione læderetur amplitudo, & generalitas ejusdem præserva- 6
tivæ conceptæ sub verbis illis, *absque ullo præjudicio*, quæ veluti universalia negativa, omne, & cujuscumque generis præjudicium excludunt *l. Julianus 66. ff. de legat.3. Natta cons. 410. num.6. & seqq. Spad. cons.337. n.5. lib.2. Rot. coram Priol. dec.314. num.6. coram Bich. dec.158. num.11. coram Cerro dec.28. num.20. & in recen. part.18. dec.811. n.1.* Tum etiam quia cum in eadem Ecclesia nullæ adsint distributiones quotidianæ, sed unusquisque Canonicus suam habeat propriam Præbendam, & separatam, indeque definiant ea emolumenta, quæ pati possent diminutionem ex participatione Canonici de novo admissi, ea- 7
dem præservativa, ne remaneat inutilis, & otiosa, coarctanda non est ad emolumenta bursalia, sed extendenda venit ad omnia, & singula Jura Canonicalia ad *Text. in cap. Pastoralis, & cap. in his, de Privileg. Fagnan. in cap. olim sibi num.4. de V. signif. Gallin. de V. signif. lib.1. cap.9. num.15. Rot. in rec. part.7. decis.201. num.56. & part.19. dec.85. num.9.*

Absque eo quod recurrere liceat ad emolumenta, de quibus Canonici antiqui ratione curæ participant; Quoniam cum hæc fuerint distinctè, & specialiter præservata, ex verbis illis - *ipsiusque Jurium Parochialium quorumcumque*, & verba ista prolata appareant per modum augendi præservativam cujuscumque præjudicii præcedenter expressam, nullatenus proindè dicendum est, quod Capituli 8
præjudicium ad sola Jura Parochialia restringi debeat, contra regulam *Text., in l. legata inutiliter ff. de legat.1. l. cum tale 27. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Rot. cor. Cerro decis.906. num.9.* Dato etiam citra veritatis præjudicium, quod Jura ipsa Parochialia sint species, & effectus Jurium Capitularium, nam non indè consequeretur, quod Canonici antiqui sibi dumtaxat præservaverint emolumenta derivantia ab administratione Curæ, quia de Jure species adjecta censetur ad majorem declarationem prioris dispositionis, & ex ea præcedenti generalitati nullatenus præsumitur 9
derogatum, juxta Theoricam *Bartoli in l. quæsitum §. Si quis fundum circa fin. ff. de fund. instruct. Gratian. disc. for. cap.932. n.1. & 2. Rot. coram Seraphin. dec.584. n.7. coram Priol. decis.113. num.20., & 21. coram Emerix Jun. dec.1272. num.8. & in recen. part.9. dec.154. num.5. & 17.*

Hæcque adeo plana intelligentia indeclinabilis reddebatur, ex eo quod secuta erectione Canonicatus per Faustum Josephum possessi, ejus Procurator ad illius possessionem immissus fuit sub ea explicita declaratione, *quod nunquam possit, nec habere debeat in futurum vocem in Capitulo, prout non habent alii tres Canonici, qui non sunt de gremio Capituli*, eique assignatus extitit ultimus sedendi locus post eosdem tres Canonicos supranu-

merarios: Exinde enim ad evidentiam con-
vincitur, præcedentem erectionem Canonica-
tus non aliter admissam, & approbatam fuis-
se ab antiquis Canonicis, quam sub condi-
tione constituendi Canonicum merè honora-
rium, à corpore Capituli segregatum, tum
quia conventum extitit, quod ipse nullo um-
quam tempore in rebus Capitularibus se im-
10 misceret, quod certè omnimodam præsefert
segregationem à Canonicis Capitularibus, cum
aliàs ei denegari non debuisset facultas suf-
fragium ferendi circa ea, quæ ad Capitulum
spectant, ut loquendo de hisce Canonicis de
novo admissis, docuit *Federic. de Sen. cons.290.
col.3. vers. an isti*, & firmavit *Rota dicta
dec.720. part.3. rec.*, *& coram Buratt. dicta
dec.193.* Tum etiam quia parificatus fuit cum
aliis tribus Canonicis supranumerariis, nullam
habentibus cum sex antiquis Canonicis con-
11 nexionem, quod pariter eandem segregatio-
nem manifestè concludit, cum stante dicta
parificatione, collatum Fausto Josepho non
præsumatur jus illud, quo non pollent alii
tres Canonici supranumerarii *argum. Text.
in cap. de privil. in 6. & in l. ad similitudi-
nem C. de Advoc. divers. Judic. Rota coram
Emerix Jun. dec.1166. num.4. & in Imolen. ad-
ministrationis Sacramentorum* 11. *Januarii* 1704.
§. *Hoc autem coram bon. mem. Omaña*.

Et ex hoc actu nedum resultat præsumptio,
quod sub præservativa cujuscumque præjudi-
cii generaliter explicata in actu consensus præ-
stiti pro erectione Canonicatus, includantur
12 omnia Jura Canonicalia, juxta familiarem re-
gulam, quod actus præcedentes declaratio-
nem recipiunt à posterioribus, de qua *in l. si
servus plurium §. fin. ff. de legat.1. Becc. cons.
29. num.26. Joseph Ludovic. conclus.38. per
tot. Rot. coram Pen. dec.943. num.5. cor. Cocc.
dec.954. num.6. & dec.1125. num.10. & cor.
san. mem. Alexand. VIII. dec.165. num.20.* Ve-
rum etiam emergit contra Faustum Josephum
certa, & concludens mali Juris probatio,
nam ipse, qui jam acceptavit conditiones sibi
13 à Canonicis præscriptas, non potest modo il-
las impugnando, propriæ acceptationis factum
subvertere *l. post mortem ff. de adopt. Rota
coram Priol. dec.115. num.32. & in rec. part.5.
dec.336. n.22.* Haud subsistente, quod pos-
sessio capta fuerit per Procuratorem præjudi-
care non valentem Principali in his, quæ
sunt specialiter demandata, quia cum Fau-
stus Joseph adversus actum à Procuratore ge-
stum, nullum emiserit displicentiæ signum, &
in illius sequelam continuaverit in possessio-
ne Canonicatus, ratum hinc habuisse præsu-
14 mitur quicquid egerat Procurator, indeque
ex ejus facto ob superventam ratihabitionem
remansit efficaciter obligatus, etiam secluso
mandato *cap. ratihabitionem, de reg. Jur. in 6.
Altogr. cons.17. num.53. & seq. lib.1. Rub. de
validit. legal. cap.15. num.54. Fontanell. de-
cis.504. num.12. Rot. in rec. part.6. dec.194.
num.8. part.18. dec.739. num.4. & in Cabilo-
nen., seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis* 4.
Maji 1706. §. *Verùm coram Reverendiss. D.
meo Decano*.

Neglecta pœnitùs replicatione, quod ad
præsumendam acceptationem actus adeo præ-
judicialis probanda esset in Fausto Josepho il-
lius præcisa, & individua notitia. Dum
enim ipse absque ulla reclamatione recenseri
passus fuit inter Canonicos Supranumerarios,
ac libenti animo se contulit ad postremam
Chori Sedem Procuratori assignatam, inutili-
ter excipit de ignorantia actus cum Procurato-
re conclusi, sive quia ex subsecuta possessione
per Faustum Josephum continuata eisdem mo-
do, & forma quibus illam acceptaverat Pro- 15
curator, credendum omninò est, quod in eo
certa, & specifica resederit ejusdem actus no-
titia quia, sive illum nullatenus approbasset
per actus continuatos, sibique præjudiciales,
ut advertitur *in Æsina Census* 18. *Aprilis* 1695.
§. *Non relevante, coram Eminentissimo D. meo
Priolo, & in Illerden. Vigesimæ, seu Salarii*
24. *Novembris* 1702. §. *Quo enim ad scientiam,
coram R. P. D. meo Lancetta*. Sive etiam quia,
seclusa Procuratoris acceptatione, eidem Fau-
sto Josepho proprium factum semper obsiste-
ret, nam si ipse Præcedentiam non impugna-
vit tribus Canonicis Supranumerariis, qui
numquam illam prætendere ausi sunt adversus
sex Canonicos efformantes Capitulum, impli-
cita indè emergit confessio, quod non fuerat 16
inter eosdem sex Canonicos cooptatus, cum
è converso si se de gremio Capituli credidis-
set, sedere, ac incedere debuisset immediatè
post Canonicos primæ erectionis, cum eo si-
mul unum, & idem Collegium constituentes,
posthabitis tribus supranumerariis ab eodem
Collegii corpore separatis, juxta auctoritates
relatas in §. *Ea moti ratione*.

Præterea in præmissorum omnium compro-
bationem Domini animadvertere non omise-
runt, quod in fundatione Canonicatus per
Faustum Josephum possessi, explicitè cautum
fuerit, eum retineri posse per simplicem Cle-
ricum ætatis annorum quatuordecim, ex hac
etenim circumstantia indubiè concludendum
est, Præcedentiam debitam esse Dominico,
qui ratione Curæ inter omnes Canonicos di-
stributæ obtinet Præbendam Sacerdotalem; 17
Undè præferri nequaquam valet à Fausto Jo-
sepho, qui retinet Canonicatum, juxta legem
fundationis, pro simplici Clerico destinatum
*cap. statuimus, de major. & obed. cum concor-
dant.* plenè cumulatis *in Romana Præcedentiæ*
5. *Maji* 1710. §. *De majori, coram R. P. D.
meo Crispo, & in ejus confirmatoria* 3. *Junii*
1712. §. *Quemadmodum, cor. eodem, & in De-
cisione Causæ* §. *final.*

Hisque ita firmatis, in nihilo Fausto Josepho
prodesse valuit, quod Ordinarius ejus Cano-
nicatus erectionem demandaverit *cum omnibus
honoribus, & privilegiis, quæ de jure simili-
bus Canonicatibus spectant, & quæ aliis Ca-
nonicis ejusdem Collegiatæ competunt*: Quia cum
hanc generalitatem immediatè restrinxerit ad
terminos admissionis Capitularis ibi -- *Cum
limitationibus tamen, & reservationibus à Ven.
Capitulo appositis in dicta præinserta ordinatio-
ne Capitulari, & non aliter &c.* generica hinc
& indefinita honorum, & privilegiorum con-
cessio, utpotè modificata, & restricta ex li-
mitationibus, & reservationibus in actu Ca-
pitulari contentis, ad quos habita fuit appro- 18
bativa Relatio, nullum Jus tribuere valuit
pro

pro assequenda Præcedentia, quam, ut supra probatum est, Canonici Capitulares in eodem actu, Capitulari sibi virtualiter præservarunt per *Text. in l. Stycum, qui meus erit ff. de legat.1. l. quis ante ff. de acquir. possess. Honded. cons.2. num.14. lib.1. Rot. coram Buratt. dec.872. num.4. cor. san. mem. Alex. VIII. dec.76. n.7. & 8. & cor. Merlin. dec.319. n.3.*

Ejusdemque, immo minoris relevantiæ reputata fuit successiva institutio ad eundem Canonicatum per Faustum Josephum reportata, ubi omnia conferuntur jura, cæteris Canonicis pertinentia; Tum quia Ordinarius
19 non poterat variando præcedenter dispositâ concedere institutionem ab erectione, & fundatione difformem in præjudicium Capituli: *Navarr. cons.8. n.1. de Constit. Berous cons.5. num.6. & seqq. & num.33. lib.1. Card. de Luc. disc.96. num.7. Rot. coram Seraphin. dec.538. num.1., & in rec. part.1. dec.496. num.9. & part.2. dec.216. num.4.*; Tum etiam quia eadem Institutione minimè attenta, Faustus Joseph Canonicatus possessionem acceptavit, & approbavit tanquam Canonicus Supranumerarius, & à corpore Capituli separatus: Quo posito ad assequendas prærogativas, cæteris Canonicis competentes, nulla vis fieri valet super dicta institutione executionis in hac
20 parte non demandata, penitusque resoluta ex contraria Capituli protestatione, per Faustum Josephum confirmata. *Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.28. num.181. Rot. cor. Coccin. decis.1680. num.174. coram Celso dec.282. n.16. coram Emerix jun. dec.843. num.8. & in recent. part.10. dec.561. num.13. & part.19. dec.381. num.17.*

Et denique inutiliter contendebatur, quòd Ecclesia S. Victoris non esset vera Collegiata, sed simplex Congregatio Presbyterorum, indè inferendo, quòd cessante Collegialitate, assignabilis haud sit differentia inter unam, & alteram speciem Canonicorum. Quoniam hujusmodi exceptio, cui de cætero diametraliter adversantur fundatio, & erectio Canonicatus, cæterique actus à Fausto Josepho expleti, qui omnes præsupponunt modò controversam Collegialitatem, penitus eliminata remanet ex Rescripto *Sacræ Congregationis Ri-*
21 *tuum*, ex quo declaratum extitit, Ecclesiæ S. Victoris tanquam Collegiatæ insigni competere Præcedentiam adversus alias Collegiatas simplices; Hæc enim declaratio omnem sustulit dubietatem, nam permissum non est in præsenti Collegialitatis statum in controversiam reducere postquam Sacra Congregatio illum in aliarum Ecclesiarum contradictorio ca-
22 nonizavit, cum revocare incidenter non liceat ea, quæ aliàs fuerat cum legitimis contradictoribus definita ad *Text. in l. ingenuum ff. de stat. homin. Rot. coram Priol. decis.34. num.14. coram Zarat. dec.74. num.18. & in rec. part.16. dec.108. num.2.* Præsertim quando judicatum provenit, prout in themate, à Sacris Congregationibus, quarum Re-
23 solutiones nostrum Tribunal reverenter, & absque ulla discussione excipere profitetur, ut videre est *in dec.479. num.2. ibique Add. num.20. coram Buratt. dec.60. num.4. cor. Celso, in rec. part.18. dec.279. num.2. part.19. decis.166. num.2., & in Faven. prætensæ associationis 17. Junii 1707. §. Neque obstant, cor. R.P.D. Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Pampilonen. Juris Sedendi.

Veneris 28. Januarii 1707.

ARGUMENTUM.

Parocho non debetur Sedes distincta, & cæteris præcelsior, sed tantùm primus locus sedendi in Scamno.

SUMMARIUM.

1 *Potest Episcopus contra inobedientes etiam excommunicationis gladio uti.*
2 *Contra contumaces omnia Jura clamant.*
3 *Confirmanda est sententia, quæ dignoscitur valida, & justa.*
4 *Non omnium rerum, quarum initii memoria non extat, certa ratii reddi valet.*
5 *Elatiorem locum in Choro occupabant antiquitùs in Regno Hispaniarum Abbates Regulares, Divina Officia cum suis Monachis adimplentes.*
Episcopo in qualibet Ecclesia suæ Diœcesis debetur sedes elatior, & ab aliis distincta, & num.9.
7 *Parochus est tanquam Episcopus in sua Parochia.*
8 *Limita quoad locum Sedendi, qui ei non debetur nisi primus in Scamno.*
10 *A' diversis non valet fieri illatio.*
11 *Ab exemplis non est judicandum.*
12 *Judicio Episcoporum S. Rot. libenter adhæret.*

DECISIO XXXII.

Aderat in Ecclesia S. Cervini temporibus pervetustis quidam Chorus cum elevatione præcelsioris Sedis, & Scamnis circa Officiaturam ejusdem Ecclesiæ vacuis, usquequo existimantibus fortasse Operariis, seu Fabriceriis, vel Presbyteris eidem Choro deservientibus veterem ipsius Chori ordinationem in melius restaurare, novum Chorum extruxere, in quo relicta in medio pariformiter magis excelsa Sede, Subsellia, sive Scamna officiari debentium divisa extiterunt à Cornu Sacrosancti Evangelii, & respectivè Epistolæ, idest à dexteris, & à sinistris: Prætendente autem Parocho secundum hanc recentiorem ædificationem arrogare sibi supradictam Sedem magis augustam, Reverendissimus Ordinarius inhibuit Parocho, nè hanc Cathedram, sive Sedem occuparet, deveniendo etiam ad Canonica remedia ratione ejus inobedientiæ, atque ad hunc effectum ulterius evaginando gladium, qui fuit traditus Episcopis, excommunicationis nempè, cum similibus, ad coercendos refractarios per *Textum in cap. dilecto, de sentent. excommunicat.* 1

vicat. in 6. cap. si quis deinceps in fin. 17. quæst.1. Sacrum Concilium Tridentinum sess.23. de reform. cap.1. ante fin., & sess.25. cap.3. per tot. Abbas in cap.1. n.10. de Judic. Franc. in cap. cum sit Romana §. *Præterea, num.3. de appell. Sayr. de Censur. lib. 1. cap.9. num.32. Scacc. de appellation. quæst.17. limit.22. n.38. Card. de Luc. in adnotat. ad Sacrum Concilium Tridentinum discurs.43. à num.13. ad seqq. & per tot. R.P.D. Petra in Commentar. ad Constitution. Apostolicar. tom.1. Constitut.1. Leon. X. sect.3. sub n.91. fol.213. col.2. Rot. dec.167. n.6. part.19. rec.*

Provocavit Parochus ab hisce jussibus Episcopi ad Sanctam Sedem, sive Sacram Rotam, ac prima vice solus comparens in Theatro nostri Auditorii facilè ei fuit reportare *coram R. P. D. meo Scotto* manutentionem in sibi adscito ordine sedendi, cum nemine in contrarium veniente, passim idem nostrum Auditorium respondere soleat *Pro Informante*, ut ita excitentur à somno, qui dormiunt, suoque loco, & tempore alacriores fiant in adducendis eorum rationibus, tum ex iis, quę
2 de jure habentur, quod contra contumaces omnia jura clament, & quod regulariter Reorum sit fugere, juxta ad notata per *DD. in l. properandum* 11. §. *Sin autem Reus C. de Judic. Maceraten. Var. Resolut. lib.3. resol.3. numer.15. Marant. controv. Jur. part.3. respons.78. num.9. & part.4. respons.75. n.3. Scacc. de Judic. lib.1. cap.93. sub num.1. Rot. Bononien. divers. dec.71. sub n.10. Rota nostra dec.6. de dol., & contumac. in novis dec.336. in princ. part.16. rec., & in Romana, seu Januen. Pecuniaria 22. Januarii 1696.* §. *Suffecisset, coram Me;* Tum ex iis, quæ enunciata fuerunt *in Viterbien. Fideicommissi 8. Maji 1702. coram Me*, quæ postea Decisio ad trutinam ventilata per comparentiam alterius partis, meritò, ut suspicabatur, etiam in die resolutionis Tribunai, fuit revocata, quemadmodum liquet ex *superventa mea Decisione sub die 6. Junii 1703.*, contra quam posteriorem definitionem, nec etiam Victor in prima contumaciali successivè reclamavit.

Eoque faciliùs *Domini* tunc temporis decreverunt Parocho manutentionem, quia lacessiti Scribentes contra eundem Parochum occasione expeditionis Causæ super præfata manutentione, adeo, ut ita dicamus, socordes fuerunt, ut permiserint eandem manutentionem, ac desuper definitum transire in rem judicatam, donec tandem expergefacti Presbyteri ejusdem Ecclesiæ, & habito recursu ad Signaturam Justitiæ, emanavit ab eadem Signatura rescriptum *de Causis restitutionis in integrum;* Delataque proindè re ad *R.P.D. meum Caffarellum*, apud eum responsum fuit *constare de Causis petitæ restitutionis*, cum successiva, & adversaria sententia infirmante manutentionem Parocho concessam à *R. P. D. meo Scotto*, uti de his omnibus liquet habita confrontatione decisionum, ac temporum, tam *R.P.D. mei Scotti sub die 20. Aprilis 1705.*, quàm *R. P. D. mei Caffarelli sub die 10. Maji anni 1706. mox elapsi.*

Quia tamen per hoc negocium terminatum dici non poterat, & proindè memorati Oppugnatores Parochi ad ipsius quæstionis obtruncationem tutius obtinendam curarunt *mihi* committi hujusmodi causam, necesse habui interrogare *Dominos meos -- An postrema sententia Rotalis, sive R.P.D. mei Caffarelli confirmanda foret, vel infirmanda;* Hodieque *Domini Mihi* suffragantes (detrectante à contrario Parocho, ex qua causa nescitur, jura sua in præsenti Audientia deducere) citra hæsitationem unanimiter responderunt, *sententiam Rotalem, seu R.P.D. mei Caffarelli fore prorsus confirmandam*, quemadmodum sibi promeretur quælibet sententia, quæ dignoscatur in- 3
niti irrefragabili validitati, & indubitabili justitiæ per *Text. in cap. causam, quæ de sent. & re judicat. cap. Raynutius, in fin. de Testam. dec.286. in princip. coram san. mem. Alex. VIII. dec.352. num.1. part.14. dec.514. num.9. & decis.556. num.2. part.19. rec., & in Romana hæreditatis de Ruspolis 14. Maji 1706. in princip. coram R. P. D. meo Caffarello.*

Jam enim circa validitatem præmissæ posterioris sententiæ *R.P.D. mei Caffarelli* quęstio non aderat, nec poterat adesse, undè etiam ex officio apud *Dominos* reducto certamine ad justitiam, fundamenta *supradictæ Decisionis R. P. D. mei Caffarelli* reddebantur ineluctabilia; retento quippè themate veteris, & novi Chori, etsi sciri non posset, qua de causa extaret in veteri Choro Sedes eminentior, & qua de causa etiam in costructione novi fuerit, derelictis scamnis antiquis, elevata in cornubus divisis Sedes præcelsior, cum non omnium rerum quarum initii memo- 4
ria non adest certa ratio reddi queat, ut in suis, & non dissonantibus terminis inquit *Julianus in l. non omnium 20. ff. de Reg. Jur.* & animadvertit *Sacr. Rota in Urbanien. Archipresbyteratus sub die 17. Maji 1697. coram Me*, & legitur *in primo Volumine mearum Decisionum la 9. sub initio.*

Adhuc verisimile erat, quod hæc Sedes elatior, & fortasse illa alia scamna, sive subsellia, quæ primitùs manebant vacua, ferirent statum temporis tunc decurrentis, ratione interventus Episcopi, vel alterius Regularis Abbatis Divina Officia adimplentis cum suis Monachis, prout in ordine ad tempora antiquiora, & in ordine ad Abbates Regulares 5
fuit tactum, & animadversum in hoc ipso Catholico Regno Hispaniarum cum doctrina *Frances de Eccles. Cathedral. cap.8. ex n.132. in Giennen. Juris mutandi 20. Februarii 1699. cor. Me inter impressas dec.76. in annotat ad eandem decis. sub n.16.*

Et si fortè hæc ratio, seu verisimilitudo, ac probabilitas non subsisteret, illa sedes magis eminens nimium de facili poterat censeri reservata pro Episcopo, quoties accedere maluisset ad hanc Ecclesiam S. Cervini, cum 6
Episcopo semper in qualibet Ecclesia suæ Civitatis, ac Diœcesis debeatur Sedes Augustior, ac prorsus eminenter distincta ex annotatis per *DD. in cap. Episcopus 9. distinct. Bald. in addit. ad specul. tit. de special. Jurisdict. omn. Judic. & in l. nullus C. de decurion. lib.10. & in l. ad similitudinem C. de Episc., & Cleric. Capon. discept. forens. tom.5. discept.329. n.2. Pignattell. consult. Canon. tom.1. consult.7. sub num.1.*

num.1. Daniel. de Nobilib. disput. select. tom.2. disput.6. num.18.

Nusquam tamen eandem sedem augustiorem pro se occupare valebat Parochus, qui etsi ad aliquos subalternos effectus reputetur
7 Episcopus suæ Parochiæ, seu parvæ Diœcesis, ut notant *Vvaguereck. in Jus Canonic. tom.1. lib.1. tit.28. de Offic. Vicar. cap.1. vers. Vicarius, Marant. controv. jur. part.4. respons. 21. num.64. Tranchedin. consult.99. numer.13. lib.1. Barbos. de Offic. & Potest. Parochi part.1. cap.9. num.1.* Nihilominùs per declarationes *Eminentissimorum Patrum Sac. Congregationi Rituum Præpositorum*, non habet Parochus nisi
8 primum sedendi locum in scamno, quemadmodum apparet ex declaratione edita *in Turritana 14. Febr. 1632.* quam retulit *Barbos. in Summ. Apostolic. dec. collectan. 557. n.6.* Quapropter solidè ex eadem fundata ratione idipsum firmatum fuit *coram R. P. D. meo Caffarello in Decisione hujus Causæ sub die* 10. *Maji* 1706. §. *Utrumque verò*.

Sublimior quippè sedes supra prædicta scamna à dexteris, & à sinistris elevata referri non poterat, nisi ad alteram eminentiorem Dignitatem, quæ Parocho non conveniebat; firmo siquidem remanente principio, quod in Ecclesia inferiori locus magis principalis Parocho debeat attribui, id intelligitur, ut præmisimus, circa scamna, minimè autem quoad sedem distinctam, & cæteris præcelsiorem;
9 nam ea quatenus est distincta à scamnis, & sedilibus à læva, & à dextera stabilitis, nequit censeri reservata, nisi Episcopo, vel illius locum Canonicè implenti, ut rectè admonet *Ceccoper. Lucubrat. Canonic. lib.2. numer.46. vers. sedes Episcopi, Squillant. de oblig. & privileg. Episcop. part.1. cap.7. n.6. Pax Jordan. Lucubrat. Canonic. tom.1. prælud.4. numer.16. Frances de Eccles. Cathedral. cap.18. num.244.*

Parùm relevantibus assertis exemplis aliarum Ecclesiarum, videlicet, *S. Laurentii*, & *S. Nicolai*; nam de illarum Ecclesiarum structura apud *Dominos* non constabat, & jam non erat quæstio ex præmissis, quod Parochus respectu aliorum Capellanorum, vel inservientium Ecclesiæ ascendere non deberet ad gradum Superiorem, sed quod posset sibi adscire ius sedendi in hac distincta à scamnis, & probabiliter relicta sede pro Episcopo, vel aliter desuper habente supra Parochum altiorem Dignitatem nullibi præcitata exempla demonstrabant, ideoque non ostensa à
10 Parocho vera quidditate facti præcisi, & contrarii, nequibat à circumstantiis fortè diversis fieri illatio, secundùm vulgata principia, de quibus est *Text. in l. Papinianus exuli ff. de minor, & l. inter stipulantem §. Sacram ff. de verbor. obligat. Surd. cons.150. n.94. Altograd. Jun. contr.89. num.50. Rot. dec.103. n.9. coram Peutinger. & dec.607. num.31. part.9. recent. cum aliis in Forolivien. Fideicommissi de Torellis super reservatis 20. Januarii 1706.* §. *Minimè refragante, cor. bon. mem. Muto*, impressa penes *Modern. Forolivien. dissertat. legal.45. dec. unic. n.27. & in Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Martini 2. Julii ejusdem anni* §. *Quoniam in primis cor. Me;* ultra regulam, quod ab exemplis non sit judi- 11
candum *l. sed licet ff. de Offic. Præsid.*, & *cap.1. de postulat. Prælat. Menoch. cons.75. numer.93. & seq. Gratian. discept. forens. cap.27. num.51. Saminiat controv.34. num.96. tom.1. Card. de Luc. de Praemin. dec.13. n.23.*, & *in adnotat. ad dec.20. num.19. inter hactenùs impress.*

Atque in hoc proposito (quantumvis ad exuberantiam) non leve fundamentum *Sacra Rota* constituit in Judicio Ordinarii, de quo superiùs; non etenim ita de facili Ordinarius in facie loci præexistens devenisset ad excommunicationem, aliosque nodos Ecclesiasticos contra Parochum, si scivisset, prout certò scire credendum erat, quod finitimæ Ecclesiæ, ita vel forsan de probabili jure, aut ex tolerabili consuetudine practicarent, semper quipoè Sacrum Tribunal in abstracto, quan- 12
tum fieri potest, Judicio Sacrosanctorum Episcoporum in loco versantium circa hujusmodi consuetudines, & laudabilia firmamenta libenter adhæret, ex his quæ videri possunt *in dec.467. num.9. coram Cerr. dec.105. n.1. cor. Emerix senior. dec.39. num.7. part.15. dec.90. num.16. part.16. & dec.636. num. fin. part.19. recent.*, & *in Barchinonen. Beneficii 22. Februarii 1704.* §. *Opposita, coram R. P. D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore, cum aliis in Pampilonen. Exemptionis 25. Junii* §. *Vel si ad omne pejus 6. Decembris 1706.* §. *Quid effandum, coram Me*.

Quamobrem à primo ad ultimum ponderato, quod ad limites semper anteponendæ, & venerandæ declarationis *Sacræ Congregationis Rituum*, nequeat Parochus præeligere nisi primum locum in scamnis, non verò distinctam, & quodammodò Pontificalem sedem (etsi Ego tanquam Ponens forsan exoptassem sub oculis habere structuram ipsius novi Chori pro rectius, & firmius efformanda decisione) audivi uniformiter, & ut opinor benè *Mihi* responderi super confirmatione Sententiæ nostræ Rotalis, Sacrista dumtaxat informante.

R. P. D. DELL' OLMO.

Pampilonen. Præeminentiarum.

Mercurii 3. Februarii 1700.

ARGUMENTUM.

Viris insignis nobilitatis, una cum uxore, filiis, filiabus, ac tota familia de Jure debetur Præcedentia in Sedendo in Ecclesiis, in quibus sunt Parochiani, attenta præsertim consuetudine. Quid sit Presbyterium, & an in eo, in vim immemorabilis, possint hujusmodi Nobiles habere Sedile. An, & quando gaudere quoque debeant Preeminentia in oblationibus faciendis, tam quoad prælationem, quàm quod ad locum.

SUMMARIUM.

1 *Ex quibus arguatur in Regno Navarræ Nobilitas Familiarium illustrium*, & num.2. 3. & 4.

5 *His*

66 Pro-

66 *Prohibitio retinendi scamna in Presbyterio per Laicos, objecta à Caremoniali, tanta non est, ut non possit istud Jus per immemorabilem acquiri.*

67 *Constitutio* Clem. VIII. *eas tantum consuetudines damnat, quae expressè, ac directè dicto Caremoniali adversantur.*

72 *Facultatis praesumptio excluditur ex pluralitate actuum, per longissimum tempus continuatorum.*

77 *Declaratur* decis. in Pampilonen. Praeeminentiarum coram Comitulo, confirmata coram Mantica.

DECISIO XXXIII.

JUdiciali instructa contentione coram Ordinario Pampilonen., inter Parochum, juratos, & Incolas loci de Galdiano ex una parte, & D. Petrum Garziam ex altera, qui tanquam Dominus Palatii ejusdem loci, una etiam cum ejus filiis, consanguineis, ac aliis ab ipso invitatis, praeeminentia gaudere praetendebat priùs offerendi in plano tertii gradus Altaris majoris Ecclesiae Parochialis, & quidem separatim ab aliis habitatoribus dicti loci, qui in fine dicti tertii gradus oblationes exponebant; nec non per ipsum Petrum, filios, consanguineos, invitatos, ac familiares praecedendi caeteros Incolas in Processionibus, & aliis functionibus, tam intra, quàm extra Ecclesiam, ac similiter per ejus Uxorem, filias, & consanguineas, invitatas, ac familiares praecedendi etiam cunctas alias foeminas dicti Oppidi, ac rursus dicendi per Sacerdotem celebrantem Responsorium particulare super sepultura familiae, ac Palatii de Galdiano, post Responsorium generale, praelativè quoad caeteras sepulturas existentes in dicta Ecclesia; obtinuit Parochus manutentionem, nedum in quasi possessione recipiendi oblationem in tertio gradu ab omnibus Parochianis, data tamen praelatione tam Domino Palatii, ejusque filiis, consanguineis, aliisque invitatis, quàm etiam ejus Uxori, filiabus, consanguineis, invitatis, & familiaribus respectu caeterarum mulierum ejusdem loci in transitu Sacerdotis propè sepulturam familiae ubi sedent, sed etiam in quasi possessione dicendi responsorium post generale in sepulturis, ubi sit oblatio annualis, pariter tamen concessa praelatione sepulturae Domini Palatii, si super illa adsit oblatio annualis, & quando super sepulturis oblationes non adsint, obtinuit manutentionem in quasi possessione dicendi Responsoria per ordinem sibi benevisum, & in ultimo loco, cum redit ad Sacristiam super sepultura Domini Palatii.

Cum verò ab hac Sententia (provocante eodem Petro ad Nuntium Hispaniarum) decretum favorabile manutentionis in omnibus reportaverit, hinc causa per ulteriorem appellationem ex parte Parochi interpositam, ad me devoluta, dubium in simplici articulo manutentionis sub die 30. Martii anni proximè elapsi in Rota proposui, sed dilata tunc illius resolutione, ac insuper per Dominos demandato, ut videretur de bono Jure, etiam ad effectum manutentionis, cum etiam successive fuerit per Parochum oppositum, non licere eidem Petro retentionem scamni in Presbyterio ejusdem Parochialis Ecclesiae, causam propterea in hodierna audientia reproposui, sub dubio, an & de cujus bono jure constet, tam super retentione scamni, seu sedis in asserto Presbyterio Ecclesiae Parochialis de Galdiano, quam super Praecedentia in oblationibus faciendis, & Responsoriis recitandis circa sepulturas dictae Ecclesiae, nec non in Processionibus, & aliis functionibus publicis, intus, & extra Ecclesiam celebrandis, etiam ad effectum manutentionis, & Dominis visum fuit constare de bono jure Petri, ad effectum manutentionis juxta modum inferius subnectendum.

Assumpto enim praefati dubii examine per omnes sui partes, respectu primae, concernentis retentionem scamni, seu sedis in asserto Presbyterio, super qua nulla fuit quaestio in duabus praecedentibus instantiis, favore ejusdem Petri capta fuit resolutio, ipse enim est persona notoriè nobilis, de familia antiquissima, & qualificata Regni Navarrae, ut deponunt Tests examinati de anno 1654. praesenti *Summ.* Petri *num.3.*, & constat tum ex lapide sepulcrali hujus illustris familiae, in qua ab anno 1003. sicque septingentis ab hinc annis insculpata sunt Arma Gentilitia illius Domus *d. Summ. n.2. lit. P.* Tum ex quo tam idem Petrus, quàm Pater, Avus, & caeteri ejus ascendentes, fuerunt Domini Palatii de Galdiano, quod in Regno Navarrae est singulare Familiarum Illustrium, ut testantur *Remig. in tractat. de Immunit. Eccles. ampliat. 22. n.3. Bovadill. in sua politic. lib.2. cap.14. num.10. vers.9. en Navar. Salzed. in Theatr. bonor. glos.20. num.34. vers. cum & si aliquando*, tum quia ejus familia est caput Armeriae titulus antiquae nobilitatis in dicto Regno Navarrae, ut referunt dicti Testes examinati de anno 1574. *dicto Summ. num. 3. lit. B. C. & G.*, aliique noviter inducti, *dicto Summ. n.2. lit. A. & F.* Tum etiam quia Didacus Garzia alter ex ejus ascendentibus, tanquam Dominus dicti Palatii vocatus fuit de ordine Regio ad Comitia generalia Regni Navarrae de annis 1589. & 1592., ut apparet ex literis Regiis *d. Summ. num.4.*, atque ex dictis Testibus noviter examinatis *dicto Summ. n.2. lit. E.* & demum ex quo in Processione, quae fit quolibet anno de mense Maji per omnes habitantes Vallem de Erlen. ad Templum Sanctissimae Virginis Mariae Civitatis Stellae, ipse praecedit omnes Incolas dictae Vallis, ut habetur ex Testibus *d. Summ. num.2. lit. F.*

Undè ex his constito de sic conspicua, & adeò eximia nobilitate ejusdem Petri, manifestum apparuit Dominis illius bonum Jus, ad effectum retinendi ibidem praedictum sedile, cum attenta Juris dispositione debeatur Praecedentia in sedendo etiam in Ecclesiis, his, qui in genere, & nobilitate sunt clariores *l.1. & 2. C. ut Dignit. Ord. Serv. lib.12. l. bonor §. Gerendorum l. ut gradatim de muner. & bonor. cap. solitae, de majorit. & obed. Cassan. in Cathalog. glor. mundi part.8. consider.38. Menoch. cons.126. num.36. Valenzuel. Velasquez cons.1. num.42. & seqq. Giovagnon.*

1 2 3 4 5

gnon. consil.8. lib.2. Ludovic. Bell. cons.27. numer.13. & 14. Lar. in l. si quis à liberis in princ. num.30. & seqq. ff. de liber. agnoscen. Grat. discept. for. cap.110. num.19. & 20. Perez de Lar. de Anniversf. & Capell.lib.1.cap.24. num.18. & 20. Frances de Eccles. Cathedral. cap.25. n.385. Castill. de Tertiis cap.41. n.39. & seqq. Cyriac. controv.201.num.146. & seqq. tom.2. Rot. dec.310. num.3. coram Gregor. & dec.588. num.4. coram Caval. dec.868. num.1. coram Buratt. & in recen. dec.87. n.3. part.17.

Fortiùs verò, quia cum in hujusmodi praeeminentiis habendi scamnum in Ecclesia, om-
6 ninò attendenda sit consuetudo, cum illa tribuat jus, & faciat totum per *Text. in cap. cum olim, extra de consuetud. Fab. de Ann. cons.40. num.2.& seqq. & num.7. & 10. lib.1. Lar. de Anniversf. & Capellan. dicto cap.24. num.20. & 21. Valenzuel cons.134. n.32. Bartolin. de Praecedent. quaest.10. art.6. fol.197. col.1. vers. temporis enim longitudo, Altovit. vot.8. num.4. post dec. Rembold.*, late *Cyriac. controv.201. n.165. & seqq. Salzed. in Theatr. honor. gloss.49. num.1. & seq. & per tot. Frances de Eccl. Cathed. cap.25. num.376. & cap.33. num.313. & seqq.& num.177. Sperell. dec.179. sub num.1. Rot. dec.127. num.9. cor. san. mem. Innoc. X. & in rec. dec.202. num.17. part.10. dec.168. n.5. part.16. dec.87. num.6. part.17. & dec.781. num.5. & seqq. part.18.*, & secun-
7 dum illam Praecedentiae causa judicanda sit, ut monent *Fab. de Anna d. cons.40. n.10. Larrea alleg. Fiscal. 52. num.19. vers. sed etiam, Prat. discept. forens.39. num.46. Cyriac. controv.201.num.173.& seqq. Rovit. dec.77. n.7.*
8 etiam si dispositio Juris Communis esset contraria, ut prosequitur *Cyriac. d. controv.201. num.168. Rot. coram Seraph. dec.964. num.1. cor. Merlin. dec.70. num.17. & in rec. part.5. dec.85. num.6. & seqq. & dec.202. n.17. & 18. part.10.*

Profectò idem Petrus praeter adeo eximiam nobilitatem, non solum habet pro se decennalem possessionem retinendi praedictum scamnum in plano Capellae majoris, quae ad prae-
9 scriptionem hujusmodi praeeminentiae sufficeret, cum talis praerogativa non sit contra jus, sed debita de jure nobilioribus, ad tradita per *Purpurat. cons.540. n.11. lib.2. Peregrin. cons.3. num.1. & seqq. lib.2. Fab. de Ann. d. cons.40. n.1. & seq. lib.1. Cyriac. controv.201. n.169. & 170. Mans. consult.617. n.53. & seqq. tom.7. Jacob. Gottofred. de Jur. Praeced. part.1. cap.2. fol.46. & 47. Besol. de Praeced. sess. & praerogat. cap.3. fol.116. Ferr. de Praeced. quaest.18. Pignatell. consult.4. n.3. tom.4. Gamm. dec.1. n.49. Rot. dec.1275. n.6. cor. sa. me. Innoc. X. dec.1170. n.15. cor Coccin.*, & *in rec. dec.102. n.10.& 11. part.10.& dec.87.n.6.part.17. & dec. 781. n.7.part.18,& dec.99.n.12.part.19.* adeout
10 haec decennalis consuetudo suffragetur nedum in possessorio, verùm etiam in petitorio, ut sentiunt *Fab. de Ann. d. cons.40. num.7. vers. hic autem lib.1. Gottofred. de Praeced. part.1. cap.2. §. Cujus autem temporis fol.50. Altovit. d. vot.8. num.4. post dec. Rembold.*

Sed etiam probavit consuetudinem quadragenariam, primo ex oculari inspectione, & relatione facta in faciem loci de anno 1614. de mandato Episcopi Pampilonensis per Petrum de Marischalar ejus Secretarium occasione alterius similis controversiae inter Dominum Palatii, & Incolas loci, exortae super impedimento, quod sepulturae dicti Palatii praestabant scamna Incolarum, tunc noviter posita *dicto Summ. num.1. lit. A. E.* ibi -- *Ed ho trovato, che li Signori del detto Palazzo vi tengono il suo Banco, e Sedia cognito dentro li gradini della Cappella maggiore, alla parte dell' Epistola, senza concorso alcuno* -- & secundo ex Testibus examinatis de anno 1642. *dicto Summ. num.5.* ac ex aliis in praesenti Judicio formiter repetitis praesenti *Summ.* Petri *num.10.* quae quidem quadragenaria consue-
tudo, ubi etiam Jus resisteret, adhuc tamen 11
servanda esset, juxta *Gloss. in cap. final. V. legitimè, de consuet. in 6. Corn. consil.193. numer.14. lib.2. Valenzuel. cons.34. num.164. vers. per tempus. Pignattell. cons.72. num.2. tom.4. Rot. dec.10. num.4. post Tambur. de Jur. Abbat. & in rec. dec.226. num.7. part.14.*

Et quod magis est idem Petrus probavit etiam immemorabilem possessionem retinendi scamnum in d. Capella majori, ut constat ex aliis Testium depositionibus nuperrimè in actis productis, dicto praesenti *Summ. num.2. lit. F. AA. & seqq.* cum quibus concordat antiqua enunciativa contenta in supplici libello de dicto anno 1614. Episcopo Pampilonensi porrecto *dicto Summ. num.1. E questo da tempo immemorabile*, haec enim praebet Juris assistentiam, justumque dat titulum pro sedili in eo-
dem loco retinendo, ut in puncto tradunt 12
Frances de Eccles. Cathed. cap.5. num.48. Rot. dec.781. num.6. part.18. rec.

Potissimùm quia ex relatis Testium depo-
sitionibus adstipulatur etiam fama Privilegii, 13
qua stante, immemorabilis consuetudo, posita etiam incapacitate in Laico, eidem nihilominus dat justum titulum possidendi, ut firmat *Rot. dec.724. num.1. & 8. coram Coccin. & in rec. dec.109. num.2. part.16.*, quamvis de caetero dictus titulus in casu nostro non requira-
tur, cum de Jure Praecedentia magis compe- 14
tat ratione possessionis, quàm tituli *cap.1. de majorit. & obed. Menoch. cons.126. n.4. lib.2. Prat. discept. forens.39. numer.44. vers. tradit hanc consuetudinem tom.4. Rot. dec.779. num.8. cor. Merlin.*

Nec ad excludendum bonum Jus Petri suffragari visum est, quod scamnum, seu sedile positum sit in Choro, seu Presbyterio, proindeque illius retentio haud permittenda
sit, cum Laicis non liceat habere locum inter 15
Clericos, quando celebrantur Divina Officia *ad Text. in cap.1. de vit. & honest. Cleric. cap. nulli cap. pervenit, cap. Sacerdot., de Consecrat. distinct.2. Lotter. de Re Benefic. lib.1. cap.13. num.20. Franc. de Eccles. Cathed. cap.5. n.42. & seqq. Gonzal. in d. cap.1. de vit. & honest. Cleric. Piscar. in Prax. Caeremon. lib.2. sectione.1. n.16. Pignatell. consult.3. n.6. & seq. & consult.7. n.6.& seqq. tom.3. Panimoll. dec.1. adnotat.11. n.33. & seqq. Rot. in Valentina Capellae 5. Martii 1599. coram Justo*; Quamvis
etiam sint excelsae nobilitatis, & in magna 16
Dignitate constituti, ut disponitur in *Caeremonial. Rom. lib.1. cap.13.* & referunt *Frances de*

de Eccles. Cathed. d. cap.5. n.45. Piscar. ubi supr. d. sect.1. n.16. Pignatell. d. consult.7. n.28. tom.3. Panimol. d. dec.1. adnot.11. n.33. & in fortio-
17 ribus terminis Patroni Laici, cui licet in Ecclesia Patronali honorabilior locus debeatur, non tamen permittitur habere sedem in Presbyterio *Lotter. de Re Benefic. lib.1. cap.13. num.23. Frances ubi supra d. cap.5. n.46. Ventriglia in Prax. Rer. Notab. annotat.1. §.4. num.9. propè finem lib.2. Pignatell. consult.3. num.6. in fin. tom.3. & consultat.16. tom.4.*, & ex mente *Sacr. Congregationis* respondit *Rota in Valentina Capellæ 5. Martii 1599. cor. Justo, & in Burgensi Sepulturæ de Villadiego 5. Maji 1603. coram Lancellot.*

Præmisso enim, quod hic agitur de modica Ecclesia longitudinis tantùm 75. pedum, & latitudinis 26. utpotè deserviente pro exiguo Populo 28. Domorum, quæ unicum habent Sacerdotem, & Altare, absque ulla forma Presbyterii dicto hodierno *Summ. Petri n.9. lit. A. F. & num.2. lit.Z. & num.3. lit. C.*; Ac rursus etiam præmisso, quod scamnum non retinetur in loco Presbyterii Altaris; sed in plano illius tertii gradus, ubi est Capella major Ecclesiæ, à qua ascenditur per duos alios gradus ad Altare, ut constitit ex dicta oculari inspectione facta de mandato Episcopi de anno 1614. *dicto Summ. num.1.*, & patet
18 ex planta, quæ unita cum Testibus examinatis de anno 1642. hoc idem deponentibus, plenè probat *Card. de Luca de Judic. disc.24. n.8. Rot. dec.154. num.5. coram Peutinger.*, *& in Melevitana Bonorum 10. Martii 1688. §. Tutum, cor. Reverendiss. D. meo Molines Decano*; Quamvis alii Testes per ipsum Petrum inducti asserant, quòd sedile positum sit in Presbyterio, quia in hoc intelligendi sunt vulgariter, & impropriè loquendo, ut deponunt alii Testes nuper in actis producti *dicto Summ. num.2.*

Inde cessant rationes, & authoritates in objecto allegatæ, nam cum dictum sedile positum non sit in loco recluso, & destinato dumtaxat ad Sacra peragendum, vel ad psallendum Divinas laudes, sed ut præmisimus collocatum sit in Capella majori, prout erat casus *in dec.781. part.18. tom.2. rec.* quæ nec
19 est Presbyterium, nec Chorus, sed pars principalis Ecclesiæ, ut notat *Frances de Eccles. Cathed. cap.16. num.27.*, palam idcircò fit illorum terminos huic nostræ thesi nequaquam
20 posse applicari, nam Presbyterium dicitur illa prima mansio, quæ propè Altare majus solet Cancellis includi, & tale, seu Diaconium appellatur, quia ibi Presbytero Sacra peragenti Diaconus, & Subdiaconus ministrant *cap.1. de vit. & honest. Cleric. cap. Sacerdot.30. de consecrat. distinct.2. cap. non oportet dist.23. Doctiss. Anton. Augustin. olim Sacr. Palatii Apostolici Auditor in Epitom. Jur. Pontif. veter. lib.13. tit.26. cap.1. Durant. de ritu Eccles. lib.1. cap.17. num.2. & 3. Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.13. à num.20. Piscar. in Prax. Cærem. lib.7. sect.1. num.16. Frances de Eccles. Cathed. cap.5. num.31. & seqq. Gonzal. in d. cap.1. num.4. de vit. & honest. Cleric. Pignatell. consult.3. num.8. tom.3. & consult.35. num.1. & seqq. tom.7.* Chorus verò penes *Sacros Canones* propriè nuncupatur 21
locus ille, in quo Clerici Psalmos, Hymnos & Laudes Divinas canere solent *ad Text. in d. Canon.1. de vit. & honest. Cleric. Concil. Tolet.4. cap.27. Concil. Turon. 2. cap.3. Durant. de rit. Eccles. Cathol. lib.1. cap.17. n.1. & per tot. Gavant. in thesaur. Sacror. Rit. part.1. tit.15. V. in Choro Durand. in rational. lib.1. cap.1. num.18. Valenzuel. consil.101. num.4. Frances d. cap.5. num.176. & seqq. Pignatell. consult.3. num.8. tom.3. & consult.35. tom.3. Rot. coram Coccin. dec.142. num. 1.* Neque per retentionem scamni in dicto loco præ- 22
statur impedimentum Celebranti, quo minus liberè, & honorificè possit inservire Divinis Officiis, id quod fuit potissima ratio illius prohibitionis *per Text. in cap. Sacerdotum 30. de consecrat. dist.2. Anton. Augustin. d. cap.1. Gavant. in Rubr. Missal. & Breviar. part.2. tit.10. vers. Sacerdotes, Pignatell consult.48. num.2. in fin. tom.7. Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerunden. lib.3. tit.14. cap.2. n.10.*

Et hæc certiora redduntur, cum aliæ præterea non desint circumstantiæ, quæ ad evidentiam excludunt locum illum, in quo positum est dictum sedile, non esse Presbyterium, nec Chorum, etenim concurrit primo, quod in ipsomet plano tertii gradus Altaris de tempore, quo celebrantur Divina Officia stant pueri, & alii Incolæ dicto præsenti *Summ. num.2. lit. U.* quod sanè non permitteretur, si inibi adfuisset Presbyterium, cum Laicis in 23
illo ne dum sedere, sed etiam stare prohibitum sit juxta *Text. express. in d. cap.1. de Vit. & Honest. Cleric.* ibi -- *Stare, vel sedere inter Clericos non præsumant* -- ibique *Gonzal. num.8. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.13. numer.26. Frances de Eccles. Cathed. d. cap.5. numer.42.*; Secundò sese offert, quod in Regno Navarræ plures Domini Palatiorum retinent eorum sedilia in simili loco Capellæ majoris Ecclesiarum, ubi sunt Parochiani, ut probant *Testes in d. Summ. Petri num.2. lit. H.* quæ consuetudo Ecclesiarum vicinarum multum juvat, non solùm ad probandum, quod in eadem Capella situm haud sit assertum Presbyterium, sed etiam ad justificandam pos- 24
sessionem Domini de Galdiano habendi scamnum in loco controverso juxta *Text. in cap. Apostolicæ, de Decim. Abbas in cap. cum olim de consuet. Oldrad. cons.267. num.9. Cravett. cons.118. num.3. Frances de Eccles. Cathed. capit.12. num.63.*; Et tertiò demùm accedit, quod nec in prima, nec in secunda Instantia controversum fuit Jus Palatii quoad retentionem scamni, quinimmo in Sententia Hispaniarum Nuntii id fuit expræssè præsuppositum præterito *Summ. Petri num.3. & 8.* & quod magis est hoc idem semper patuit Episcopo Pampilonensi, vel ex sæpè dicta relatione habita de anno 1614. vel ex continuis visitationibus in dicta Ecclesia, tum per ipsum, tum etiam per ejus Ministros expletis, quapropter credendum non est, quod viden- 25
tibus, & patientibus Episcopis, Visitatoribus Ecclesiæ, Rectoribus, Consilio, & Hominibus dicti loci, si verè scamnum esset in Presbyterio, vel impedimentum, aut deformitatem irrogaret Cultui Divino, non fuisset sub-

latum, ut ponderat *Rota cor. Merlin. dec.593. num.8. & dec.781. n.8. part.18. rec.*

Sed dato etiam, & non concesso, quod sedile positum sit in vero, & proprio Presbyterio, adhuc objectum non obstat ob possessionem immemorabilem Petri, quæ in qualibet materia semper attenditur, nec sublata
26 censetur per Ceremoniale Romanum, ut per *Sacr. Congregationem Rituum* sępissimè resolutum referunt *Garz. de Benef. part.3. cap.2. §.1. num.191. Barbos. de Canon. & Dignitat. cap.33. num.24. Panimol. dec.1. adnot.11. n.39. Pignatell. consult.7. num.25. tom.1. & consult.4. num.2. & consult.26. n.23. & seq. tom.4. Sperell. decis.179. num.37. ad fin. & ita firmavit Rot. dec.509. num.1. coram Merlin. & dec.198. num.3. coram Dunoz. Sen.*; ea ratione, quod consuetudo, seu possessio immemorabilis nunquam tollitur per quamcunque legem contra-
27 riam, nisi de ea fiat expressa mentio, illique fuerit in specie derogatum *Gloss. in cap.2. de præsumpt. in6. Gratian. discept. forens. capit.492. num.5. & cap.578. num.10. Pignatell. d. consult.7. num.24. Panimol. d. dec. adnot.11. num.38. Sperel. d. dec.179. n.37. Rot. dec.676. n.1. part.4. & dec.197. n.6. part.9. rec.*

Non attenta replicatione, quod etiam stante consuetudine immemorabili in contrarium, non liceat Laicis habere sedem in Presbyterio, vel ex quo talis consuetudo judicetur irrationabilis ex indecentia, & incapacitate Laici, & tanquam contra expressam prohibitionem Sacrorum Canonum, vel ex quo uti adversativa sanctioni ejusdem Ceremonia-
28 lis Romani, censeatur reprobata per *Constit. san. mem. Clem. VIII.* abrogantem cum decreto irritanti quamcunque consuetudinem in contrarium, ut tradunt *Pignatell. d. consult.7. num.27. & seq. Panimoll. d. dec.1. adnot.11. numer.41. & seqq. Sperell. dec.179. n.36. & seqq.* Quoniam asserta irrationabilitas consuetudinis, ex quo contrarietur prohibitioni Sacr. Canon. non refragatur, quia contraria Sententia, quod ea nempè observari debeat quoad retentionem sedis in Presbyterio, quan-
29 do favore Laici adest præscriptio quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis cum fama Privilegii, licèt id repugnet Juri Communi, fuit alias per *Sacr. Rotam* admissa *in Valentina Capellæ 5. Martii 1599. coram Justo*, quam secuti sunt *Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.13. num.27. Daniel. de Nobil. disput.60. num.44. Valenzuel. consil.176. Frances de Eccles. Cathed. d. cap.5. num.48.* & ipsemet *Pignatell. consult.3. num.10. tom.3. & consult.4. num.2., & consult.16. tom.4.*, ubi eandem *decis. in Valentina Capellæ* per extensum refert. *Constitutio verò san. mem. Clemen. VIII.* expressè derogans cuicumque consuetudini, pa-
30 riformiter non obsistit, cum ea præscriptionem immemorabilem præservet, ut relatis declarationibus *Sacr. Rituum Congregationis* monet *Pignatell. consult.4. num.6. tom.4.* & sensit precedenter *Rot. coram Merlin. dec.109. sub n.1. cor. Dunoz. sen. dec.198. n.7. & in rec. part. 4. tom.3. dec.647. n.10. & seqq.*

Hactenùs quoad primam dubii partem; quantum verò ad Præcedentiam Petri in oblationibus faciendis, non impugnabant Parochus, & litis consortes dictum Petrum debere esse primum in offerendo, cum idipsum deponant *Testes* per eos inducti præterito *Summ. illorum num.2.*, sed negabant solùm id fieri posse in loco nobiliori, & separato ab illo, in quo Parochus oblationes à cæteris Parochianis recipiebat; verumtamen illius bonum Jus etiam in hac parte resultare visum est, nedum ad effectum gaudendi prælatione hujusmodi quoad omnes Incolas, per se, filios, & consanguineos, & invitatos in loco digniori, videlicet in principio tertii gradus Altaris, & in conspectu prædicti sedilis, sed etiam per ejus Uxorem, filias, consanguineas, invitatas, ac familiares propè sepulturam Domini Palatii, quæ sita est propè ultimum gradum dictæ Capellæ majoris, & quidem separatim à cæteris aliis mulieribus, quæ ex post propè locum aquæ benedictæ offerre solent, nam respectu Præcedentiæ competentis Petro, filiis, consanguineis, aliisque invitatis, plenè constat de illorum antiqua possessione ex pluribus Testibus, aliis nempè examinatis de anno 1574. *d. Summ. præsenti num.3.*, aliis repetitis de anno 1642. *dicto Summ. num.5.*, aliis nuper in præsenti lite inductis *præterito Summ. num.11. & modern. num.2. lit. N., AA. & BB.*, & demum aliis duobus ex tribus nobilibus, qui erant etiam actores in causa contra Petrum, & postea à lite recesserunt *dicto* præterito *Summ. num.9.* & respectu ad relatarum, Uxoris, filiarum, consanguinearum, ceterarumque fœminarum, quæ fuissent invitatæ, ac familiarium, antiqua pariter possessio probatur, tum ex dictis Testibus, tum etiam ex omnibus aliis ex parte Parochi inductis *præterito* illius *Summ. num.2.*, qua quidem longæva possessione stante, acquisitum censetur Jus, & justus titulus etiam pro offerto- 31
rio, priùs, ac in loco excelsiori faciendo, tam favore virorum, quàm Uxoris, & aliarum fœminarum, ut tenet *Jo: Faber. in §. Aliam verò institut. de bonor. possess. Laur. in l. si quis à liberis in princip. sub num.32. ff. de liber. agnosc. Perez de Lar. de Anniversf. & Capellan. lib.2. cap.24. sub num.22. vers. tamen possit. Marzar. consil.25. in princip. fol.229. vers. hinc Jo: Faber. Gratian. discept. forens. cap.210. sub num.34. Hermosil. ad Lopez. glos. 2. prolog. part.5. n.103. Salgad. de Reg. protect. part.2. cap.9. n.24. Rot. dec.102. n.17. & seqq. part.10. rec.*

Præmaximè quia possessio prædicta non habet Juris resistentiam, sed potiùs assisten- 32
tiam, ex quo in oblationibus faciendis Nobilior de Jure semper præferri debet, juxta notata *per Cassan. in Cathalog. Glor. Mund. part.1. considerat.18. & ad consuetudin. Burgund. rub.6. entre gens nobles, V. qui dicantur nobiles n.1. Carol. Rot. de Privileg. Mulier. capit.2. num.129.*, id quod procedit etiam respectu Uxoris, nam Præcedentia, quæ com- 33
petit viro in oblationibus faciendis, debetur etiam ejus Uxori, ut in puncto firmat *Rota in rec. dec.234. n.7. & decis.257. num.7. & seq. & n.8. part.14. & dec.210. n.4. & seq. part.15.* cum eidem debitus sit idem honor, ac Marito, cujus radiis coruscat *l. Fœminæ 8. l. Nupt.* 34
12. ff. de Senator. Cassan. in Cathalog. Glor. Mund.

Mund. part.8. considerat.21. Tiraquell. de Nobilit. cap.18. num.1. & seq. Ottalor. eod. tract. cap. ult. circa fin. Giovagnon. cons.8. num.22. & 28. lib.2. Ciriac. controv.273. num.22. & seq. Jul. Capon. discept.329. num.25. & seq. Capyc. latr. dec.181. num.38. & 39. idemque locum habet etiam quoad filios, & filias, consanguineas invitatas, ac familiares, cum
35 isti eadem gaudeant nobilitate, nec dicantur hujusmodi præeminentias acquirere, uti singuli, & ex eorum Personis tantùm, sed omnes tanquam unius corporis, & familiæ Palatii, ex firmatis per *Cassan. in Cathalog. Glor. Mund. part.6. consid. 6. Larr. Allegat. Fiscal.52. num.21. & seq. Ciarlin. controv. lib. 2. cap.119. n.8.*

Neque obstat, quod oblationes recipi de-
36 beant per Sacerdotem in ipso Altari *ad Tex. in cap. ut omnis Christianus, de Consecrat. distinct.1. Concil. Illerden.2. Canon.4. Mantisconens.1. Canon.4. Gavant. in Manuali Episcopor. V. oblatio n.9. Barbos. dec. Apostolic.532. num.3. Novar. in Lucern. regular. V. oblationes num.3. Fagnan. in cap. Pastoral. de bis quæ fiunt à Prælatis n.41. Pignatell. consult.142. num.3. tom.8.* quin sacris vestibus indutus pro illis recipiendis cogi valeat per Ecclesiam indecenter ulteriùs progredi, nè secùs per hujusmodi coactivum progressum imponatur ser-
37 vitus Ecclesiæ, quæ nunquam de cætero absque legitimo titulo acquiri potest, ut ponderant *Ugolin. de Potest. Episcop. cap.17. n.7. Pignatell. consult.129. n.14. tom.4.*

Quandoquidem, cum non idem mos circa locum, in quo recipi debent oblationes, ser-
38 vetur in omnibus Ecclesiis, sed diversus, juxta varietatem regionum, & temporum, ut videre est apud *Durand. de Rit. Eccles. lib.2. cap.26. num.4.* eruditè *Christian. Lup. ad Concil. tom.5. in Not. ad Concil. Roman.5. Canon. 13. fol.219. & seqq. Card. Bon. rer. Liturgicar. lib.2. cap.9. n.1. Gonzal. Ad Concil. Illiberitan. lib.2. cap.55. fol.292. lit. C.* adeout olim apud Latinos morem diu viguisse occur-
39 rendi per Sacerdotes offerentibus dona ex ordin. Roman. scriptum reliquerint *Christian. Lup. ubi supra fol.219. Card. Bon. d. lib.2. cap.9. num.1. in fin.* Nulla exindè assignabilis est indecentia, si Parocus in Ecclesia de Galdiano se retrahens à medio Altaris descendat ad ejus infimum gradum ad effectum colligendi
40 oblationes ab Hominibus, & postea ad ulteriorem Ecclesiæ locum progrediatur pro illis recipiendis à mulieribus, cum id, stante consuetudine, Parocho permissum censeatur, ut in *Synodo Aquisgranen. lib.1. cap.6. n.7. Synod. Toletan. lib.3. tit.14. de celebrat. Missar. constit.7. Baultr. part.3. de Rit. servand. cap.11. de Miss. Solemn. artic.7. num.10. Biss. in Hierurg. V. Sacerdos n.21. tom.2. Fagnan. in dict. cap. Pastoralis, n.41. de bis quæ fiunt à Prælatis Pignatell. consult.142. num.3. post med. tom.8. Christian. Lup. ubi supra in notis ad Concil. Roman. 5. d. Canon. 13. fol.219.* Sacerdotes enim, & signanter illi, qui novas Missas celebrant, prohibentur solùm Ecclesiam
41 circuire pro exigendis, & postulandis oblationibus ob affectum avaritiæ, quem actus iste redoleret, ut ex declaratione *Sacr. Congreg. Concilii* tradunt *Zerol. in Prax. Episc. V. Missa vers.2. Barbos. in collectan. ad Concil. sess.22. de Sacrific. Missæ cap.8. num.2. Gavant. in Rubr. Missal. cap.2. tit.7. num.5. vers. si facienda est oblatio Biss. in Hierurg. V. oblatio, num.4. tom.2. Pignatell. d. consult.142. n.3. tom. 8. Quart. in Rubr. Missal. part.2. tit. 7. sect.3. dub.1. vers. colligitur 3.*

Quod certiùs in præsenti evadit, quia controversia non vertitur super eo, quod Parochus cogendus sit pro habenda oblatione accedere ad scamnum, ubi sedet Dominus Palatii, quemadmodum exadverso perperam præsupponitur, sed contentio est solùm, ut idem Parochus occasione qua voluntariè descendit ab Altari ad illius infimum gradum pro recipiendis donis ab Hominibus oblatis, & teneatur juxta solitum priùs recipere in plano tertii gradus à Domino Palatii, ejusque filiis, consanguineis, invitatis, ac familiaribus ibidem ad hunc effectum conventis, & successivè per Ecclesiam ulteriùs progrediendo pro colligendis oblationibus à mulieribus, eas priùs teneatur accipere in sepultura ejusdem D. Palatii ab ejus Uxore, filiabus, consanguineis, aliisque mulieribus invitatis, & familiaribus, quod sanè cum nullam Parochi indecentiam præseferat, sed præeminentiam tantum nobiliori de Jure debitam importet, neque ullam per consequens Ecclesiæ servitutem imponere videtur.

Nec Petri possessio turbata remanet ex Testibus ex parte Parochi, & illis consortum inductis; Quoniam ultra quod duo præcæteris in eo conveniunt, quod Dominus Palatii oblationem facit super plano tertii gradus Altaris, cæteri verò Incolæ subtus dictum gradum *d. Summ. Petri num.14. lit.B. & N.*, qui 42
proindè contra ipsos inducentes plenè probant *Farinac. de Testib. quæst.62. n.244. Gratian. discept. forens. cap.505. numer.6. & seqq. Rot. coram Buratt. dec.553. n.6. cor. Cels. dec.150. num.6. & seq. & in rec. dec.208. n.12. part.17.* Præterea dicti Testes, vel nullam in eorum dicto promerentur fidem, cum nonnulli sint habitatores, & naturales ejusdem loci de Gal- 43
diano, & per consequens in causa principaliter interessati, ut de Testibus universitatis deponentibus in re, quæ singulorum interesse, aut honorem concernit *Curt. jun. in tract. de Testib. n.11. Bovadil. lib.3. Politic. cap.8. num.97. & seqq. Surd. dec.236. num.2. Rot. decis.604. num. 4. coram Buratt. dec.284. num.3. coram Celso, & dec.233. num.15. part.13. rec.,* & in puncto Præcedentiæ *Capyc. latr. dec.181. num.41. lib.2.* alii sunt consanguinei in primo & secundo gradu illorum, qui mandatum de- 44
derunt ad præsentem litem, *Rot. coram Duran. dec.427. num.3. coram Cels. dec.166. n.6. & in rec. dec.327. n.14. part.12. & dec.54. numer.12. part.17.* Cæteri verò deponunt de 45
tempore Infantilis ætatis. *Farinac. de Testib. quæst.58. n.61. & seq. Rot. coram Dunoz. jun. dec.886. n.6. & in recent. dec.293. n.7. & seq. part.13.*

Vel contraponendi non sunt tot aliis Testibus per eundem Petrum examinatis, cum isti præferendi sint, nedum quia longè alios in 46
numero excedunt *ad Text. in cap. licet causa,*

sa, de probat. Rot. in rec. dec.369. numer.65. part.19. & in Roman. Testamen. 7. Decembris proximi præteriti §. *Et in omnem casum coram*
47 *Me* sunt exteri, & aliqui, utpotè quia eidem Parochiali Ecclesiæ inservierunt, sunt plenè informati, *Fælin. in cap. nostra, num.10. de Testib. Rot. in rec. part.19. dec.297. num.20.* Sed etiam quia in concursu Testium affirmantium de Præcedentia aliorumque illam negan-
48 tium, semper prævalere debet depositio illorum, qui pro affirmativa deponunt, juxta Theoricam *Bartoli in l. in diem proferre* §. *Si plures, sub n.3. ff. de recept. arbit.* quam in his terminis sequitur *Rota in rec. dec.242. num.4. part.16.*

Ex eisdem principiis verò constitit pariter de bono Jure Petri quoad Jus præcedendi in Processionibus & aliis publicis functionibus, tam intus, quàm extra Ecclesiam non solùm per se, filios, consanguineos, & invitatos, cęteris aliis Incolis, & Hominibus ejusdem loci, sed etiam per Uxorem, filias, consanguineas, invitatas, ac alias Personas de ejus familia respectu aliarum fœminarum, nam quemadmodum de antiqua illius quasi possessione deponebant plures testes formiter examinati præterito *Summ. Petri num.10. lit. A.* & *num.12.*, & præsenti *Summ. ejusdem n.1. lit.A. num.2. lit.C. & D.*, & *num.3. & 5.*, quæ neque à scribentibus pro Parocho impugna-
49 batur, ita ex illa acquisitum dubio procul dici debet Jus præcedendi in antedictis functionibus, tam favore virorum, quàm Uxoris, aliarumque fœminarum, ut tenent *Lar. in d. l. si quis à liberis in princip. num.31. & seqq. ff. de liber. agnoscen. Perez de Lar. de Anniverſ. & Capellan. lib.1. cap.24. sub n.22. Pacian. de probat. lib.2. cap.26. num.145. & seqq. Gratian. discept. forens. cap.210. sub numer.34. Hermosil. loc. cit. num.104. Salgad. de Reg. protect. part.2. cap.9. num.24. Ciarlin. controv. lib.2. cap.119. sub num.7. & seqq.* ubi id
50 ampliat ad totam familiam *Themud. dec. Portugal.51. sub num.20.*, eo signanter, quia
51 etiam de Jure, & secundum Cœremoniale Romanum nobiliores, & digniores in omnibus functionibus Ecclesiasticis cæteris aliis pręferuntur, ad tradita per *Frances de Ecclesi. Cathed. cap.25. num.383. & seq. Piscar. in Prax. Ceremonial. lib.2. sect.10. cap.21. num.21. Pignatell. consult.62. tom.6. Themud. Dec. Portugal. dec.49. 50. & 51. per tot.*

Quo verò ad præeminentiam dicendi responsorium particulare super Sepultura Familiæ Palatii prælativæ quoad omnes alias post respons. General. quæ reliquam dubii partem concernit, resolutum fuit, non constare de bono Jure Petri, neque ad effectum manutentionis, quamvis enim acquiri possit præe-
52 minentia, ut Sacerdos finita Missa Conventuali accedat ad aliquod sepulcrum, recitaturus responsorium pro suffragio Defunctorum, ut firmavit in puncto *Rot. dec.234. num.9. decis.257. in princip. & n.11. vers. bonum etiam Jus part.14. & dec.210. n.1. part.15. rec.* atque ad hunc effectum fuerint per Petrum inducti aliqui Testes deponentes Parochum consuevisse post responsorium Generale recitare Responsorium in Sepultura Palatii prælativè quoad alias ejusdem Ecclesiæ, præterito illius *Summ. num.13.* Nihilominus quia quamplures alii Testes ex parte ejusdem Parochi examinati, asserunt illum ad sui libitum recitasse super Sepulturis Responsoria, absque ulla prælatione, præterito *Summ. Parochi num.2.* hinc Domini in harum probationum conflictu magis adhærendum esse censuerunt illi, quæ resultat ex Testibus pro Parocho inductis, cum 53
isti tanquam deponentes pro libertate Ecclesiæ veniant præferendi *Gabr. de Testib. lib.1. conclus.4. num.79.* cum aliis relatis per *Farinac. de Test. quæst.65. num.188. & seqq.*

Faciliùs autem quia actus omnes, de quibus Testes ex parte ejusdem Petri deponunt, videntur merè facultativi, ac procedentes ex urbanitate, seu potiùs consanguinitate Parochi, qui tunc temporis erat de ipsamet familia de Galdiano, undè ex illis nullum Jus, 54
nec quasi possessio eidem acquiri potuit, ut per *DD. in l. si certis annis C. de pact. Gratian. discept. forens. cap.113. num.6. Possh. de manut. observ.53. num.10. & per tot. Pignatell. consult.49. num.4. & per tot. tom.7. Rot. cor. Seraphin. dec.189. num.1. & coram Gregor. decis.162. num.10. ibique Add. num.16. cor. Merlin. dec.593. num.7. & in rec. dec.251. num.16. part.19.* in his enim actibus facultativis, ut quasi possessio alicui acquisita dicatur, requi- 55
ritur, quod ipse Parochus prohibitus fuerit recitare priùs Responsorium in aliis Sepulturis, eidemque prohibitioni acquieverit, ut notant *Tranchedin. consult.120. n.20 Possh. de manut. d. observ.53. n.28. Giovagnon. consult.9. numer.87. lib.1. Add. ad Ludovis. d. dec.162. n.15.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Pampilonen. Præeminentiarum.

Lunæ 7. Martii 1701.

IN Disputatione hujus Causæ habita die 5. Februarii superioris anni, resolutum fuit, constare de bono Jure Petri, etiam ad effectum manutentionis, tam super retentione Scamni in asserto Præsbyterio, seu plano tertii gradus Altaris Capellæ majoris Ecclesiæ Parochialis loci de Galdiano, ac super Præeminentia priùs offerendi per ipsum, filios, consanguineos, & invitatos in plano dicti tertii gradus, ac per ejus Uxorem, filias, consanguineas, invitatas, ac familiares propè sepulturam Domini Palatii, quàm etiam super jure præcedendi in Processionibus, aliisque publicis functionibus, tam intus, quàm extra Ecclesiam, non solùm per se, filios, consanguineos, & invitatos cæteros alios Incolas ejusdem loci; sed etiam per Uxorem, filias, consanguineas, invitatas, cæterasque personas de ejus familia respectu aliarum fœminarum; Negativè verò responsum fuit, quoad assertam Præeminentiam dicendi Responsorium particulare super sepultura familiæ Palatii prælativè quoad omnes alias sepulturas. Cum autem ob novam audientiam utrique ex Partibus elargitam, disputatio super his omnibus fuerit hodiè reintegrata, Domini ob vo-

votorum scissuram, dilata resolutione circa dictum Responsorium plælativè recitandum super Sepultura Palatii, quoad reliqua steterunt in decisis.

Iterum namque quoad prædicta visum est constare de bono jure Petri; respectu siquidem ad retentionem scamni in plano dicti tertii gradus Altaris, cum ipsi assistat longissima Consuetudo, memoriam hominum excedens, juxta quam, nedum ipse, sed etiam majores sui, tanquam Domini Palatii, ac perspicua Nobilitate decorati inibi dictum scamnum, videntibus, ac patientibus Episcopis,
56 & Rectoribus, pacificè semper retinuerunt, ex hac sanè, adeò longi temporis intercapedine, justus illi resultat titulus possidendi, ex his quæ in terminis præcisis tradunt *Valenzuel. conf.176. num.1. & seqq.*, *Frances de Eccles. Cathed. cap.5. num.48. Rot. dec.631. n.6. part.18. recent.*, cum aliis adductis in mea præterita *Decisione* §. *Et quod magis est*; cum in qualibet præeminentiarum materia consue-
57 tudo jus tribuat, totumque operetur, tametsi Juris Communis dispositioni repugnaret *gloss. in cap.2. V. ascultetur in fin. de Offic. Archidiacon.*, *Felin. in cap. statuimus*, *de majorit. & obed. Cyriac. controv.201. num.173. Rota coram Gregor. dec.124. num.2. & 4. cor. Merlin. dec.593. num.1. & in recent. part.5. dec.85. num.6. & seqq. & in Colonien. Praecedentiae super bono jure 4. Junii 1696. §. Quamvis enim, & 22. Martii 1697. §. Siquidem, coram R.P.D. meo Muto*, quæ impressæ reperiuntur post *Antonell. de jur. & oner. Clericorum in ordine la 19. & la 21.*

Fuisse autem Petrum, ejusque Authores in possessione immemorabili retinendi Banchum, seu sedile in loco controverso, non potest in dubium revocari, utpotè quia id perspicuè apparet, tum ex enunciativa contenta in supplici libello porrecto Episcopo Pampilonen. de anno 1614. ibi -- *e che hanno tenuto, e tengono il loro posto dentro li gradi della Cappella maggiore, e questo da tempo immemorabile a questa parte;* tum etiam ex Testibus examinatis usque de anno 1642. de ejusdem scamni retentione in eodem loco deponentibus; tum denique ex aliis Testibus octuagenariis noper-
58 rimè inductis, qui tanquam deponentes cum omnibus circumstantiis requisitis à *gloss. in cap.1. V. memoria de praescript. in 6.*, dubium non est, quia hujusmodi immemorabilem possessionem concludant; Haud relevante, quod non fuerint formiter repetiti, quia cum robur acquirant à supradicta enunciativa emissa de anno 1614. & adminiculentur ab aliis Testibus formiter examinatis de anno 1642. utique etsi ad perpetuam deponant, concludentem tamen probationem constituunt, signanter ad effectum assequendi manutentio-
59 nem, in cujus judicio probationes etiam minores, & leviores admittuntur, juxta notata per *Possib. de manut. observ.28. num.31. Rot. post eundem dec.547. num.2. & in rec. part.18. dec.95. n.7. & seq.*

Nec præadducta immemorabilis consuetudo tolli videbatur ex denuò inculcata responsione, quod illa videlicet, vel sit irrationabilis ob indecentiam, & incapacitatem Laici habendi scamnum in Presbyterio, exem- 60
plo Divi Ambrosii, qui Theodosio Imperatori sedem in loco hujusmodi denegavit, ut refert *Card. de Luc. de praemin. disc.44. num.3.*, vel tanquam repugnans sanctioni Cæremonialis Romani censeatur abrogata per Constitutio- 61
nem sa me. Clementis VIII., irritantem quancumque consuetudinem in contrarium. Quoniam, ultra quod ex latè animadversis in mea præterita *Decisione* §. *Præmisso enim cum duobus seqq.* satis superque apparebat loco illi, in quo sedile positum est, nullatenus Chori, ac Presbyterii nomen convenire posse, minusque ejusdem sedilis retentionem impedire, quominus celebrans liberè, ac honorificè valeat Divinis Officiis incumbere, validissima rursus occurrebat replicatio, quod objecta irrationabilitas quicquid operari valeat respectu aliarum consuetudinum, de quibus loquuntur quotquot authoritates in contrarium adductæ, certè allegari nequit respectu alterius, quæ per tempus memoriam hominum excedens inducta fuit; hæc enim cum in qualibet materia 62
privilegium, seu alium quemcumque meliorem titulum tribuere apta sit *cap. super quibusdam 26. §. Praeterea de V. signif. Card. de Luc. de Canonic. disc.11. num.6. Rot. in recent. part.18. dec.671. num.16. & in Gerunden. Ferial. 11. Decembris 1699. §. Quae omnia, cor. R. P. D. meo Lancetta*, hinc à Doctoribus admittitur, ut etiam Laici ea mediante valeant scamnum in Presbyterio retinere, quamvis de 63
cætero id repugnet Juris Communis dispositioni, ut videre est penes *Valenzuel. conf.176. Daniel, de Nobilit. disput.60. num.44. Lotter. de Re Benefic. lib.1. quaest.13. num.27. Frances de Eccles. Cathedral. cap.5. num.48. Pignatell. consult.3. num.10. tom.3. & consult.4. n.2. tom.4.* illamque in his terminis admisit *Rot. in Valentina Capellae 5. Martii 1599. cor. Justo, quae legitur registrata penès eundem Pignatell. post consult.16. tom.4.*, undè potiori jure admittenda venit in præsenti hypothesi; cum Immemorabili possessioni ejusdem Petri adstipuletur etiam mos generaliter vigens in Regno Navarræ, juxta quem Domini Palatiorum sedilia in simili loco retinere solent; Concurrente autem Regionis consuetudine, huic po- 64
tissimè deferendum est, cum quod in aliis partibus illicitum, & scandalosum videtur, in altera licitum, & congruum soleat reputari, ut in his ferè verbis monet *Card. de Luc. de praemin. disc.44. num.10.*, ubi quod potius scandalum redoleret id negare.

Constitutio verò san. mem. Clementis VIII. derogat quidem omnibus aliis consuetudinibus, sed immemorabilem præservat, ut ex 65
mente *Sacr. Rituum Congregationis* tradit *Pignattell. consult.4. num.6. tom.4.* & firmat *Rot. coram Dunoz. Sen. dec.198. num.7. coram Merlin. dec.109. sub num.1. & in rec. part.4. tom.3. dec.647. num.10. & seqq.*, ea ratione, quia consuetudo retinendi sedes Laicorum in Presbyterio non est directè contra Cæremonialis dispositionem, dum illud expresè id non prohibet, sed solum statuit decere Principibus habere sedes plus, & minus ornatas pro cujusquam Dignitate, & gradu extra Presbyterium, & Chorum; ex hoc autem cum inferri

ri nequeat prohibitio per actum negativum, sed ea solum eliciatur per modum affirmativum, implicitam negationem tantummodo habentem; indè sequitur, tantam non esse ejusdem Cæremonialis resistentiam, ut per imme-
66 morabilem consuetudinem non possit Laicus acquirere Jus retinendi scamnum in Presbyterio, ut notant *Panimoll. dec.1. adnot.11. numer.40. Pignatell. consult.7. n.26. tom.1.* eandemque consuetudinem per consequens non
67 censeri per dictam Constitutionem abrogatam, cum hæc eas tantùm consuetudines damnet, quæ expressè, ac directè adversantur dispositis in dicto Cæremoniali, ad firmata per *Rot. dec.102. num.14. part.10. recent.*

Ex his verò transeuntes Domini ad Jus faciendi oblationes per Petrum, ejusque filios, consanguineos, & invitatos in principio tertii gradus Altaris, prælativè quoad alios Incolas, qui illas offerunt infimo gradu, ac per ejus Uxorem, filias, consanguineas, invitatas, ac familiares propè sepulturam Domini Palatii, separatim à cœteris aliis mulieribus, quæ propè locum Aquæ Benedictæ ex post offerre solent, illius bonum jus constitit ex longæva possessione in iisdem locis priùs offerendi, comprobata ex Testibus de annis 1574. 1642., atque ad præsens respectivè examinatis *Summario distributo die 30. Martii 1699. num.2.9. & 11.* atque *altero exhibito in præterita propositione num.2. 3. & 5.* quæ ad hunc
68 effectum, sufficientem, justumque titulum tribuit, tam favore virorum, quàm Uxoris, aliarumque fœminarum, ut ex *Marzar. Gratian. Hermosill. ad Lopez Salgad.*, aliisque pluribus firmat decisio, quæ revidetur §. *Hactenus quoad primam*.

Nec quasi possessio hujusmodi inficiari potest ex præsupposita indecentia, quod Parochus Sacris vestibus indutus, teneatur Ecclesiam circuire, pro dictis oblationibus recipien-
69 dis, quando illas in ipso Altari exigere debet ad *Text. in cap. ut omnis Christianus, de consecrat. distinct.1., Faguan. in cap. Pastoralis n.41. de his quæ fiunt à Prelat., Pignatell. consult.142. num.3. tom.8.* Cum etenim, ut benè advertit decisio, quæ revidetur §. *Quandoquidem*, ob diversitatem moris unius regionis ab altera, circa locum recipiendi dictas oblationes, eveniat, quod Parochus juxta
70 consuetudinem illius Regionis, in qua degit, eas licitè, ac decenter valeat exigere ex notatis per *Christian. Lup. ad Concil. tom.5. in notis ad Concil. Roman. 5. Canon. 13. fol.219. Faguan. in dicto cap. Pastoralis num.41. de his quæ fiunt à Prælat.* nullum sanè irrationabilitatis, ac indecentiæ absurdum allegari potest, si Parochus loci de Galdiano juxta solitum descendat ad infimum gradum Altaris pro dictis oblationibus colligendis ab hominibus, & successivè pro illis habendis à mulieribus ad ulteriorem Ecclesiæ locum progrediatur; Et tanto minùs in casu præsenti, in quo quæstio est solùm, ut idem Parochus occasione qua, juxta memoratam consuetudinem, descendit ad dictum infimum gradum, oblationes prius recipiat in Plano tertii gradus à Petro, tanquam Domino Palatii, ejusque filiis, consanguineis, & invitatis, & cum ulterius successivè progreditur pro illis colligendis à mulieribus, eas prius debeat recipere propè sepulturam Domini Palatii ab ejus uxore, filiabus, consanguineis, invitatis, ac familiaribus. Hoc namque, cum substan- 71
tialiter importet Præcedentiam dumtaxat, quæ de jure in oblationibus faciendis, Nobilioribus debita est, ad tradita per *Cassan. in Catbal. Glor. Mund. part.1. consider.18. & ad consuetud. Burgund. rubr.6. entre gens Nobles V. qui dicantur Nobiles num.1. Carol. Rot. de privil. mulier. cap.2. n.129.* nullam per consequens eidem Parocho indecentiam irrogare potest.

Minusque manutentio denegari poterat, vel ex quo Possessio Petri eliciatur ex actibus, qui processerunt ex mera voluntate, ac facultate Parochorum, vel quia ex depositionibus aliorum testium resultet cæteros Parochianos fecisse oblationes in eodem loco, in quo Parochus eas recepit à Domino Palatii, hac sola intercedente differentia, quod ipse erat omnium primus in offerendo. Quoniam præsumptio facultatis in themate excluditur ex 72
pluralitate actuum per longissimum tempus, ita à Parochis continuatorum, qui proindè constituunt Petrum in statu omnino manutenibili, ad tradita per *Postb. de manut. observ. 53. num.20. Rot. post eundem dec.32. n.9. & in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Et quidem primo, coram bon. mem. Ursino.*

Testes verò prædicti nullam prorsus promerentur fidem, nam ultra alias, quas patiun- 73
tur exceptiones, sunt habitatores, & naturales ejusdem loci de Galdiano, & consequenter in causa interessati, ut tradunt *Bovadill. lib.3. polit. cap.8. num.97. & seqq. Rot. cor. Buratt. dec.604. num.4.*, & in præterita *Decisione §. Nec Petri*, & de cætero, nec etiam contraponendi essent aliis testibus ab eodem Petro examinatis, quia isti semper præferen- 74
di essent, vel tanquam numero plures *cap. cum in nostra, de Test., Gabriel. eodem tit. conclus.4. num.50., Rota coram Dunozet. jun. decis.245. num.4.* vel tanquam de Præcedentia deponentes, qui in concursu aliorum illam ne- 75
gantium prævalere debent *Rot. in recent. decis.242. num.4. part.16.* & in dicta mea *Decisione §. Vel contraponendi, in fin.* Hoc etiam rursus accedente, quod duo ex testibus ejusdem Parochi expressè deponunt, Garziam fecisse oblationes in loco diverso, nempè in Plano dicti tertii gradus Altaris, cæteros verò incolas subtus illum. Hi autem testes, utpotè 76
ab ipso Paroco inducti, plenam contra ipsum probationem faciunt, *Gratian. discept. forens. cap.505. num.6. & seqq. Rota coram Cels. decis.150. n.6. & seqq. & in Romana Donationis 30. Januarii 1697. §. Ita, coram Me.*

Prout nec minùs obstare potuit afferta consuetudo, vigens in Regno Navarræ, quod scilicet Domini Palatiorum, quamvis sint Ecclesiarum Patroni, in oblationibus faciendis, gaudeant solo jure cæteros præcedendi, non autem faciendi oblationes in loco diverso, ac separato; quoniam de hujusmodi consuetudine nulla penitùs affertur justificatio, neque ea desumi potest ex Decisione edita in alia *Pampilonen. Præeminentiarum coram Comitul.* 77
in-

inter illius impressas la 153., confirmata *coram Card. Mantica*, *ut in alia Decis. pariter inter illius impressas la* 244. quia in dictis Decisionibus actum fuit simpliciter de Praeeminentia priùs offerendi, quam ratione Nobilitatis, ac Patronatus Ecclesiae Domino Palatii deberi declaratum fuit, sed de loco, in quo oblationes fieri debeant, nec verbum habetur, unde nec fumum quidem dictae assertae consuetudinis praebere valent.

Similiter demum quoad Praecedentiam in processionibus, aliisque publicis functionibus, tam intra, quàm extra Ecclesiam, bonum jus Petri iterum constare visum est, tum ex
78 antiqua ejus quasi possessione, quae illi, ejusque uxori, filiis, invitatis, ac familiaribus hujusmodi Praecedentiam acquisivit *Gratian. discept. for. cap.*210. *sub num.*34. *Salgad. de Reg. Protect. part.*2. *cap.*9. *num.*24. *Ciarlin. controv. lib.*2. *cap.*119. *sub n.*7. *& seqq. Themud. dec. Portbugall.*51. *sub n.*20., tum etiam ex juris dispositione, quae Nobiliores, ac digniores in omnibus functionibus Ecclesiasticis caeteris aliis praeferri demandat, ex authoritatibus allegatis in dicta mea praeterita *Decisione* §. *Ex eisdem;* Id, quod de caetero agnoscentes ipsimet Parochus, & alii litis consortes in hodierna audientia ampliùs non audebant impugnare.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Pampilonen. Beneficii de Allo.

Veneris 13. *Februarii* 1705.

ARGUMENTUM.

Qui Vicariam habet, ob Curam animarum, residentiam requirentem, potest, absque incompatibilitate, obtinere in eadem Ecclesia Beneficium, quod residentiam pariter exposcat, dummodo ea non sit simplex, seu praecisa sub amissione Beneficii, sed tantùm causativa, ad effectum privationis fructuum; accedente praesertim diuturna observantia.

SUMMARIUM.

1 *Qui Altari servit, de Altari vivere debet.*

2 *Duo Beneficia, aequè personalem residentiam requirentia, sunt inter se incompatibilia.*

3 *Quotuplex sit residentia.*

4 *Quando residentia est continua, simplex, & praecisa, sub tituli privatione, & amissione Beneficii, inducitur incompatibilitas, propter quam per assecutionem secundi Beneficii, vacat ipso jure primum.*

5 *Secus verò, quando residentia non est perpetua, sed ad certum tempus, vel non est praecisa, sed causativa, respectu privationis fructuum; quia tunc novum Beneficium non dicitur incompatibile cum alio, & primum per alterius assecutionem non vacat,* & n.6.

7 *Quoties servitium Ecclesiae adimpleri potest per substitutum, non censetur volita praecisa residentia, sed tantum causativa.*

8 *Per assecutionem alterius Beneficii incompatibilis, primum vacat, & utrumque retineri non potest ultra duos menses.*

9 *Ad mutandam qualitatem perpetuae residentiae in causativam, sufficit lapsus quadraginta annorum.*

10 *Consuetudine introduci potest, ut etiam duo Beneficia uniformia valeant in eadem Ecclesia retineri.*

11 *Distributiones, aliaque similia emolumenta, inter praesentes de Jure repartiri debent.*

12 *Nec per particularem Beneficiatorum Constitutionem statui potest, ut inservientes habeantur pro absentibus, contra expressam Juris,* & Sacr. Conc. Trid. *sanctionem.*

13 *Beneficiatus, non interveniens Choro Statutis horis, vel diebus, amittit distributiones illius horae, vel diei, quibus non interfuit.*

14 *Confirmatio actus cum clausula* quatenus sit Juri conformis, *evanescit, statim ac adversativus Juri dignoscitur.*

15 *Lex, aut Statutum nunquam tolli potest per non usum, aut simplicem desuetudinem.*

16 *Limita, quando contrarius usus effectum habuit in contradictorio Judicio.*

17 *Non usus Statuti, seu Constitutionis, per spatium quadraginta annorum, censetur abundè praescriptus.*

DECISIO XXXIV.

Responsum fuit infirmandam esse sententiam contumacialem à *R. P. D. meo Caprara* promulgatam adversus Josephum, alia duo praecedentia judicata sibi favorabilia obtinentem, tum Episcopalis Curiae Pampilonen., tum Metropolitanae Burgensis: Hic enim uti possessor unius ex sex Beneficiatis Parochialis Ecclesiae Loci de Allo, de omnibus fructibus, & distributionibus ad Beneficium quoquo modo pertinentibus, participa- 1
re debet, cum aequum non sit, ad onus Ecclesiae electum, à mercede repelli, *cap. cum Secundum Apostolum, & cap. extirpandae, de Praeben. & Dignit.*

Paruique faciendum est fundamentum contrariae Decisionis, quod cum Josephus obtinuerit in eadem Ecclesia Vicariam, personalem residentiam ob Curam Animarum requi- 2
rentem, haec incompatibilis sit cum Beneficio, particulariter onus personalis residentiae habente ad *Concl. Trid. sess.*7. *cap.*4. *de ref. & sess.*24. *cap.*17. *eod. tit.*

Ad effectum enim, ut possit oriri alicujus dignitatis incompatibilitas cum priori Bene- 3
ficio, tres residentiae species sunt distinguendae. Alia est residentia illa, quae dicitur continua, simplex, seu praecisa sub privatione tituli, si Beneficiatus continuò non resideat, exceptis tantummodo temporibus à S. Tridentina Synodo statutis: Alia non continua, sed in certis temporibus: Alia verò continua, non ta-

tamen simpliciter, & præcisè, sed causativè, respectu tantum privationis fructuum, ad *DD. in cap. final. de Cleric. non resid.* ubi *Innocent. Joannes And. Anton. de Butr.*, *& Imol.* quos sequitur *Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloss.15. num.20.* & optimè *Rota dec.483. n.1. part.1. recent.*

In primo siquidem casu, quando residentia est continua, simplex, & præcisa sub tituli privatione, & amissionis Beneficii clara est dispositio *SS. Concil. Trident. d. sess.7. de reformat. cap.4. & sess.24. cap. 17.* pariter *de*
4 *reform.* Cujus vigore per assecutionem secundi ipso Jure vacat primum propter incompatibilitatem, *Gonzal. d. Reg.8. ead. gloss.15. n.21. Panimol. in 1. adnot. ad dec.31. n.2. & 6.* ubi concordantes.

Secùs est autem in aliis duobus casibus, quando scilicet residentia non est perpetua, sed ad certum tempus, vel non est præcisa,
5 sed causativa respectu privationis fructuum; In his enim cum Beneficium non dicatur requirere continuam, seu simplicem, & præcisam residentiam, sed ad tempus, aut causativam, novum Beneficium non dicitur incompatibile cum alio, & primum per alterius assecutionem non vacat, *Paris. de Resignat. lib.3. quæst.1. num.128. Tondut. Quæst. Benef. part.2. cap.5. §.6. num.8. cum seqq. Antonell. de Regimin. Eccles. lib.3. cap.3. §.1. num.7. Rot. coram Caval. dec.551. num.6. & in rec. dec.489. n.2. & 3. part.2. dec.631. part.3. dec.241. n.3. part.15. & in Moguntina Canonicatus 6. Aprilis 1696. §. Nec ad evitandam, coram bo. me. Ursino, & in alia Moguntina Canonicatus 1. Julii 1697. §. Neque incompatibilitas, coram R. P. D. dell' Olmo impress. in Decis. Rot. ad Card. de Luc. super materia de Benef. dec.16. num. 7.*

Idcircò à DD. indubia habita fuit compatibilitas hujusmodi Beneficiatus cum Vicaria, attenta causativa illa residentia, respectu tantum amissionis fructuum, à Synodalibus Constitutionibus requisita in his Beneficiis, quæque juxta superiùs allegata, apta non est ad inducendam incompatibilitatem; Hæ siquidem Constitutiones statuunt, quod omnes Beneficiati Episcopatus Pampilonensis habeant onus inserviendi Ecclesiis Parochialibus, *in quibus quatenùs adsint sex Beneficiati, aut plures præsentes, possint dicti sex Beneficiati præsentes servire pro absentibus, & recipere pro dicto servitio quicquid concordabitur cum Beneficiato, Summ. Josephi num.1. lit. A. C. vel tertiam partem emolumentorum lit. D., quod sit intelligendum, quamvis unus ex sex Beneficiatis sit Vicarius, eodem Summ. lit. B.* Ideòque cum Beneficiati aliud onus inserviendi non habeant, quàm illud expressum in Synodalibus Constitutionibus interessendi per se, vel alium Horis Canonicis, & Parochiali Ecclesiæ in Divinis Officiis inserviendi sub pœna, quatenùs absint, amissionis fructuum, & emolumentorum in aliqua parte, dicendum est ex verbis supradictis resultare causativam residentiam; nempè si velint gaudere fructibus, & emolumentis, non autem præcisam, ad effe-
6 ctum scilicet amissionis Beneficii, ut in terminis similium Constitutionum firmat *Rot. cor. Rembold. dec.237. n.7.* & optimè *in rec. dec.489. n.2. part.2.* Cumque in eisdem Constitutionibus dicatur servitium Ecclesiæ adimpleri posse per Substitutum, per consequens est, nunquam fuisse 7
volitam præcisam residentiam, sed tantummodò causativam, *Lap. alleg.35. n.2. & alleg. 117. Burat. dec.92. num.2. Cavaler. decis.551. num.6.*

Idque non solum procedere visum fuit ex supradictis, sed etiam ex aliis particularibus Constitutionibus Ecclesiæ de Allo; Hæ enim disponentes, quod Beneficiatus dum exercet Vicariam, habeatur pro absente, apertè demonstrant, utrumque Beneficium esse compatibile, cum habitualis absentia non privet titulo Beneficii Possessorem ejusdem, aliàs 8
namque per alterius assecutionem primum vacasset, & Joseph utrumque simul retinere non potuisset ultra duos menses, *Hojed. de Incompatib. Benef. part.1. cap.13. num.48. & 80. Lotter. de Re Benef. lib.2. quæst.23. n.19. Amat. Dunoz. dec.811. n.1.*

Hæc autem omnia de per se vera ad inducendam compatibilitatem, visa fuerunt tanto magis procedere, attenta observantia, juxta quam Vicarii simul, & Beneficiati in hac Ecclesia obtinuerunt non solum fructus Beneficii, sed etiam tertiam absentium. Per Sententias enim anni 1604. & 1643. in judicatum transactas Vicarii, qui tunc erant insimul Beneficiati, contradicentibus aliis Beneficiatis Ecclesiæ de Allo, ad formam Synodalium Constitutionum obtinuerunt, ipsos participare debere de tertiis, quas amittunt Beneficiati absentes, & de omnibus aliis emolumentis, *Summ. Josephi num.3. & 4.* in quarum sequelam Vicarius antecessor Josephi una cum Beneficio Vicariam possidens spatio annorum 40. omnes fructus, & emolumenta Beneficii percepit, ut ex testibus, *eodem Summ. num.5.* idcircò hac attenta observantia potiori Jure non superest dubitandum de compatibilitate, cum qualitas perpetuæ residentiæ, quatenùs etiam adfuisset ab initio in Beneficiatis, mutari potuerit per adeò longum temporis spatium; Ad faciendam enim hujusmo- 9
di mutationem, signanter in qualitate, sufficit lapsus 40. annorum, ad *Text. in cap. cum de Beneficio, de Præbend. in 6. Lotter. de Re Benef. quæst.34. num.9. lib.1.* & in terminis 10
fortioribus, quod stante consuetudine possint etiam duo Beneficia uniformia in eadem Ecclesia retineri, *Hojed. de incompatib. part.1. cap.20. num.25. Antonel. de Reg. Eccles. lib.3. cap.3. §.2. n.16.* cum aliis adductis per *Panimol. dec.31. n.6.*

Posita verò compatibilitate Beneficii cum Vicaria, consequenter succedit integros deberi fructus, & distributiones, ac etiam tertiam absentium; si enim est capax Joseph Beneficium retinendi, Justitia postulat, ut idem participare debeat de omnibus fructibus, & emolumentis ad Beneficium pertinentibus.

Neque obstat, quod dicta particularis Constitutio Ecclesiæ de Allo demandet Vicarium inservientem Vicariæ haberi pro absente, *Summ. Beneficiatorum num.3.* & per consequens integros fructus, omnesque distributiones non posse lucrari.

Quia

Quia cum Beneficiati dictæ Ecclesiæ onus habeant interessendi Horis Canonicis, & Anniversariis in eadem fieri solitis, ipsisque in remunerationem, ac stipendium personalis Ministerii, & laboris debeantur distributio-
11 nes, aliaque emolumenta, quæ inter præsentes de Jure sunt repartienda, ad *cap. unic. de Cleric. non resid. in 6.* & dictum fuit sæpissimè, & signanter in *Alexandrina Distributionum 29. Martii 1699. §. Non enim, coram R.P.D. meo Lancetta, & in Illerden. Distributionum 20. Februarii 1702. §. Cum enim, coram D. Magno Cancellario Mediolani, & in ejus Confirmatoria 5. Martii 1703. §. Nulla siquidem, coram R. P. D. meo Ansaldo*, non erat in posse Beneficiatorum statuere, quod Vicarius insimul quoque Beneficiatus inserviens Beneficio, pro absente esset reputandus contra expressam Juris Sanctionem, & *Sac. Conc. Trid. sess.24. cap.12. de reformat.*, adversus
12 quam dubio procul non est licitum inferioribus statuere, ad *cap. cum inferior, de major. & obed. ad Rot. in d. Illerden. Distributionum §. Descendendo autem, coram R. P. D. meo Ansaldo*; Et tunc tantùm dispositum in dicta Constitutione procedere poterit, quando Vicarius Vicariæ inserviens, non intervenerit Choro statutis horis, vel diebus tanquam Be-
13 neficiatus, quo casu amittet distributiones illius horæ, vel diei, quibus non interfuit uti Beneficiatus, ad idem *Concil. Trid. sess.22. cap.3. & sess.22. cap.* pariter 3. *de Reformat.* Et quamvis prædicta Constitutio confirmationis robur acceperit ab Episcopo, attamen cum hæc effecta fuerit cum clausula, *quatenus esset conformis Juris dispositioni*, & ex
14 supradictis eadem adversativa Juri dignoscatur, utique ab Episcopo non censetur confirmata, *Barbos. clauf.52. num.4. & clauf.124. num.7. Card. de Luc. de regul. disc.2. n.10.*

Quæ magis procedere visa fuere stante desue-
15 tudine, & inobservantia ejusdem Constitutionis, quamquam enim generaliter lex, aut statutum nunquam tolli possit per non usum, aut simplicem desuetudinem, ad tradita per *Bartol. in probem. Digest. §. Et non antea*; Attamen quoties, ut in præsenti, constat bis judicialiter fuisse pronunciatum, Vicarios insimul Beneficiatos frui debere non solum tertia absentium, sed etiam omnibus aliis emolumentis, contrarius usus dictæ Constitutionis
16 substinetur, cum sufficiat eundem habuisse effectum in contradictorio judicio, *Roland. cons. 52. num.39. vers. ultimo, Mantic. de tacit. & ambig. lib.5. tit.13. num.42. post med. Gratian. discept. for. cap.559. numer.40. & 41. Ludovisius dec.269. num.4.* Cumque Vicarius antecessor 40. annis habuerit omne id, quod
17 eidem, uti Beneficiato, debebatur, per hoc spatium 40. annorum, censetur etiam non usus dictæ Constitutionis abundè præscriptus, optimè *Rot. dec.71. num.10. coram Royas.*

Et ita utraque &c.

Rmo P. D ANSALDO DECANO.

Perusina Præeminentiarum.

Mercurii 2. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

In simplici Ecclesia, seu Oratorio, Parochiali subjecto, sive ratione soli, ubi est constructum, sive aliquo alio titulo, competunt Parocho tam Jura Parochialia, quàm Præeminentialia, quæ antea exercebat, stante præsertim clausula, *sine præjudicio Jurium Parochialium*, in concessione apposita.

SUMMARIUM.

1 *In omni loco suæ Diœcesis habet Parochus fundatam intentionem exercendi, tam Jura Parochialia, quàm ea, quæ ad digniorem solent attinere.*
2 *Limita quoad functiones Præeminentiales, nisi Ecclesia, seu Oratorium, intra fines Parochiæ existens, sit Ecclesiæ Parochiali aliquo modo subjectum.*
3 *Id Statutum fuit novissimè à* S. R. C. *in* Decretis generalibus *de anno* 1703. *à Sanctissimo approbatis anno sequenti* 1704., *& ubi sint impressa.*
4 Decretis *ejusdem* S. R. C. *deferre reverenter solet* S. Rotæ Tribunal.
5 *Simplex Ecclesia, in adjutorium Ecclesiæ Parochialis erecta, dicitur illi, tanquam filialis, subjecta.*
6 *Quid Ecclesiæ Parochiali competat ex hac qualitate filiationis super simplici Ecclesia.*
7 *Si Jurisdictio per privilegium adempta est Episcopo, multo magis censetur adempta Parocho.*
8 *Constitutio Ecclesiæ, tam de stylo, quàm de Jure concedenda est, sine præjudicio Jurium Parochialium.*
9 *Clausula* sine præjudicio Jurium Parochialium -- *nihil de novo tribuit.*
10 *Contra prædicta* Decreta generalia S.R.C. *non suffragantur consuetudines, nisi sint immemorabiles, vel saltem centenariæ.*
11 *Ecclesia simplex, seu Oratorium ratione dominii soli, ubi est constructum, dicitur plenariè subjectum Parochiali, quoad omnia Jura, & functiones.*
12 *Et forsan id procedit etiam ob solam rationem, quod intra fines Parochiæ reperitur*, & n.13.
14 *Clausula* -- sine præjudicio jurium Parochialium -- *in concessione constructionis novæ Ecclesiæ apposita, præservat statum antiquum, privativè pro Parocho militantem.*
15 *Clausula* -- sine præjudicio -- *præservat omnia Jura etiam in minimis.*
16 *Sacello, in Ecclesiam erecto, cum clausula* -- sine præjudicio -- *præservantur favore Parochi omnia Jura, quæ ibi ante constructionem Ecclesiæ ei competebant.*

17 *Contrarium forsan locum haberet, si quaestio esset cum altera formali Ecclesia, cujus initium ignoraretur, & constructio facta non esset in solo temporaliter etiam proprio Ecclesiæ Parochialis.*
18 *Gratia redditur subreptitia, si reticeatur id, quod vel concedentem ab illa retraxisset, vel difficiliorem reddidisset.*
19 *Sæpe extorquentur a S. Sede Gratiæ, & privilegia, aliis præjudicialia, per falsas suggestiones, vel veritate reticita.*
20 *Et his propterea suffragari non debent Gratiæ obtentæ.*
21 *Regulare est, quod centenaria sit exempta a qualibet Constitutione, sive Decreto.*
22 *Ad declarationem facti, vel Juris ambigui, attendenda est observantia.*
23 *Præsentia Parochi in electione Officialium, & retentio alterius ex clavibus capsulæ suffragiorum, denotat superioritatem.*
24 *Retentio clavis capsulæ eleemosynarum, vel alterius hujus generis, quandoque provenire solet ab alio titulo, quam superioritatis.*
25 *Secus si jungatur cum aliis urgentibus circumstantiis.*
Claves de Jure remanere debent in potestate Prælati eodem n.25.
26 *Retentio Clavis Capsulæ pro eleemosynis recipiendis in Ecclesiis, intra Parochiam existentibus, ad Parochum non spectat.*
27 *Signum superioritatis est in aliquo, si ei ab Officialibus rationes reddendæ sunt.*
28 *Ordinario debet reddi ratio de rebus, ac Bonis Hospitalium.*
29 *Recipere Episcopum, occasione visitationis, ad Ecclesiam accedentem, eique porrigere aspersorium, ad Rectorem, seu Superiorem usu, & Jure pertinet.*
30 *Ex administratione Sacramentorum, & asservatione Sanctissimæ Eucharistiæ in simplici Ecclesia pro majori commoditate, & servitio Parochianorum, arguitur ejusdem Ecclesiæ subjectio Parochiali.*
31 *Testibus, numero, & qualitate pollentibus est adhibenda fides.*
32 *Ex intermissione exercitii alicujus Juris, dummodo non probetur contradictio, & acquiescentia, dici non potest firmata aliqua possessio, seu observantia in contrarium.*
33 *Magis creditur Testibus affirmantibus, quam negantibus.*
34 *Quando actus remanent æquivoci, nulla de iis est habenda ratio, præsertim in conflictu actuum univocorum.*
35 *Actus semper refertur ad jus, & titulum, de quo constat.*
36 *Sicut Laici non sunt capaces sese immiscendi in spiritualibus, & Ecclesiasticis Functionibus, ita non est illis de facili permittendum, ut hujusmodi ministeria aliis mandent.*

DECISIO XXXV.

SUper solo, quod usque de *anno* 1495. materialiter distraxerat Plebanus, sive Parochus Sancti Bartholomæi Castri Rigonis ad commodum Universitatis, & Incolarum ejusdem Castri, ita castrametati fuerunt Emptores, ut inibi construendo, in locum simplicis Tabernaculi, perantea existentis cum sola effigie Beatissimæ Virginis Deiparæ *Miraculorum* nuncupatæ, novam penitus Ecclesiam, & Hospitale, Aciem aperuerint acri certamini, seu Judiciariæ, & conflictatæ perquisitioni *An, & quæ Jura parochialia, & præeminentiæ hactenus competerent Parocho* in Ecclesia prædicta, & *Domini* libratis hinc indè digladiantium armis, & fundamentis, *Jura parochialia, & præeminentias Parocho* absolutè competere censuerunt.

Nulla siquidem controversia erat, vel esse poterat inter Partes, quod antecedenter ad memoratam venditionem super antiquo Solo, & respectivè Capella, Parochus fundatam haberet intentionem, non solum quoad Jura magis præcisè Parochialia, sed etiam respectu aliarum omnium præheminentiarum, quæ de jure, vel de consuetudine ad Digniorem solent attinere, cum ipse in circumdarlo suæ Parochiæ dignior præ cæteris regulariter existens, quasi Episcopus in sua parva Diœcesi subalternanter esse censeatur, juxta affirmata per *Abbatem in cap.1. num.28. de dolo, & contumacia, Barbos. de Offic. Parochor. part.1. cap.9. num.3. Ricc. in Praxi For. Eccles. part.4. resolut.304. num.3.* & in terminis Abbatis Curam animarum exercentis *Rot. in Burgen. Jurisdictionis super exercitio functionum Parochialium 11. Juni 1706. §. Firmato, cor. Me.* 1

Et sanè quoad Jura Parochialia magis præcisa, quæve plena manu dinumerantur penes *Abbat. in Rubric. de Paroch. num.2.* & cum eo cæteri Canonistæ, quos congerit *Phiringh. in Jus Canonic. lib.3. tit.29. num.3. & seqq., Frances de Eccles. Cathedral. cap.21. num.20. & seqq. Cardinalis de Luca de Paroch. disc.31. n.8. §. Ut enim, Rota coram Coccino dec.2089. num.3. & seqq. dec.552.,* & signanter *num.3. cum pluribus seqq. part.5. tom.2. rec. & in Mediolanen. Jurium Parochialium 23. Aprilis 1708. §. Constabilito, & §. Rursus cum seqq. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Applicando, coram Me,* quasi manus victas dabant Confratres, & Capellani ejusdem Ecclesiæ Beatissimæ Virginis, sed tantummodò opponebant, quod præcisivè ab iisdem Juribus propriè Parochialibus, nullum aliud Jus in aliena Ecclesia quicumque Parochus prætendere, & arrogare sibi queat, nisi saltem ostendat, quod ultra situationem ipsius Ecclesiæ intra fines suæ Parochiæ illa sibi existat aliundè subjecta ex aliquo privilegio, concessione, præscriptione, vel jure speciali, 2 prout solemniter rescribens Archipresbytero Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ respondit, & definivit *Innocentius III. in cap. Dilectus, de Capellis Monachorum,* & latè exornat *Fagnan. in cap. Ad audientiam, num.9. & 10. de Eccles. ædifican., Calderin. cons.6. num.1. vers. item sicut de Religios. Domibus, Cardinalis de Luca de Paroch. dicto disc.31. num.6. Rota in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Decidendi ratio, coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano, & 6. Junii 1708. §. Fallente coram, & in Bisinianen. Prabemnen-*

neutiarum 10. *Februarii* 1710. §. *Quibus omnibus*, pariter *coram Me*.

Fortiùs quia retento hujusmodi principio successivè etiam deinceps, ad tollendas dissensiones, & jurgia, semper in Ecclesia Dei evitanda, ac dirimenda, *Sacra Rituum Congregatio*, cui, ut fuit dictum in illa *Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. *cor. Me in principio*, tale munus principaliter incumbit, jam per plura universalia *Decreta edita* sub anno 1703., & dein quoque per Sanctissimum
3 approbata de sequenti anno 1704., quæve leguntur impressa *in Mantissa dec. ad Cardinalem de Luca tom.*2. *pag.*17. *& seqq.*, & repetita apud *Monacell. in suo Formulario Legal, practico For. Eccles. tit.*13. *ex num.*46., discriminando eadem Jura propriè Parochialia, determinaverat quænam functiones, & preheminentiæ competerent Parochis, vel respectivè Confraternitatibus Laicorum, earumque Capellanis, & Officialibus, quamplures earundem functionum, & preheminentiarum, de quibus signanter hodie erat quæstio, declaravit spectare ad easdem Confraternitates; Undè ad normam præmissæ dubitationis resolvendum omninò videbatur, eas eidem Confraternitati, & non Parocho competere, cum nemo non sciat, quod eædem resolutiones,
4 & Decreta, & maximè per Supremum Ecclesiæ Principem approbatæ, vim habent legis universalis, & illis semper obsequi reverenter, ut par est, consuevit *Sacrum Tribunal*, teste eadem *Rota coram Dunozett. Jun. decis.*878. *num.*10., *coram Celso dec.*5. *n.*12. *in Avenionen. Dotationis* 19. *Junii* 1632. §. *Quæ quidem Sententia*, *& in Burgen. Juris deputandi Curatum* 3. *Julii* 1684. §. *Penultimo*, *coram bonæ memoriæ Albergato*, *in Carpentoraten. Parochialis* 13. *Februarii* 1699. *dec.*72. *num.*7. *coram Me inter noviter Romæ impressas*, *& in Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Utique in abstracto cor. Me*.

Quod autem prænominata Ecclesia Beatæ Virginis Miraculorum nullo modo foret subjecta Ecclesiæ, & Parocho Sancti Bartholomæi, ex ipsa negatione Confraternitatis sufficientissimè liquebat, nam minimè ex parte ejusdem Parochi demonstrabatur, ut oportebat, in primis inter easdem Ecclesias certa antiquioritas, & in omnem casum nequaquam per immaginationem apparebat, quod eadem *Ecclesia Miraculorum* foret constructa in adjutorium Ecclesiæ Parochialis, quo casu nomen sortiri potuisset Ecclesiæ subjectæ, tanquam filialis, vel, ut alii dicunt, succursalis, & adju-
5 tricis ejusdem Ecclesiæ Parochialis, vel respectivè Cathedralis, ut tradunt *Scribentes in cap. Ad audientiam* 3. *de Eccles. ædifican. Petrus Gregor. de Benefic. cap.*10. *num.*26. *Decius in cap. Ex parte* 2. *n.*1. *&* 2. *de rescript.*, *Panormit. in cap. Recolentes in fine de stat. Monachorum*, *Rebuff. in Prax. Benefic. in Addit. ad Regul. Cancellar. regul.*56. *in fine vers. Item fol.*524., *Amostaz. de Caus. piis lib.*5. *in cap.*3. *de Eccles. ædificand. num.*16. *Tondut. Quæst. & Resolut. Benefic. cap.*36. *num.*9. cum aliis abundè relatis *in dec.*274. *num.*3. *part.*1. *recent.*

Immo nec etiam posita hujusmodi qualitate filiali (quandò potius totum erat in contrarium, ex constructione illius ære proprio facta per Universitatem, eam elevando à simplici Tabernaculo ad formalem Ecclesiam cum Hospitali) adhuc quicquid dixerint nonnulli allati, & reprobati per *Fagnanum in cap. Ad Audientiam il primo sub num.*8., tribuentes ipsi Ecclesiæ Parochiali, seu matrici nonnullas functiones, & actus preheminentiales, verius 6
est, excepto patronatu, *& competenti honore Jure subjectionis*, *non deberi Ecclesiæ Matrici*, *nisi in quantum Episcopus prædicta jura reservaverit in limine erectionis*, sunt ipsissima verba ejusdem *Fagnani in præcitato cap. Ad Audientiam in sequenti num.*10. *versic. Itaque verius*.

Tantumque de cætero aberat, quod Episcopus talia Jura in limine erectionis, seu novæ constructionis ejusdem Ecclesiæ *Miraculorum* reservaverit Ecclesiæ, & Parocho Sancti Bartholomæi, ut potius *sanctæ memoriæ Clemens VIII.* penitus prædictam Ecclesiam, seu fabricam præcedenti Tabernaculo, sive Sacello adjunctam, incorporando Hospitali tunc administrato per Confraternitatem, concesserit facultatem eidem Confraternitati erigendi Campanile applicandi in servitium ejusdem Ecclesiæ, seu Hospitalis fructus, ac elæmosynas, construendi cœmeterium, & inibi tumulandi, sive sepelliri faciendi tam ipsorum Confratrum, quàm aliorum quorumcunque in præfato Hospitali degentium, & respectivè sepulturam seligentium Cadavera, prout quoque faciendi benedicere, & consacrare Altaria, Calices, Vestes, & Ornamenta, nullius requisita licentia, nec etiam ipsius Diœcesani. Quapropter si loco reservationis hujusmodi Jurium favore Parochi ad normam Juris necessario faciendæ per Episcopum, in 7
hisce prærogativis, & functionibus per Apostolicam largitatem erga confratres excludebatur idemmet Episcopus, quid dicendum de Parocho? vulgato *Axiomate*, de quo in *Auth. multò magis Cod. de Sac. Eccles.*, *de quo Conciol. allegat.*82. *n.*10. *Mans. consult.*343. *n.*31. *Rota dec.*75. *num.*34. *& dec.*89. *num.*14. *coram Me inter noviter hactenus Romæ impressas*, *& in Perusina Pecuniaria* 8. *Junii* 1711. §. *Eoque facilius in fine*, *pariter cor. Me*.

Quin à contrario obsisteret Alterum Breve antecedens sanctæ memoriæ Alexandri VI., qui Pontificium concedendo beneplacitum primordiali acquisitioni Soli, super quo erat construenda Ecclesia, illam præservativam clausulam adjecit -- *Jure tamen Parochialis Ecclesiæ*, *& cujuslibet alterius in omnibus semper salvo*, quemadmodum, cæteroquin de stylo, vel 8
de jure faciendum esse, animadvertit *Piasec. in Prax. Episc. part.*3. *cap.*3. *n.*21., & declaravit *Sacra Congregatio Concilii* secundm verba relata per *Barbos. de Paroch. part.*1. *cap.*11. *num.*2.

Siquidem hujusmodi clausula, tanquam merè præservativa Juris antiqui, seu præcedentis, non erat apta, tribuere quidquam de novo ipsi Paro- 9
chiali Ecclesiæ, sicuti introspecta natura prædictæ clausulæ præservativæ connotarunt, *Calderin. cons.*12. *de Privileg. Cherubin. in Compend. Bullar. schol.*1. *ad Bullam Sixti V. inci-*

cipien. Si cunctas latam favore Capituli Lateranen. *Donat. de Regul. tom.1. part.1. tract.6. de extension. Privileg. quæst.1. n.5. Pbiring. in Canonic. lib.5. tit.33. num.4. Monacell. Formular. For. Eccles. tit.13. num.82. vers. & hæc fortius part.2.* & in specie præcitatæ adamussim clausulæ *eadem Sacra Congregatio Concilii* juxta verba transcripta per *eundem Barbos. de Paroch. dicta part.1. cap.11. num.2. §. Quod quidem præjudicium*, ibi -- *Hoc autem præjudicium intelligitur in his, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & alia, quæ sunt ipsi Parocho jure debita, in aliis verò non* --

Addito, quod neque valebat officere, si forte ex parte Parochi adducerentur aliqui actus exerciti super hisce functionibus, & Præeminentiis, quia statim ac ad limites Juris, & memoratæ generalis præfinitionis, seu declarationis *Congregationis Sacrorum Rituum* à Summo Pontifice confirmatæ, controversæ functiones, & Præeminentiæ minimè spectabant ad Parochum, nullatenus erant attendendi hujusmodi actus, à quibus prætendi potuisset aliquam desuper resultasse consuetudinem in beneficium ejusdem Parochi, quoniam supradicta *Lex*, seu declaratio universalis *Urbis & Orbis*, hujusmodi usus, ac etiam consuetudines rejecerat, atque irritaverat, referendo simpliciter in hoc proposito consuetu- 10 dines immemorabiles, vel saltem centenarias, ut in fine, ibi -- *Et ita salvis tamen conventionibus, & pactis, & Consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis*, sicuti non minus animadversum & responsum fuit *in præcitata Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1711. §. Verùm quia, & §. Cæterum, coram Me*.

Ast hisce ratiociniis, & oppositionibus posthabitis, *Domini approbantes primum*, & optimè judicatum ab *R. P. D. A. C. Cerro* censuerunt ipsi Plebano, seu Parocho competere Præcedentiam, nimirum (deveniendo ad specialia) *in Choro, & Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis peragendis in hac Ecclesia, nempè benedicendi, & distribuendi Candelas, Cineres, & Palmas, aliasque functiones fieri solitas in Majori Hebdomada, administrandi omnia, & singula Sacramenta juxta Populi necessitatem, ac pro hujusmodi effectu retinendi in eadem Ecclesia Sanctissimum EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Missas, & Vesperas solemnes, prædicandi, exponendi SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM publicæ Adorationi, & retinendi clavem capsulæ eleemosynæ, & Bussulæ respectivè, in qua nomina Officialium Hospitalis, & Ecclesiæ conservantur, assistendi electionibus eorundem Officialium, omnesque alios actus, & jura Parochialia præeminentiæ superioritatis exercendi in d. Ven. Ecclesia Beatæ Mariæ Miraculorum*.

Ratio præcisa facilè visa est in eo residere, quod quemadmodum præcedenter à parte ante hujusmodi præeminentiæ, atque functiones spectassent indubitanter ad Parochum, *quoties proportionabiliter expleri potuissent* in Sacello, seu Tabernaculo prius existente in solo pertinente ad Dominum Ecclesiæ Parochialis, scilicet antequam tribueretur per *sanctæ memoriæ Alexandrum VI.* facultas Parocho alienandi, & respectivè hominibus de Universitate acquirendi solum, in quo erectum jam stabat Sacellum, sive Tabernaculum cum effigie Beatissimæ Virginis, ex quo totaliter ratione Dominii positivi dicebatur 11 idem Sacellum plenariè Parocho subjectum, sive penitus ab Ecclesia Parochiali pendere, ut hoc verbum usurpatur *in cap. Eam te de ætat., & qualitat.*, explicat *Glos. in §. Seu verbo pendeant vers. item si Ecclesia Parochialis in fundo suo*, ibique *Butrius num.10. Abbas num.11.*, & reliqui Scribentes, *impartiendi videlicet Populo Benedictionem, administrandi omnia, & singula Sacramenta juxta Populi necessitatem, ac pro hujusmodi effectu retinendi in eadem Ecclesia AUGUSTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Missas, & Vesperas solemnes, prædicandi, exponendique SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM ejus publicæ adorationi, ac retinendi Clavem capsulæ eleemosynæ*, ut sunt etiam verba prænominatæ Sententiæ latæ in Tribunali A. C.

Quinimmo forsan ad effectum faciendi eadem fine hac præcipua, ac clara antiqua dependentia suffecisset, quod idem Sacellum, Tabernaculum, & Oratorium situm reperire- 12 tur intra puros limites Parochiæ, ut signanter in proposito oblationum adest *Text. in cap. Pastoralis*, & ibi *Canonistæ, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. Barbos. de Offic. & Potestat. Paroch. part.3. cap.24. n.29. in fine, Pignatell. Resolut. cons.142. num.1.*, & plenè *Rot. cor. Merlin. dec.257. n.2. & seqq.*, & generaliter quoad alia Jura, atque functiones ratione solius situationis Capellæ, 13 vel Oratorii intra Parochiam, *Pignatell. consf. 68. num.1. & seqq. tom.6. Gratian. discept. forens. cap.298. num.78. & 79. Barbos. de Offic. Paroch. part.1. cap.12. n.1., & seqq. Panimol. dec.1. annot.9. num.1., & seqq. Rota dec.225. n.1. part.19. rec. Rot. in Taurinen. Jurium Parochialium* impressa apud *Pignatell. d. consultat.103. n.15. in fine*, & plenè *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Fundamentum erga finem, coram Me*.

Ita servandum omninò videbatur etiam à parte post, videlicet post indultam facultatem tunc temporis Plebano alienandi Solum prædictum favore Universitatis, etiam ad finem ampliandi idem Sacellum, construendique ibi Ecclesiam, ac Hospitale, quia prædicta clausula *Jure tamen Parochialis Ecclesiæ in omnibus semper salvo*, genericè præservativa omnium, & quorumcunque Jurium, indistinctè Ecclesiæ Parochiali, ejusque Parocho per antea competentium, & exercibilium in eodem loco, præpediebat nè ad quemcunque effectum in aliquo censeretur immutatus status antiquus privativè militans pro Parocho, ut be- 14 nè, & punctualiter in terminis etiam cæterarum functionum, nedum Jurium Parochialium, annotavit *Monacell. in formul. for. Eccles. dict. tit.13. form.1. num.81.*, quodque hæc clausula vix non præservet ea, quæ sunt incompatibilia statui noviter efformato per 15 Summum Pontificem, habetur ex *Rot. decis.6. num.1.*

num.1. & 2. lib.3. coram Puteo, & dec.566. numer.24.cor. Card. Cerro.

Atque hinc parum referebat, quod juxta resolutionem *Sacræ Congregationis* apud *Barbos. de Paroch. d. part.1. cap.11. n.2, §. Hoc siquidem*, clausula hæc nihil tribueret Parocho præter ea, quæ jure Parochialitatis ei competebant, siquidem præsens adamussim controversia effectivè versabatur in pura retentione, & præservatione veteris Juris exercendi consimiles functiones non solùm habitu, sed & actu, quatenus *saltem patiebatur angustia loci*, ac perantiqui Tabernaculi, seu Sacelli, prout præcedenter proculdubio secumferebat positiva dependentia ejusdem Sacelli ex causa solius Dominii materialis Ecclesiæ Parochialis, immo, ut ab initio præmisimus, etiam ex sola situatione loci intra limites spirituales præexistentis Parochiæ,
16 nullatenus quippè Parochus prætendebat aliquid sibi usurpare de novo, quod foret contra vim, & efficaciam ejusdem clausulæ -- *Sine præjudicio*, ut distinguunt *Barbos. de Offic. Parochi part.1. cap.1. num.26. Pignatell. Consultat. Canonic.68. n.7. tom.6., & consultat.103. in fine tom.10. Monacell. in Formular. Fori Ecclesiast. tit.13. à num.54. ad plur. seq. Rota apud Tamburin. de Jure Abbatum dec.83. n.2. & 3. tom.3.*

Tantumque aliqualis fortè subesse potuisset difficultas, quotiès quæstio foret cum altera formali Ecclesia, vel etiam publico Oratorio ab antiquissimo tempore erecto, itaut ejus principium ignoraretur, & non fuisset, prout hic, erectio facta in solo temporaliter etiam proprio prænominatæ Parochialis, eo-
17 què alienato pro construenda simplici ampliatione, sub prædicta tamen clausula refrenativa, & præservativa *sine præjudicio*, prout hic, quemadmodum in prædictis extraneis terminis alterius Ecclesiæ in indifferenti, & alieno temporali solo existentis, aliquo modo obloquuntur, *Abbas in cap.1. num.8., ut lite pendente Postb. de Manut. observ.45. num.49. Marescott. Variar. Resolut. lib.1.cap.11. n.16. & 17. Rota post Tamburin. de Jure Abbat. decis.86. n.2.& seqq. cor. Coccino dec.2089., n.22. & seq. & num. final.*

Absquè eo quod quidquam per umbram in oppositum opitularetur alterum Breve *Clementis VII.* superius enunciatum, præterquam enim illud nequaquam revera admodum adversabatur signanter Juribus, & præeminentiis præcisis, ac supra enumeratis, quasve competere in hac Ecclesia Parocho existimavit A. C., & hodiè validius confirmavit, atquè authorizavit *Tribunal*. Nihilominus si in aliquo præfatum Breve apparuisset obsistere, illud apertè ex causa subreptionis corruisset, reticitum quippè fuit eidem *san. mem. Clementi VII.*, quod Ecclesia excitata, sive ampliata per Universitatem, seu Confratres extitisset in solo etiam temporaliter pertinente ad Ecclesiam Parochialem, quodquè in alienatione ejusdem soli intercedente Apostolico, ut opus erat, Beneplacito, *san. mem. Alexander VI.* ejusdem *Clementis* Prædecessor adjecerat, & inseruerat memoratam clausulam præservativam *Jure tamen Parochiali in omnibus semper salvo*, quod utique si Pontifex in Cathedra Divi Petri successor scivisset, facile denegasset prætensa Jura, & privilegia Confraternitati, ipsamque Ecclesiam Parochialem pariter præservasset, vel saltem Parochum audiri demandasset, non autem absolutè dixisset, *Diœcesani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minimè requisita*, sicuti ad effectum reddendi posteriorem gratiam subreptitiam, & consimili reticentia contenti, quod vel Papa denegasset, vel difficiliùs 18
fuisset impartitus aliquam gratiam, vel privilegium passim connotárunt post *cap. si proponente 42. de rescript.Peregrin. consil.78. n.11. lib.1. Ayman. cons.68. n.5. Rota dec.159. num.3. part.18. rec.*, & alibi passim.

Et sanè oh quàm rectè ex lectura hujus Brevis, seu Indulti posterioris *Clementis VII.* verificabatur illud, de quo conqueritur *Innocentius III. in cap. super literis, de rescriptis*, quod nempè sæpè sæpiùs extorquentur à Sancta Sede gratiæ, & privilegia, aliis quandoque præjudicialia per falsas suggestiones, vel per in- 19
debitum silentium subripiuntur, ut ibi -- *super literis, quæ ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorantia tacita veritate, vel suggesta falsitate impetrantur &c.* dum de facto idem *Clemens VII.* annuens petitioni Confraternitatis sese positivè declarando, id clarè exprimebat in eodem Indulto per illa verba -- *Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes*, quamobrem non erat opus indagari ab extra, mentem Pontificis fuisse subreptam, & consequenter intrare, quod sub- 20
dit idem Innocentius, *ut hi, qui falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ perversitatis pœnam nullum ex illis literis commodum consequantur* prout de cætero advertunt, & prosequuntur *Bald. in dict. cap. super literis, n.10. Glos. in cap. susceptum vers. noto ulterius, & Francus ibidem num.14. de rescript. in 6. Dec. cons.148. numer.1. versic. secundo quia, Gonzal. de alternat. in proœmio §.7. num.240. Gambar. de Author. Legat. de Latere lib.5. in princ. n.87. Gratian. discep. forens.283. n.20. & 21. Rot. cor. Buratt. dec.484. num.7., & decis.523. num.34. part.19. tom.2. recent.*

Ast cuncta hæc satis in se perspicua, & plana, mirificè confovebantur, atquè roborabantur ex subsecuta deinceps observantia, quoniam post constructam, sive ampliatam Ecclesiam, in omnibus ferè præmissis actibus, ac præeminentiis, præterexcedentibus merè rigorose confinia Jurium Parochialium, sic de facto semper fuerat observatum, undè vel quatenus opus fuisset, intercessisset illa consuetudo centenaria, quæ præservatur etiam in eisdem declarationibus, & decretis *Sacræ Congregationis Rituum publicatis sub anno* 1704. juxta literam recensitam eorundem decretorum in prædicta *Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Verùm quia, coram Me*, & est regulariter de natura centenariæ, ut sit exempta à qualibet Constitutione, seu De- 21
creto secundum animadversa per *Jason. in l. quamvis col.6. num.42. vers. tertia ratio ff. de Flumin, Rolan. consil.89. num.17. lib.2. & consil.59. n.16., & 18. lib.4. Mascard. de probat. part.3.*

part.3.conclus.1221. num.54. & 55. Gratian. discept. forens. cap.2. num.23. & 24. Castill. Controv. lib.6. cap.3. à num.6. & seqq. Rot. dec.786. n.3. part.18. tom.2. rec.

Vel præcisivè à vera, & formali consuetudine præscriptiva exuberasset illa vis interpretativa, quæ secum ducit observantiam semper attendendam in declaratione facti,
22 vel Juris ambigui, ad ea, quæ distinguendo inter observantiam interpretativam, & præscriptivam habentur ex Theorica *Bald. in cap. cum olim, n.1. & seqq. de consuetud. apud Modernum Romanum in suis disceptat. Ecclesiast. discept.9. n.22. tom.1. fol.194. Rot. dec.362. numer.12. part.15. dec.441. n.9. & seqq. part.18. rec.*, & *in Faventina Jurium Parochialium 17. Junii 1697. dec.14. n.35. cor. Me inter noviter hactenus Romæ impressas*.

Et primo quidem à per antiquo *Decreto anni* 1602. edito pro gubernio ejusdem Ecclesiæ occasione Visitationis assuetæ Episcopalis, determinabatur, quod Parochus in electione officialium Confraternitatis esse deberet præsens, ac retinere apud se alteram ex clavibus capsulæ suffragiorum vulgò *Palle*, o *pallotte*, solitorum adhiberi in hujusmodi electionibus, utraque enim circumstantia succes-
23 sivè executioni demandata, atquè in Episcopali Visitatione præscripta, manifestabat Parochi superioritatem, & respectivè subjectionem Confraternitatis, ad tradita *per Bartol. in l. cum Pater num.3. ff. de legat.2. Riminald. Sen. cons.95. n.76. Pignatell. consultat. Canon.16. numer.1. tom.8. Cyriac. contorv.201. n.65. & seqq. tom.2. R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. lib.7. rubr.28. num.6. & 7. Marta dec. Pisan.62. numer.9. & seqq. Rot. cor. Emerix Jun. dec.1311. n.5. tom.3.*

Idipsum secundo loco resultabat ex altera Visitatione pariter Episcopi sub *anno* 1655. in qua non ex tunc, sed de præterito supponebatur, atquè confirmabatur retentio unius
24 clavis capsulæ Eleemosynarum, quamvis enim consimilis retentio possit ex aliis titulis, quàm subjectionis quandoque provenire, ex ponderatis in *Gerunden. Anniversariorum 1. Julii 1709. §. Ejusdem pariter, & §. Retentio, cor. R. P. D. meo Crispo*; Attamen circumstantia hæc juncta cum aliis validioribus, de quibus supra, & inferius, non parum revela-
25 bat ad hunc effectum, cum claves de jure remanere soleant, ac debeant in potestate Prælati, teste *Donato in Praxi Quæst. Regular. tom.2. tract.13. quæst.24. n.10. Fagnan. in cap. Pastoralis, num.34. de his, quæ fiunt à Prælatis, Card. de Luca in Miscel. Eccles. disc.35. num.7.* Ideoquè quoties eadem supponebatur, & authorizabatur retentio penès Plebanum, signum erat valdè expressivum Superioritatis ipsius Plebani, seu Parochi, alias quippè ad
26 Parochum prærogativa hæc spectare non valuisset, uti respondit prænominata *Sacra Congregatio Rituum* in laudato Decreto generali in responsione ad 28. *Marescot. Variar. Resol. cap.42. n.12. R. P. D. Petra ad Constitut. Apostolic. tom.2. ad Constitut.1. Anastasii IV. sect.2. num.43. Barbos. de Offic. Paroch. part.3. cap.25. num.29. vers. Episcopo solum, Card. de Luca, Miscell. Eccles. d. disc.55. num.12., Rot. cor. Emerix jun. dec.1311. num.5. tom.3. & in Senogallien. Ecclesiæ 1. Julii 1699. §. finali coram bon. mem. Muto.*

Tertiò accedebat, quòd pariformiter computa quot annis ipsi Plebano per Priores Confraternitatis reddebantur, quæ utiquè erat demonstratio palpabilis, quòd tota præeminentia, & superioritas residebat in Parocho, 27
seu Plebano, cum nemo, nisi Dominus, vel saltem Superior dicere valeat *redde rationem villicationis tuæ*, per ea, quæ etiam connotantur *à Barbat. consil.92. num.13. in fin. lib.3. Rebuff. in l. Boves §. Hoc Sermone vers. decimo procedit ff. de verborum significat. Escobar. de ratiocin. cap.3. num.3. in fin. Rot. dec.331. num.5. part.16. recent.*, & quod de bonis, rebusquè Hospitalis reddi debeat ratio ipsi 28
Ordinario decernit *Sacr. Concil. sess.22. de reformat. cap.9. Card. de Luc. ad idem Sac. Concil. disc.5. n.1. & 5. & disc.10. ferè per tot.*

Non deerat quarto loco alia non minus insignis patefactio Superioritatis ejusdem Plebani, seu Parochi, dum Perusino Antistite, Visitatione functuro, ad hanc Ecclesiam adveniente, Parochus consueverat illi occurrere Cotta, Stola, ac Pluviali superindutus, & eum recipiendo ad limen Ecclesiæ ipsi porrigere aspersorium, quod utiquè non licuis- 29
set, nequè liceret, nisi Parochus quasi in suo Territorio non staret, cum hæc dumtaxat ad Rectorem, sive Superiorem principalem usu, & Jure invaluerint, & respectivè pertineant, ut benè ostendit post *Clem. Dudum §. Hujusmodi de Sepult. Pignatell. consult.18. num.14. & seqq. tom.3. ubi sub num.16. in terminis Aspersorii refert resolutionem Sacr. Congregationis Rituum die 15. Martii 1608. Barbos. in Summa Apostolicarum dec. in V. Aspersorium n.1. & seq.*, & *in specie de Stola Pignatell. consult.68. sub num.12. §. Nequè obstat in medio tom.6.*

Atquè ob id non tantùm Parochus ad hujusmodi usum, & ad quodlibet aliud exercitium Sacrarum functionum, ipsorumque Sacramentorum administrationem, retinebat in eadem Ecclesia capsam, & clavem, sub qua asservabantur Stola, Cotta, Mozzetta, & Biretum, sed quod magis quinto loco erat, in eadem Ecclesia, tanquam in proprio Parochiali solo, præclariora Sacramenta administrabat, conjungebat siquidem inibi, nedum suos subditos in Matrimonium, sed & continuo pro majori eorundem subditorum commoditate, & servitio asservabat Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, illudque juxta opportunitates deferebat Infirmis, & ad hanc Ecclesiam deinceps reportabat, uti demonstrabant acta Episcopalia Visitationum, ipsomet Episcopo semper idcircò lustrante, ac visitante Sacrum opportunæ Custodiæ Tabernaculum inibi existens, & tamen hæc tam ex- 30
celsa Sacramentorum administratio, & respectivè retentio in faciem Ecclesiæ fieri nequit, nisi per Parochum, sive in sua Parochiali, vel saltem loco sibi ad minus adjutore, & subjecto, ut liquet ex præfato Decreto Generali *Urbis*, & *Orbis* in responsione ad secundum *Pignatell. d. consult.68. num.1. 3. & 10. Rota dec.52. part.2. divers. coram Amat. Du-*

noz.

nov. dec.472. num.9. Rot. dec.77. n.1. part.8. & circa delarionem Venerabilis in *Neapolitana Translationis* 14. *Februarii* 1701. §. *Quemadmodum, coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*, & in specie authorizandi Matrimonia *Rota in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure* 15. *Januarii* 1703. §. *Verum, coram Me*.

Istaque omnia hucusque prænarrata adeò palam coruscabant ex longa serie Visitationum, quæ dabantur ex parte Plebani, ex *Summ. à num.3. usque ad num.10.* ut superfluum videretur ad alia convolare fomenta probationum, sed adhuc sexto, & postremo loco *sub prædicto numer.10.* tradebantur Testes in numero octo, & inter hos quatuor Sacerdotes, qui cuncta hæc in eorum depositionibus confirmantes, præcisè etiam descendebant ad omnes, & singulos actus dinumeratos, ut supra, & in prædicta Sententia A. C. quamobrem
31 denegari nequibat, quod eisdem Testibus numero, & qualitate pollentibus, non esset præstanda fides pro eadem consuetudine, & observantia detegenda, secundum deducta *per Text. in cap. licet causam vers. ex præmissis de probat. l. ob Carmen §. Si Testes*, & ibi *gloss. ff. de Testib. Mans. consult.228. n.21. Rota coram Buratt. dec.572. num.12. vers. nec tandem cum duobus seqq. coram Emerix Jun. decis.31. sub num.2. vers. neque ad impediendum* & in prælaudata *Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. §. *Agnoverant erga finem, cor. Me*.

Quin officeret præmissis contraria testificatio cujusdam Clerici, & alterius, qui in hac Parochia per antea munus Plebani exercuisse asserebat, quivè deponere satagebat, quod vel non semper Parochus Stolam induisset, vel si quandoque, id acciderat, seu promanaverat *per uso di pietà, e compiacenza delli Priori di detta Chiesa, ed anche del Sagristano, o altri Cappellani*, quia præterquam isti suffocabantur à numero contrariorum Testium, ut mox tetigimus, magis præcisè, & per singillarem dinumerationem omnium supradictorum actuum deponentium, nihilominus fatebantur, quod in casibus, in quibus Parochus non utebatur Stola, non per hoc sese immiscebat cum cæteris Capellanis, & Juri suo cedebat, aut
32 contradicendo postmodum aquiescebat, unde posset aliqua deduci illatio, quod stante hac contradictione, & successiva acquiescientia, firmata dici potuisset aliqua possessio, sive observantia in contrarium, ut animadversum fuit *in Cavallicen. Bannalitatis Furni super manutentione* 26. *Junii* 1697. §. *Nec talis observantia, coram R. P. D. meo Priolo, & in Aquinaten. Fideicomm.* 1. *Junii* 1699. *dec.92. n.19. coram Me inter noviter hactenus Romæ impressas, & in Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis* 14. *Decembris* 1711. §. *Et altera versus finem, pariter coram Me*. Sicuti distinguendum admonent relati per *Rot. coram Seraphino decis.1085. num.6. coram Coccin. dec.2285. n.34. & in Fulden. Jurisdictionis super bono Jure* 1. *Junii* 1708. §. *Maximè num.124. coram Me*.

Ex parte etenim in Choro permanens Parochus, ut ipsimet adversi Testes asserebant, facilè poterat id attribui, vel occasionali commoditati, vel aliqualiter deturbatæ valetudini, ideoque, tanquam facta negativa, & merè æquivoca, in nulla, & maximè in conflictu, poterant haberi consideratione, per ea, quæ de Testibus affirmantibus, vel negantibus quotidie ad preponderantiam priorum firmant *Bart. in l. 1. num.6. vers. ulterius nota ff. de ventr. inspic. Bald. in l. actor n.21. C. de probat. Farinac. de Testib. quæst.65. sub num.130. Rot. post Postb. de Manutent. dec.661. num.10. Adden. ad Buratt. in dec.43. num.9.*, & in terminis quando actus remanent æquivoci, prosequuntur *Abb. in cap. præsentia de probat. Rot. dec.212. n.9. coram Carillo dec.559. num.10. coram Cerro, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium* 6. *Junii* 1708. §. *Prout neque*, & §. *Eoque facilius, coram Me*. 33 34

Excusatio autem, quod Parochus Stolam gesserit, Sacrasque expleverit functiones *per uso di pietà, e compiacenza* nimium gratis asserebatur, cum semper actus referatur ad Jus, & titulum, de quo, ut supra, constabat, non 35
vero ad Jus, & titulum, de quo non apparebat, ex collectis *Rot. cor. Cerro dec.566. n.19. & in rec. dec.389. num.4. part.3. & dec.409. n.3. part.4. rec.* & alibi quotidie.

Atque ita à primo ad ultimum penetrata medulla tot fundamentorum, & deniquè constipante observantia, etiam extra dicta Testium, resultante à publicis Instrumentis Visitationum Episcopalium, *Domini* prorsus existimarunt bonum Jus pro Parocho militare, quando etiam in dubio, sicuti Confratres de per se existunt incapaces, sese per se ipsos immiscendi in his spiritualibus, & Ecclesiasticis functionibus, ita nequit de facili illis per- 36
mitti ut hujusmodi ministeria possint aliis demandare, *ut notat Monacell. in formular. part.2. tit.13. formul.1. num.55. & Sacr. Congregatio Rituum in Verulana die* 22. *Martii* 1641. *relat. per Pignatell. in consult.60. num.1. in fine tom. & consult.79. num.7. & seqq. tom.9. Barbos. de Offic. Paroch. cap.12. n.1. & seq. Quarant. in Summa Bullar. in V. Missa versic. in Ecclesiis Donat. in Prax. Quæst. Regular. tom.3. tract.8. quæst.19. num.4.*

Et ita &c. utraque &c.

R. P. D. QUEIPPO.

Pistorien. Jurisdictionis.

Lunæ 14. Junii 1632.

ARGUMENTUM.

Dignitates, seu Canonicatus, de novo erecti in Cathedrali Pistorien. considerandi sunt in omnibus, & per omnia de Corpore Capituli; ideoque gaudere debent privilegiis, & prærogativis, quibus antiquæ Dignitates, & Canonici fruuntur: & consequenter etiam Jure conferendi, nominandi, & præsentandi.

SUMMARIUM.

1 *Ex verbis amplissimis, quibus concepta fuit erectio Dignitatum, seu Canonicatuum*

tuum in Ecclesia Pistorien. de novo erectorum, evincitur eos verè effectos fuisse de Capitulo, & antiquis in omnibus æquiparatos.

2 *Et consequenter etiam dictas novas Dignitates, & Canonicatus gaudere debere Jure præsentandi, nominandi, & conferendi, ut aliæ Dignitates, & Canonici.*

3 *Quomodo intelligenda sit clausula in erectione contenta, quod novæ Dignitates, & Canonici participare non deberent de Distributionibus Massæ communis, ad effectum, de quo agitur.*

4 *Eadem privilegia, & prærogativæ, quæ competunt Provisis à principio de aliqua Dignitate, vel Canonicatu, competunt etiam successoribus, quando ea concessa fuerunt, non ipsis Provisis, sed Dignitatibus, & Canonicatibus.*

5 *Declarantur contrariæ auctoritates.*

6 Non obstat, *quod in erectione expressum non fuerit, quod Jus conferendi competebat antiquis Canonicis, & de ratione.*

DECISIO XXXVI.

FEl. rec. Clemens VIII. erexit in Ecclesia Pistorien. duos novos Canonicatus, & alias duas Dignitates; Postea verò Paulus V. & Gregorius XV. erigi mandavit tres alias; Inter quas, & antiquos Canonicos orta lite, & differentia super communicatione *Actuum & Jurium Capitularium*, exceptis dumtaxat Juribus merè temporaliter provenientibus à Massa grossa. Causa in *Rota* introducta, dubitavi sub *die* 27. *Junii anni* 1631. an modernis Dignitatibus, & Canonicis in Communicatione supradictorum Jurium, dandum esset mandatum de manutenendo, & non fuit *capta resolutio;* Sed ordinatum, quod de bono Jure videretur: Super quo denuò causa proposita censuerunt Domini *Constare de bono Jure Dignitatum, & Canonicatuum erectorum de novo;* nam ex Bullis erectionum illorum apparet, Pontifices supradictos æquè principaliter, & absque ulla prorsus differentia, omnia, & singula Privilegia, & Jura Capitularia cum quibuscumque prærogativis, Indultis, & Gratiis, quæ competunt, & competere possunt aliis Dignitatibus, & Canonicis de Jure, Usu, & Consuetudine, aut Privilegio, cum voce activa, & passiva, & cum clausula in omnibus,
1 & per omnia, vel alias quomodolibet. Ex quibus verbis ita universalibus *Domini non dubitarunt* quin virtute supradictæ amplissimæ Concessionis, Dignitates modernæ, & Canonicatus effecti fuerint de Corpore Capitulari, & absque ulla prorsus differentia gaudere debeant iisdem privilegiis, & prærogativis eodem modo, quo antiquæ Dignitates, & Canonici, ut in his terminis firmat *Oldrad. cons.* 300. *num.* 8. *& Crescent. dec.* 9. *de privilegiis*, & consequenter Jure conferendi,
2 nominandi, & præsentandi, & aliis actibus, quorum possessionem ostendunt moderni Canonici, & qui satis distinctè recensentur in illorum *Summ. à n.* 2. *usq. à* 12. & in quibus fuit alias concessa Communicatio, non solùm ad effectum Possessorii, sed etiam Petitorii in Causa simili *Pistorien. Prioriæ* 9. *Decembris* 1615. *cor. Eminentiss. Verospio, &* 22. *Junii* 1616. *coram bo. mem. Buratto*, in quibus prius quæstio latè discussa, decisa, & resoluta reperitur.

Non obstat quod in erectionibus legantur verba *præterquam in participatione distributionum Massæ Communis nisi in casu, quo per novas Dignitates, & Canonicos facta fuerit contributio*; quia respondetur, quod 3
exceptio prædicta respicit temporale emolumentum, nempe Bursæ præjudicium, non autem respicit Jura spiritualia, quæ inter se differunt, & unum non tollit alterum *Put. decis.* 193. *lib.* 3. *Mantic. dec.* 131. *in fine;* Et fuit dictum in præallegata *Pistorien. cor. bo. me. Buratto.*

Minus obstat, quod Communicatio ista habuerit suum effectum in provisis à principio, & quod extendi non debeat ad Successores.
Quia Communicatio fuit concessa non provisis, sed Dignitatibus, & Canonicatibus de 4
novo erectis, & sic transit ad omnes Successores, latè *Suarez de legib. lib.* 8. *&* 16. *per totum. Rota dec.* 24. & ibidem addens *coram Gregor. XV.* Nec contrarium sentit *But. in cap. cum M. Ferrarien. num.* 6. *de Constit.* quia loquitur in supranumerariis, prout & loqui- 5
tur *Abbas n.* 32. *in d. cap. M.* Non autem in Ordinariis de Capitulo, ex voluntate, & potestate Pontificum creatis, quibus competunt eadem privilegia, & Jura, quæ antiquis competere possunt, ut supra dictum est.

Denique non obstat, quod in erectionibus non fuit expressum, quod Jus conferendi com- 6
petebat antiquis Canonicis, quia cum Pontifices voluerint modernis Dignitatibus in erectionibus concedere omnes prærogativas, quas habebant alii Canonici, etiamsi Pontifices scivissent prædictum Jus conferendi, *non sequitur, nec probatur in Jure, quod prædictas erectiones cum supradicta Communicatione non fecissent.*

Et ita utraque &c.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Placentina Cathedralitatis.

Veneris 28. *Novembris* 1704.

ARGUMENTUM.

In præsenti Decisione luculenter convincitur translatio Cathedralitatis ab Ecclesia S. Antonini Placentinæ Diœcesis ad illam S. Justinæ, ritè, ac legitimè facta, & quidem non cumulativè, sed extinctivè: & Argumentis in contrarium adductis abundantissimè satisfit.

SUMMARIUM.

1 *Translata Cathedralitate ab una Ecclesia in aliam, servatis de Jure servandis, & quidem extinctivè, & non cumulativè, prior spoliata remanet suis veteribus prærogativis.*

2 Ec-

2 *Ecclesiæ antiquæ competit non Concathedralitas, sed privativa, quoties hujusmodi translatio facta fuerit à non habente potestatem.*
3 *Ad validitatem tranrlationis Cathedræ unius Ecclesiæ ad aliam, intra eandem Civitatem, sufficit consensus Episcopi, & suorum fratrum; secus si ageretur de translatione de una Civitate ad alteram.*
4 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur intervenisse ex lapsu plurium seculorum cum observantia.*
5 *Quando cesset generalis præsumptio cumulativæ & non extinctivæ erectionis.*
6 *Quando deferendum sit Historicorum relationibus.*
7 *Observantia plurimum valet, ad effectum interpretandi naturam, & qualitatem similium erectionum, & translationum.*
8 *Refertur historia translationis Cathedralitatis ab Ecclesia S. Antonini ad illam S. Justinæ.*
9 *Ex qua historica relatione deducitur pro primo Argumento translatio Cathedræ Episcopalis, quæ est præcipuum constitutivum Cathedralitatis.*
10 *Natura translationis est, ut terminus à quo privetur suo Jure, istudque transeat ad terminum ad quem.*
11 *Episcopi detinere possunt Cathedram in omnibus Ecclesiis, pro contingentiis, in quibus ad illas accedere solent, ad distinctionem aliarum Sedium.*
12 *Declarantur Authoritates, in contrarium allatæ.*
13 *Cathedralis de novo erecta præsumitur facta sine præjudicio, & læsione antiquæ, quoties agatur de simplici erectione, secus si contineat translationem unius ad alteram.*
14 *Secundum Argumentum desumitur ex translatione majoris partis Canonicorum ab Ecclesia S. Antonini ad illam S. Justinæ.*
15 *Capitulum constituitur ex majori parte Canonicorum.*
16 *Tertium denique, quod ex remanentibus Canonicis efformatum fuerit novum separatum Capitulum.*
17 *De natura Concathedralitatis est, ut Canonici utriusque Ecclesiæ unum corpus constituant.*
18 *Dignitates etiam primariæ, in Cathedralibus cumulativis, non excludunt unicitatem Capitis Episcopalis, quoties reverà remaneant in statu simplicis Dignitatis, secus quando sint repræsentativæ veri Capitis, cum aliqua Jurisdictione.*
19 *Quod etiam comprobatur ex diversa intitulatione, eaque honorificentiori, Canonicorum S. Justinæ.*
20 *Non præsumitur aliis, absque contradictione, permissum, quod nobis præjudicat.*
21 *Recensentur Actus, qui privativè geri solent ab Ecclesiis Cathedralibus, ex quibus trahuntur signa Cathedralitatis.*
22 *An unicum signum sufficiat ad hoc, ut translationes præsumantur factæ cumulativè.*

23 *Enumerantur conjecturæ, concurrentes in Cæsaraugustana Cathedralitatis ad probandam erectionem cumulativam.*
24 *Vestigium antiquæ præeminentiæ relictum in veteri Ecclesia non indicat cumulationem Jurium, sed potius aliquod signum pristinæ Dignitatis.*
25 *Quæ sint signa æquivoca, & compatibilia cum translatione*, & num. seqq.
26 *Enunciativæ non probant, quando de illis principaliter dubitatur.*
27 *Nomen* fratris *non dedecet quod ab Episcopis tribuatur, præter Canonicos Cathedralis, etiam aliis Ecclesiasticis.*
28 *Locus inferior insedendo, ostendit præeminentiam illorum, qui in altiori loco sedent.*

DECISIO XXXVII.

AMplectentes Domini fundamenta *Decisionis* proditæ *coram Me sub die* 22. *Junii* præteriti, iterum hodiè responderunt, *Non constare de Cathedralitate Ecclesiæ S. Antonini;* Nam licèt antiquis temporibus dicta Ecclesia gauderet prærogativa Cathedralitatis, anno tamen salutis 837. à Paulo Episcopo Placentino de consensu Capituli nova erecta remansit Ecclesia S.Justinæ, in quam translata fuit Cathedralitas, & quidem extinctivè, & non cumulativè, quo circa frustra Capitulum S.Antonini, nititur ejus veteribus prærogativis, dum istis fuit successivè, ac legitimè, servatis omnibus de jure servandis, expoliata, *Ancharan. cons.*114. *num.*2. *& seqq. Rota coram Seraphin. dec.*645. *num.*2. *& dec.*1308. *num.*3. *coram Coccino dec.*200. *n.*3. *coram Celso, & dec.*99. *n.*2. *part.*14. 1

De erectione Ecclesiæ S. Justinæ in Cathedralem non dubitatur, dum hujusmodi notabile factum referunt Historici Placentiæ, comprobat facti evidentia, & admittunt ipsimet Canonici S. Antonini, qui non contendunt hanc prærogativam dictæ Ecclesiæ, sed prætendunt cum illa Concathedralitatem; Undè inani conatu illorum Defensores hodiè adstruere satagebant, Episcopos carere potestate faciendi hasce novas Cathedralium erectiones sine beneplacito Apostolico; Quoniam si hujusmodi assumptum obtineret Facti, & Juris subsistentiam, Capitulum S. Antonini non Concathedralitatem, sed privativam sibi asserere debuisset, ut in proposito 2
benè observavit *Card. de Luc. in simili controversia disc.*4. *num.*13. *de præemin.;* Cæterum ultra quod, ubi, prout in casu, agitur de translatione Cathedræ ab una Ecclesia ad alteram intra eandem Civitatem, non requiritur assensus Apostolicus, sed sufficit consensus Episcopi, & Suorum Fratrum, ad differentiam translationis de una Civitate ad alteram, ut distinguendo tradit *Frances de Eccles. Cathedral. cap.*7. *num.*70. *& num.*15. *Rot. dec.*196. *num.*17. *part.*19. *rec.* adhuc in casu 3
dictum beneplacitum Apostolicum, quatenus requireretur, præsumitur intervenisse ex Lapsu septem seculorum cum observantia, ut prosequitur *Rot. d. dec.*196. *n.*18. *part.*19. *rec.* cum aliis allegatis in præterita Causæ *Decisione* §. *Nec visum fuit.* 4

Quod autem Ecclesia S. Justinæ fuerit ex-
tinctivè, & non cumulativè constituta Ca-
thedralis, iterum DD. clarissimè evinci cre-
5 diderunt ex documentis Historicis, & obser-
vantia, ex quibus remanet suffocata genera-
lis præsumptio assistens cumulativè, & non
taxativè erectioni, de qua *in dec.353. part.5.
rec. & in dec.640. num.12. & seqq. & dec.665.
num.35. & 48. coram eodem;* Historicis nam-
que esse in rebus antiquis magnoperè defe-
6 rendum, est immota DD. sententia, quan-
dò, prout in casu, sunt ejusdem regionis, nul-
lum habent Contradictorem, & formiter,
& non cursim per simplices enunciativas, de
aliquo controverso facto testantur, habent-
que sermonem, ex notatis per *Melchiorrem
Canum lib.11. de locis Theol. cap.3.*, & ex no-
stris *Parexa de Univers. Instrum. ædit. tit.1. re-
sol.3. §.5. num.56.*, & in specie dixit *Rota
dec.353. num.21. part.5. recent.*, & latiùs *in
Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1702. §.
11. coram Me;* prout explorati Juris est, ex
observantia subsecuta validissimam consurgere
7 probationem omnium humanorum actuum,
ut potissimè in hac materia ad effectum inter-
pretandi naturam, & qualitatem similium
erectionum, & translationum Cathedralita-
tum, notavit *Rota in dicta Terracinen. Ca-
thedralitatis §. 28.*, & priùs dixerat *in de-
cis.997. num.14. cor. Dunoz. jun.* cum aliis in
præterita *Decisione* §. *Quoniam*.

Ad Historicos, quod attinet, suppetunt
Ephemerides Civitatis Placentiæ scriptæ, &
in lucem æditæ à Petro Maria Campio olim
Canonico Sancti Antonini, ex quibus apertè
desumitur suppressio Cathedralis S. Antonini,
& nova Constitutio in Ecclesia S. Justinæ, &
signanter ex relatis *in lib.2. ad annum 324.
pag.53.*, ubi postquam narrat, quod extructo
8 novo Templo Cathedrali, deventum fuit ad
divisionem Canonicorum, & bonorum anti-
quæ Cathedralis, subdit - *Una parte de' Ca-
nonici, che furono intorno a trenta con quelle
Dignità, che v' erano di Arciprete, di Arcbi-
diacono, e di Proposito, ò Primicerio, che si
chiamasse allora, e Vicedomino, si trasferirono
del tutto nella nuova Basilica intitolata S. Giu-
stina, insieme con la Catedra Episcopale, ed il
restante di essi, che furono circa quattordici,
con uno, che costituito capo, si nomina prima
Vicedomino, e Custode, dipoi Arciprete, e Pro-
posito, rimasero in S. Antonino coll' antico ti-
tolo della Chiesa, e col Sacro Corpo del Glorio-
so Martire, e Protettore della Città* - ex qua
narratione tria desumpta fuerunt argumenta
9 assumptum comprobantia. Primum elicitum
ex translatione Cathedræ Episcopalis, certum
quippè est, quod præcipuum Cathedralis con-
stitutivum sistit in Cathedra Episcopali, ut pro-
bant relati in decisione, quæ confirmatur §.
Historia autem; Cum ergo ista amota ab Ec-
clesia S. Antonini, translata fuerit in Eccle-
sia S. Justinæ, palpabile eruitur argumentum,
quod illa amiserit privilegium, & prærog-
ativam detinendi Cathedram, id suadente na-
10 tura translationis, quæ est, ut terminus à
quo privetur suo jure, istudque transeat ad
terminum ad quem, ut in proposito inquit
*Innocent. in cap.1. in princ. vers. si verò sit,
nè Sede vacan. Gratian. discept.291. num.1.
Franc. de Eccles. Cathed. cap.7. num.19. &
seqq. Rota coram Seraphin. dec.1149. & in de-
cis.995. n.15. cor. Dunozet. Jun. & dec.196. n.16.
part.19. rec.* & in specie, quod per similes
translationes factas pro melioratione Eccle-
siæ, antiqua perdat sua privilegia, notavit
Glos. in Can. si quis ult.16. quæst.7.

Et sanè non poterat Historicus clarioribus,
& brevioribus verbis exprimere, quod Ec-
clesia S. Antonini expoliata fuerit Cathedra-
litate, quàm aiendo, Cathedram Episcopalem
fuisse translatam ad Ecclesiam S. Justinæ,
nam vel locutus fuit de Cathedra formali, &
sub hujus denominatione comprehenditur uni-
versa Cathedralitas, vel locutus fuit de Ca-
thedra materiali, & juxta hanc intelligentiam
semper viget idem argumentum, quia si mens
transferentium non extitisset privandi Eccle-
siam S. Antonini Cathedralitate, opus non
erat amovere Cathedram materialem, sed no-
va constructa fuisset in recenti Cathedrali,
ut ponderavit *Decisio* præterita §. *Inde sequi-
tur*, atque hinc nihil urget, quod in eadem
Ecclesia S. Antonini adsit Sedes Episcopalis,
quoniam hæc, attenta præfata Campi Rela-
tione, pernecessè fuit, post antiquæ transla-
tionem, apposita, nec promeretur nomen
Symbolicæ Cathedræ Episcopalis, quæ con-
tradistinguitur ab aliis, quas Episcopi deti- 11
nere possunt, & detinent, ad distinctionem
aliarum sedium, in omnibus Ecclesiis pro cun-
ctis contingentiis, in quibus ad illas accedere
solent, ut in puncto notavit *Franc. de Eccles.
Cathedr. dicto cap.2. num.139. & Rota in di-
cta Terracinen. Cathedr. 23. Junii 1702. n.39.
in fine*, prout accidit in præsenti, in quo
Cathedra remanet semper coloris rubei con-
venientis solemnitati S. Antonini Martyris,
qua Canonici Cathedralis accedunt ad inibi
celebrandum una cum Episcopo, ad exclusio-
nem ipsorum Canonicorum S. Antonini, ut
in antecedenti *Decisione* ponderatum fuit.

Quemadmodum cessant, & inapplicabilia
respectivè manent argumenta omnia, aucto-
ritates, & præsumptiones mutuatæ à notissima
Cæsaraugustana Cathedralitatis, de qua *in* 12
dicta dec.353. part.5. rec., cum aliis, quo-
niam procedunt, & intelligi debent de casu
illo, in quo post antiquam Cathedralem, alia
de novo erecta fuerat, quæ ideò semper
præsumitur facta sine præjudicio, & læ-
sione antiquæ, & non applicantur ad casum
in quo constat, in novam Ecclesiam S. Justinæ
translatam fuisse Cathedram Episcopalem,
quod in substantia idem importat, ac ipsam
Cathedralitatem, ut distinguendo casum sim- 13
plicis novæ erectionis Ecclesiæ Cathedralis,
& translationis unius ad alteram tradit *Lez-
zan. in sua Turri Davidica pro Ecclesia S.
Mariæ de Pilar. cap.3. num.183. cum duob.
seqq.*

Secundum argumentum desumptum ex recen-
sita particula Historiæ, illud est, quod ex 45.
Canonicis existentibus in Ecclesia S. Anto- 14
nini, eorum triginta, una cum Dignitatibus,
se transtulerunt ad novam Ecclesiam Cathe-
dralem S. Justinæ, & quidem *del tutto*, ex
quo totali transitu majoris partis Canonico-
rum

15 rum, ac per consequens totius Capituli, quod constituitur ex majori parte ad *Text. in cap. novi, de iis, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli*, cum aliis notissimis, efficax desumitur probatio translationis omnimodæ Cathedralitatis de una Ecclesia ad alteram, cum Ecclesia Cathedralis subsistere nequeat sine Capitulo, ex ponderatis in præterita *Decisione* §. *Ultra remotionem*.

Tantumque abest, quod quindecim alii Canonici, qui manserunt in Ecclesia S. Antonini præstent argumentum exclusivum extinctionis antiquæ Cathedralitatis, quod immo ex hujusmodi circumstantia tertium scatet argumentum in oppositum; nam indubitatum est, tales Canonicos non potuisse persistere in Ecclesia S. Antonini in figura Canonicorum Cathedralis, posito, quod major pars constituens Capitulum *del tutto*, translata
16 fuerat in Ecclesiam S. Justinæ; Undè dicendum est per dictos quindecim Canonicos fuisse constitutum novum separatum Capitulum, eoque certius, quia eidem Cœtui datum fuit novum Caput, Vicedominum, vel Præpositum
17 appellatum, ac propterea excluditur Concathedralitas, de cujus natura est, ut Canonici utriusque Ecclesiæ unum constituant Corpus, ex ponderatis *in alia Decisione* §. *Nil officiente*.

Quod argumentum nullatenus debilitatur ex eo, quod in Ecclesiis quoque Cathedralibus cumulativis adsint Dignitates etiam primariæ, quæ non excludunt unicitatem Capitis Episcopalis quoad ambas Ecclesias, & ambo Capitula, ut in Cæsaraugustana; Objectum
18 enim evitari posse visum fuit ex duabus facti circumstantiis, prima scilicet, quod prædicta Dignitas Vicedomini, vel Præpositi erecta fuit in Ecclesia S. Antonini eodem tempore, quo secuta fuerat translatio Cathedræ, & Episcopus simul cum illa transiit ad novam Ecclesiam S. Justinæ, itaut novum istud Caput S. Antonini subrogatum fuerit in locum Episcopi translati, & secunda, quod dictus Præpositus S. Antonini constitutus non fuit in statu simplicis Dignitatis primariæ in Collegiata, sed veri Capitis, cum aliqua Jurisdictione, ex quo arguitur fuisse subrogatum loco Episcopi, nec per consequens dari posse unionem utriusque Capituli, cum duplici capite, ut probat mea præterita *Decisio d.* §. *Nihil officiente*.

Exposita tria argumenta, petita ab expenso loco prædicti Historici, confirmantur, & à contrariis vindicantur ex aliis locis illius Historiæ, ex quibus clarissimè habetur, quod post dictam translationem, titulus Cathedralis semper tributus fuit novæ Ecclesiæ S. Justinæ, quodque ejus Canonici ad differentiam etiam aliarum Collegiatarum, & in specie Canonicorum S. Antonini, nuncupari deberent *Cardinales*, & signanter hoc refertur *in tom.1. lib.11. fol.341.*, prout etiam hac denominatione Cardinalium leguntur honorati in pluribus Principum diplomatibus, &
19 conventionibus relatis in præterita *Decisione* §. *Et quod revera*; Ex qua distinctione respectu intitulationis, efficax resultat argumentum, quod Capitulum, & Cathedralitas fuerit translata in Ecclesiam S. Justinæ. Canonici namquè S. Antonini, quatenus retinuissent prærogativam antiquam Cathedralitatis, similem, & identificam cum illa de novo per Canonicos S. Justinæ obtentam, passi non fuissent, ut isti honorificentiori nomenclatura intitularentur, nec minùs permisissent 20
eorum Ecclesiam denominari, vel Ecclesiam simplicem sine aliquo scilicet adjectivo, vel merè Collegiatam, prout semper in Civitate Placentina deindè nuncupata fuit, ex notatis per *Rot. cor. Cerro dec.587. num.5. & dec.56. num.33. part.19. rec.*

Quæ omnia desumpta ab expensa Campii Historia confirmantur, & dilucidantur mirabiliter ab observantia, proba, & fideli cunctarum rerum interprete; nam omnes actus, 21
qui privativè ab Ecclesiis Cathedralibus geri solent, & ex quibus à Doctoribus trahuntur signa Cathedralitatis, omnes, inquam, gesti fuerunt, & usque ad nostra tempora geruntur in Ecclesia S. Justinæ, & per illius Capitulum privativè quoad Ecclesiam S. Antonini; In illa enim fit prima pulsatio Campanæ in die Sabbato majoris hebdomadæ; In illa Processiones omnes publicæ, & universales incipiunt, & terminantur; In illa residet Episcopus; In illa adest Præbenda Theologalis; Ab ejus Canonicis eligitur Vicarius Capitularis; Ab eisdem tantùm emittitur Fidei professio in actu adipiscendi possessionem suorum Canonicatuum, à *Sac. Conc. Tridentino* solis Canonicis Cathedralis injuncta, non Ecclesiis Collegiatis, ut *in sess.24. cap.12., & ibi Barbos. num.28.* Rursus dicti Canonici S. Justinæ incedunt in ultimo, & nobiliori loco in Processionibus citra unionem cum Canonicis S. Antonini; & tandem (aliis omissis) semper isti in contingentia unionis, licèt in propria Ecclesia S. Antonini, occupant locum inferiorem, ut latè ponderatum fuit in præterita *Decisione* §. *Ex monumentis usque ad* §. *Cum igitur*, & latiùs hodiè reassumebant, & probabant in facto Defensores Capituli S. Justinæ, ex qua observantia insuperabile consurgit argumentum, translationem factam fuisse translativè, & non cumulativè: Nam Capitulum S. Antonini quatenus non fuisset denudatum prærogativa Cathedralitatis, non permisisset, ut omnes actus illam præseferentes gererentur in Ecclesia S. Justinæ, privativè quoad ipsam, ut perpendit *Rot. dec.995. num.14. cor. Dunoz. Jun.* & innuit in decisione Causæ §. *Cum igitur*.

Non obstat, quòd Ecclesia S. Antonini semper aliqua retinuerit signa Cathedralitatis, & ad hunc effectum, ut translationes præsumantur factæ cumulativè, sufficiat unicum si- 22
gnum, juxta firmata *in Cæsaraugustana Cathedralitatis in dd. decis.353. n.79. part.5. recent. dec.665. num.33. coram Bich. & coram Coccino dec.1867. num.57.* Nam quicquid sit de hac conclusione inibi solùm innixâ generali regulæ, quod data universalitate Causæ, unicus actus sufficiat pro retentione possessionis in reliquis, & apprimè applicabili in casu dictæ *Cæsaraugustanæ*, in quo aderant ur- 23
gentes undiquè probationes super dicta Causæ universalitate, & in specie Capitulum S. Ma-

Mariæ de Pilar concurrebat ad faciendum unicum Corpus cum Ecclesia S. Salvatoris, ubi Canonici S. Mariæ ponebantur in dextera parte proprii Chori, & habebant Bullas, ac alia documenta, & innumeras penè enunciativas pro conservatione suæ Cathedralitatis, pulsabat campanas ante Ecclesiam S. Salvatoris, cum qua habebat divisum jus decimandi, & his similibus potiebatur, addito, quod ipsi Canonici Pilarenses non fuerunt suppressi, seu translati, sed semper, ut prius, in eadem Ecclesia S. Mariæ remanserunt, ut sunt verba *d. dec.*665. *num.*10. *cor. Bichio*.

Quicquid sit, inquam, de ea, utique visa fuit inapplicabilis in hac hypothesi, tum quia non agitur de erectione novæ Cathedralis absque qualitate translationis antiquæ ad novam, sed de effectiva translatione, quæ cum importet privationem termini à quo, si ullum in isto relinquitur vestigium antiquæ præeminentiæ, istud non censetur relictum ad effectum indicandi cumulationem jurium,
24 sed ut permaneat in Ecclesia dimissa aliquod signum pristinæ Dignitatis, quam habuit, per ea, quæ tradunt *Lotter. de Re Benefic. lib.*1.*quæst.*12. *n.*12.*Frances de Eccles. Cathedr. cap.*7. *num.*48. Tum etiam quia nullum penitus signum clarum, & univocum Cathedralitatis remansit in Ecclesia Sancti Antonini, quo unico casu ad summum dicta conclusio admitti posset, non enim sufficiunt signa generalia, & æquivoca, quæque stare possunt citrà prærogativam Cathedralitatis, ex allegatis in alia *Decisione* §. *Cum igitur*.

Et re vera nullum ex ponderatis, seu cumulatis per Defensores Capituli Sancti Antonini obtinet univocitatem supra requisitam, nam retentio Cathedræ in dicta Ecclesia, tantùm abest, quod obstet, ut immo ex supra deductis, evidenter constet illam fuisse tran-
25 sportatam in Ecclesiam Sanctæ Justinæ; retentio Imaginis Agni Pasqualis; Campanæ nuncupatæ de Interdicto, nec etiam in facto probata, sicut existentia Palatii Episcopalis, quod asserebatur unitum cum dicta Ecclesia Sancti Antonini, sunt Signa antiquæ Cathedralitatis, quæque non patiebantur translationem, non enim conveniebat deletio Imaginis Agni Pasqualis, nec Palatium erat transferibile, undè hujusmodi Signa non excludunt translationem, & sunt optimè referibilia ad præservativas Juris ex statu antiquo, quod optimè compatitur cum translatione, ut notavit *Card. de Luc. de præeminen. disc.*5. *numer.*17. addito, quod Campanam interdicti non adesse probant Testes adducti in Summario Canonicorum Sanctæ Justinæ; Et Palatium Episcopale in genere sumptum, est signum æquivocum, cum Episcopi retinere valeant Palatium Episcopale, & quidem multiplex in omni parte Civitatum, & locorum, quos inhabitant, ut dixit *Rot. in Terracinen. Cathedræ* §. 34. *cor. Me*.

Nec adversantur plures denominationes, & enunciativæ Cathedralitatis datæ Ecclesiæ Sancti Antonini, quoniam vel sunt æquivocæ, vel nulla est post translationem, quæ Cathedralitatem in ea præseferat, & quatenùs adesset, erronea remaneret, & confunderetur ab aliis contrariis enunciativis distinguentibus Ecclesiam S. Antonini cum simplici titulo Collegiatæ, & Ecclesiam S. Justinæ cum titulo Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ, & hujusmodi distinctio potissimè resultat ex pluribus Synodis, ut in facto benè probatum fuit; ideoque dum hodiè principaliter dubitatur de qualitate harum Ecclesiarum, & de enun- 26
ciato, nulla habenda est ratio de dictis enunciativis variis, aut insubsistentibus, vel vagis, juxta tradita per *Butr. in cap. illud, numer.*30. *vers. nota* 4. *de præscript. Rot. coram Priolo dec.*330. *num.*20. *& coram Emerix jun. dec.*1138. *n.*20.*& dec.*1155. *n.*12.

Æquivocum pariter visum est signum ex eo desumptum, quod Episcopus aliquando vocaverit etiam post translationem Canonicos S. Antonini *Fratres*, nam hujusmodi denominatio licèt regulariter dari soleat Canonicis Cathedralis, non dedecet tamen, ut 27
aliis Ecclesiasticis tribuatur, juxta sensum *Abbatis in cap. novit* 5. *sub num.*2. *de his quæ fiunt à Prælatis, ubi, quod omnes Clerici possunt dici Fratres Episcopi, & quod Episcopus eis scribens non debet eos appellare filios*, sed *fratres;* Præterquamquod nec documenta allata ad probandam prædictam denominationem fratrum tale quid clarè concludunt, ut in facto ostensum fuit.

Ad alterum signum ductum, ex quo Episcopus Placentinus denominatur Antistes utriusque Ecclesiæ S. Antonini, & S. Justinæ occurrit *Decisio in* §. *Nam respectu*, prout etiam alteri signo elicito, ex quo Canonici S. Antonini, quando accedunt ad Ecclesiam S. Justinæ sedent in pari Stallo, nam in facto demonstratum fuit, quod Canonici S. Antonini dum inibi accedunt occasione festivitatis Corporis Christi, & Processionum de Rogationibus consident in eisdem Stallis potiùs propter loci angustiam, quàm propter æqualem Dignitatem, & de facto stant in ultimis Stallis post omnes Canonicos Sanctæ Justinæ, & horum ultimus præcedit digniori ex Canoni- 28
cis Sancti Antonini, qui modus sedendi, benè ostendit inæqualitatem, quæ intercedit inter hosce Canonicos, nam alias Canonicis S. Antonini deberent præcedere illos Sanctæ Justinæ, ut observatur de Canonicis Beatæ Mariæ de Pilar in *Decisionibus supra allegatis*.

Præterea ad signum, quod in electione Episcopi intervenerint etiam Canonici S. Antonini, animadversum fuit, quod electiones factæ extiterunt à toto Clero, ut in *Summ. Cathedralis n.*18. *&* 19. undè non tanquam sub Capitulo Cathedralis, sed solùm tanquam 29
sub Clero venientes antiquitus processit talis interventus, ex cujus lectura optimè distinguitur utrumque corpus, Cathedralis, & Collegiatæ; ut *in eodem Summ. & consonant Summar. S. Antonini num.*24. ibi -- *Et ego cum quibusdam aliis Clericis de Placentia stabam ab alia parte;* Et cum in præsenti reservata sit Canonicis Cathedralis sola electio Vicarii Capitularis, jam supradictum fuit, quod circa eam privativè se gerant solùm Canonici S. Justinæ.

Et

Et ad aliud fignum, quod in Ecclefia S. Antonini celebretur feftum illius Dedicationis cum octava, animadverfum quoque fuit in facto, quod folùm Canonici S. Antonini dictum feftum cum Octava celebrant, prout ferè omnes aliæ Ecclefiæ longè inferiores faciunt de eorum Patrono, feu titulari, non autem tota Diœcefis, prout è contra fit de
30 ciunt de eorum Patrono, feu titulari, non autem tota Diœcefis, prout è contra fit de fefto Dedicationis S. Juftinæ, quod occurrit die 14. Octobris, & ab univerfa Civitate, & Diœcefi celebratur, itaut ex hac ratione potiùs manifeftè hæc circumftantia contra Canonicos S. Antonini retorquetur.

Cæterùm hæc, & fimilia, & quotquot alia pro parte S. Antonini adducta fuerunt Cathedralitatis figna, cuncta in univerfum profligabantur ex eo, quod data dicta tranflatione extinctivè, relata per dictum Hiftoricum, & pro tali comprobata à fubfecuta obfervantia certa, & fpecifica tot feculorum, in
31 nihilo æftimanda forent figna, & argumenta contraria, quæ concludere utique poffent aliqualem prærogativam dictæ Ecclefiæ S. Antonini, fecùs eam oftendere actu Cathedralem, quæ qualitas non contentatur fignis referibilibus ad antiquum ftatum, vel ad alias etiam Ecclefias non Cathedrales, fed exigit talem fpeciem probationis, ut minimè ad aliam qualitatem referibilis fit, itaut fi ea Cathedralis non effet, minimè ipfi competeret, quod hic dumtaxat verificatur de Cathedrali Sanctæ Juftinæ, quæ fola facit unicum corpus cum Epifcopo, feparatè incedit in Proceffionibus in nobiliori loco, fola eligit Vicarium Capitularem, ac alia explet tam fuperiùs cumulata, quàm in alia *Decifione*, cum qua DD. in reliquis tranfierunt.

Et ita utraque parte acriter Informante; refolutum fuit &c.

Emo PRIOLO.

Portuen. Jurifdictionis.

Ven. 15. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Manutentionem in exercitio ordinariæ Jurifdictionis in Agro Malliano concedendam effe Eminentiffimo Epifcopo Portuen. firmat *Decifio*: & de ejus bono Jure conftare, ex quo dictum Cafale Mallianum eft fituatum intra limites Diœcefis Portuen., & refpondetur contrariis.

SUMMARIUM.

1 *Exiftenti in poffeffione, feu quafi debetur manutentio.*
2 *Ex actibus, præfeferentibus exercitium Ordinariæ Jurifdictionis, dicitur probata, ad effectum obtinendi manutentionem, poffeffio favore Epifcopi.*
3 *Pro obtinenda manutentione, fufficit fola poffeffio de tempore motæ litis.*
4 *Diœcefum divifio facta fuit tempore Dionyfii Primi.*
5 *Vicariatus Urbis à Paulo IV. anno 1588. in Collegium Cardinalium reductus fuit.*
6 *Privilegia pofteriora non derogant prioribus, nifi conftet de evidenti incompatibilitate antecedentis Conceffionis cum fequenti.*
7 *A fuprema Poteftate Romani Pontificis, tanquam à fonte, omnis Jurifdictio Spiritualis promanat.*
8 *Confirmatio privilegii præfupponit, quòd illud aliquo modo fubfiftat.*
9 *Enunciativæ in Apoftolicis Literis emiffæ, plurimum conferunt ad probandam fituationem alicujus Loci in Diœcefi enunciata.*
10 *Hiftoricis valdè deferendum eft, præfertim junctis adminiculis.*
11 *Parochia aliqua non implicat, quod fe extendat ad partes multorum Territoriorum.*
12 *Et Parochus tenetur fe fubiicere Jurifdictioni plurium Epifcoporum pro illa parte, quæ illis refpectivè fubeft.*
13 *Jurifdictio Epifcopi fi à Parocho recognofcatur, hæc confeffio quæcumque probationum genera tranfcendit.*
14 *Etiam in præjudicium Patronorum, quoties actus fint tales, ut verifimiliter ab illis non ignorentur.*

DECISIO XXXVIII.

Monafterium, & Ecclefia Sanctæ Cæciliæ, quæ Parochialis exiftit, & fines fuos in Suburbia protendit, habere confuevit Parochum ab ipfis Monialibus deputari folitum, qui prævia tantùm approbatione Eminentiffimi Vicarii Urbis, Curam animarum, cæteraque Parochialia munera in univerfo ambitu totius Parochiæ exercere prætendebat. Veruntamen cum intra illius fines pofitum reperiatur Cafale Mallianum, cujus temporale dominium fpectat ad Moniales prædictas, fpirituale verò ad Eminentiffimum Cardinalem Acciajolum, uti Epifcopum Portuen., de cujus Diœcefi habitum huc ufque fuit, orta ideo eft controverfia inter Monafterium, & Parochum ex una, & Eminentiffimum Epifcopum ex alia parte, dum alter prætendebat, ut fibi tantummodo opus foret approbatione Eminentiffimi Vicarii, ad hoc ut univerfum Parochiæ Territorium per modum unius adminiftrare poffet; alter autem requirebat, ut Parochus pro ea parte, quæ fubeft fuo Epifcopatui, fuam quoque ordinariam Jurifdictionem recognofceret. Quapropter expedito coram A. C. Monitorio fuper libertate exercendi quæcumque Jura Parochialia in Agro Malliano independenter ab Epifcopo Portuen., illoque redacto ad viam Juris, Eminentiffimus Epifcopus favorabilem Sententiam reportavit, à qua delegata mihi appellationis cognitione, admiffoque ad Caufam Eminentiffimo Urbis Vicario, de cujus intereffe potius, quàm Monialium, agebatur, dedi dubium inter omnes æquè difceptandum — *An, & cui fit danda manutentio, & de cujus bono jure conftet*, Et DD. refponderunt dandam effe manutentionem, & conftare de bono Jure D. Epifcopi Portuen.

Ete-

Etenim manutentio, quæ de stylo Curiæ dari semper consuevit ultimo possessori, tribuenda proculdubio fuit Domino Episcopo Portuen., quia docebat tam de indubitabili Prædecessorum Episcoporum, quàm de sua recenti quasi possessione exercendi ordinariam Jurisdictionem quoad Ecclesiam, & Ho-
1 mines Agri Malliani; cujus profectò virtute manutentio necessariò concedenda fuit, juxta vulgatam regulam, de qua *Text. in leg.*1. *& tot. titul. ff. uti possidetis, & in leg. unica Cod. eodem tit.*, & tradit *Rot. dec.*810. *n.*1. *& 2. coram Coccin.*, *& dec.*182. *num.*1. *& decis.*270. *n.*1. *part.*17. *& dec.*105. *num.*2. *& 3. part.*19. *recent.*

Possessio verò Episcoporum prædecessorum satis probata videbatur ex Visitationibus pastoralibus, quas in Agro Malliano Vicarium Generalem Portuensem peregisse constat ab anno 1683. usque ad hæc postrema tempora, in quibus nedum habemus fuisse visitatam Ecclesiam in Casali existentem, sed personas etiam Capellanorum, ibidem à Monialibus mercede conductas, & recognitas facultates ministrandi Sacramenta, atque insuper injunctum onus de exhibendo singulis annis statu Animarum *Summario Episcopi n.*3.; Respectu verò præsentis Eminentissimi Episcopi possessio eliciebatur ex literis Dimissorialibus, seu facultativis expeditis per illius Vicarium Generalem in personis Presbyterorum, quos Moniales destinaverant, ut Sacrum facerent, cæterisque Ecclesiasticis muneribus fungerentur in Ecclesia prædicta, eodem *Summ. num.*4., necnon ex missionibus ibidem gestis cum facultate absolvendi etiam à casibus reservatis, PP. Missionariis ab Eminentissimo Episcopo communicata *dicto Summario n.*5.; Ex qui-
2 bus omnibus actibus præseferentibus exercitium ordinariæ Jurisdictionis hæsitari non potuit, quin optima haberetur probatio ad effectum consequendi petitam manutentionem, ad firmata per *Rot. in Nullius seu Fulden. Jurisdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Possessio verò, cor. Eminentiss. D. meo Tremoille*.

Haud refragante, quod prædicti actus Jurisdictionales, per Episcopos exerciti, non sint admodum antiqui, sed initium tantummodò sumant ab anno 1683., quoniam advertere oportuit, quod cum Episcopalis Cancellaria Portuen. modo ab uno, modo ab altero ex Notariis Capitolinis exercita fuerit, & diffusa reperiatur apud varias personas, de quibus nè quidem notitia superest, suppeditare non potuit vetustiora documenta. Præterquamquod prædicti actus initium sumentes ab anno 1683. non sunt adeò recentes; cum attingant, ferè spatium annorum tringinta, maximè quia
3 ad effectum, de quo agitur, ut consequenda sit manutentio, sufficit sola possessio de tempore motæ litis, ut omissis aliis est *reg. Text. in d. l.*1. *& 2. ff. uti possidetis*.

Quo verò ad alteram dubii partem respicientem bonum Jus, res clarior videbatur favore Eminentissimi Episcopi, quia cum habeamus primævam divisionem Diœcesum, com-
4 muni historicorum calculo Dionysio primo attributam, ut ajunt Platina, & Ciacconius in vita dicti Pontificis, & tradit *Text. in Canon. Ecclesias* 13. *quæst.*1., & controversum Casale Mallianum positum reperiatur intra limites Portuen. Diœcesis, illud Episcopi Jurisdictioni subjacere tantummodo debet, dum Episcopos Ecclesiarum suarum singulis curam habere decet, ut inquit *Conc. Trident. sess.*24. *de reformat. capit.*9.; Quapropter cum Vicariatus Urbis institutus fuerit posterioribus temporibus, & illius Privilegia à Paulo II. primum concessa fuerint, deindè à sequentibus Pontificibus amplificata, ac demum reductus fuerit à Paulo IV. in Collegium Cardinalium 5
anno 1588., ut refert *Raynaldus in continuatione Annalium Ecclesiasticorum ad dictum annum num.*23. non potest præsens Eminentissimus Vicarius ratione suorum privilegiorum, sibi impartientium Jurisdictionem Spiritualem in Districtu Urbis, suas facultates protendere etiam ad dictum Casale Mallianum, etiamsi dicatur in Districtu, nisi prius ostendat præcisam illius dismembrationem à Diœcesi Portuen., & subjectionem suæ Jurisdictioni, cum in hac materia privilegia posteriora non derogent prioribus, quoties non constet de evi- 6
denti incompatibilitate Constitutionis antecedentis cum sequenti, totumque fieri debet, ut una cum altera conciliretur, ad effectum evitandi derogationem ad tradita per *Pasqual. dec.*329. *num.*35. *cum aliis allegatis in Firmana Jurisdictionis* 10. *Maji* 1700. §. *In brevi autem, cor. Reverendissimo Molines Decano*.

Aliàs enim, si facultates Jurisdictionales Eminentissimo Vicario attributæ super totum Urbis districtum, qui quadraginta milliaria circum circa complectitur, non intelligerentur ita concessæ, quod illarum usus esset referibilis ad ea tantum loca districtus, quæ specialiter designata in Bullis Pontificiis leguntur, vel alterius Jurisdictioni non subsunt, actum esset de plurium Episcopatuum Diœcesibus, & præcipuè de iis, quæ à sex Antiquioribus Cardinalibus optari solent, dum omnes ferè in districtu Urbis sitæ reperiuntur.

In comprobationem verò, quod vetustissimis temporibus Casale Mallianum assignatum fuerit Diœcesi Portuen., afferebant Scribentes pro Eminentissimo Episcopo Bullas Benedicti IV., Leonis IX., & Joannis XIX., quæ cum satis, superque sufficerent ad probandam illius pertinentiam ad Episcopatum Portuensem ratione supremæ Potestatis, quæ 7
residet in Summo Pontifice, & à quo, tanquam è fonte, omnis Jurisdictio spiritualis in Episcopos fluere solet, *Gonzalez ad reg.*8. *Cancell.* §.1. *Proæm. num.*9. *& 10. Rota in Leodien. Jurisdictionis* 28. *Aprilis* 1705. §. *Rursus itaquè, & in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure* 1. *Junii* 1704. §.2., *& 21. cor. R. P. D. meo Ansaldo;* Ad effectum tamen, de quo agitur, advertebant DD., quod dictæ Pontificiæ Bullæ non loquuntur per modum novæ concessionis, sed per mo-
dum confirmationis, quæ supponit dicti Ca- 8
salis pertinentiam ad Episcopatum Portuen. absque initii memoria ad tradita per *Dec. consil.*341. *n.*7. *Rota dec.*702. *num.*7. *part.*1. *diversf. dec.*597. *num.*3. *part.*3. *recent. dec.*748. *num.*50. *cor. Dunozzett. Junior. dec.*175. *n.*7. *& dec.*229. *num.*12. *& sequen. coram Ottbobono*,

no, & dec.78. num.3. post Tamburin. de Jure Abbatum tom.3.

Potissimè quia sequentibus etiam annis, & tempore, quo Summi Pontifices Julius II., & Leo X. rusticandi gratia se conferebant ad Casale Mallianum, recognitum, assertumque fuit de Diœcesi Portuen., dum omnes ferè Bullæ à prædictis Pontificibus ibi expeditæ, & quæ sexcentarum numerum excedebant in *Summario Episcopi numer.*10. signatæ fuerunt sub hac expressione -- *Malliani Portuen. Diœcesis* -- quæ sanè enunciativæ in Apostolicis literis emissæ plurimum conferunt, ad
9 probandam situationem alicujus loci in Diœcesi enunciata, ut observant *Palma decis. Lucens.*198. *sub numer.*24. §. *Coronantque*, & *numer.*25. *Rota coram Millin. decis.*204. *n.*6. & *post Urceol. de transact. dec.*91. *numer.*6. & *dec.*334. *n.*12. *part.*13. & *in Taraconen. Jurisdictionis* 10. *Maji* 1700. §. *Concurrente*, *coram Reverendiss. dell' Olmo*, & *in Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure* 1. *Julii* 1707. §. *Visum est enim*, *coram bon. mem. Caffarello*. Non enim præsumendum est, quod prædicti Pontifices ignoraverint qualitatem Loci, ubi morabantur, & quod motu proprio, nulloque penitus instante voluerint asserere Casale Mallianum Portuen. Diœcesis, nisi eis certò constiterit, quod verè, & realiter positum erat intra limites prædicti Episcopatus.

His etiam adstipulabatur Historicum Testimonium, videlicet Ferdinandi Ughellii in ejus *Italia Sacra tom.*1. *fol.*135. *cum seqq.* Francisci Eschinardi in Topographia Agri Romani, & Bartolomei Piazza in opere inscripto *La Gerarchia Cardinalizia fol.*101. qui omnes controversam Tenutam *della Magliana* ponunt in Diœcesi Portuen., & quorum auctoritas, concurrentibus præsertim aliis adminiculis,
10 magni semper fieri consuevit, ad effectum habendi hujusmodi probationes, *Palma Nepos dicta dec.*198. *sub num.*24. §. *Adsunt demum Rota dec.*395. *num.*9. *cor. Emerix jun.* & *dec.*21. *num.*21. & *seqq.* inter collectas *ad Card. de Luc. de Jurisdict. dec.*196. *num.*4. & *dec.*404. *num.*5. *part.*4. *rec.*, & *in Surrentina Manutentionis* 4. *Maji* 1695. §. *Prædicta autem*, *cor. R. P. D. meo Scotto*, & *in dicta Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure* 1. *Julii* 1707. §. *Visum est enim*, & 4. *Maji* 1708. §. *Concurrunt cor. bon. mem. Caffarellio*.

Hinc non relevabant deducta ex parte Monialium, quod nempè Parochus ab ipsis deputatus semper Sacramenta ministraverit Hominibus dictæ Tenutæ, interfuerit Matrimoniis, cadavera tumulaverit, quoniam prædicti actus probant quidem illius subjectionem Parochiæ Sanctæ Ceciliæ, numquam tamen efficiunt, quod Casale non sit de Diœcesi Portuen., sed esse debeat in Diœcesi Romana, sicut reliqua, & major pars ejusdem Parochiæ.
11 Quoniam nulla est implicantia, quo minus aliqua Parochia multotiès se extendat ad partes multorum territoriorum, ut tradunt *Bertrand. cons.*350. *n.*1. & 2. *vol.*4. *Hieronymus de Monte de finibus cap.*12. *num.*3., itaut Parochus Sanctæ Ceciliæ pro ea parte, quæ subest Episcopatui Romano, teneatur recognoscere Jurisdictionem Eminentissimi Vicarii Urbis, pro ea autem parte, quæ subest Episcopatui Portuen., teneatur se subiicere Jurisdictioni Illius Eminentissimi Episcopi, & approbatio ab alterutro ex eis reportata latiùs patere non possit eo, quod pateat Diœcesis ipsi subjecta; 12
cum quilibet Episcopus respectu alterius Diœcesis, habeatur pro privata persona, *Ciarlin. controvers. forens. lib.*1. *cap.*60. *n.*6. *Barbos. de Offic.*, & *Potest. Episcop. part.*3. *allegat.*80. *num.*8. *R. P. D. Petra ad Constit. Apostol. tom.*1. *pag.*282. *num.*93.

Fortiùs verò quia idemmet Parochus Sanctæ Ceciliæ jam recognovit hanc veritatem, quod Casale Mallianum esset de Diœcesi Portuen., nam omissa repetitione omnium actuum supra recensitorum in §. *Possessio verò*, sufficiebat solùm advertere, quod in statu animarum, in dicta Tenuta habitantium, efformato juxta præscripta Eminentissimi Episcopi, exhibuit notulam in ejus Cancellaria prædicto *Summ. num.*3. *in fine*. Quamobrem cum Jurisdictio Episcopi Portuensis tam solemniter recognita fuerit à Parocho Monasterii, hujusmodi recognitio, ac confessio, quæcumque 13
probationum genera transcendit, prout firmat *Rot. dec.*70. *num.*9., & *dec.*334. *num.*6. *part.*13. *dec.*483. *num.*6. *part.*14. *rec.* & *in Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure* 4. *Maji* 1708. §. *Concurrunt cor. bon. mem. Caffarellio*. Cum de cetero prædicta exhibitio Status Animarum dici non mereatur actus clandestinus, quia cum factus fuerit post tot visitationes, præcedentibus annis gestas ab Episcopis Portuen., & virtute Epistolæ Circularis, in qua 14
id onus imponebatur Capellanis in Tenuta existentibus, & à Monialibus mercede conductis, inverisimile admodum est, quod iisdem Monialibus ignorantibus peractus esse dicatur.

Et ita acerrimè informantibus omnibus Interesse haben. &c.

Emo PRIOLO.

Portuen. Jurisdictionis super Censuris, & Attentatis.

Veneris 15. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Alienæ Jurisdictionis Perturbatores ab Ecclesiastico Judice ritè semper excommunicari possunt. Renuente Patrono, seu respectivè Rectore Ecclesiæ Parochialis Ordinarium recognoscere pro ea parte, quæ sita est in illius Diœcesi, potest idem Ordinarius Capellanum deputare, qui ibi Parochialia munera exerceat.

Summarium patet ex Argumento.

DECISIO XXXIX.

RENUENTIBUS Monialibus S. Ceciliæ recognoscere in Ordinarium Eminentissimum Cardinalem Acciajolum, uti Episcopum Portuensem quoad Tenutam, & Casale Mallianum, ibique Parochus, & Capellanus Sacramen-

menta ministrantes absque licentia, quamvis admoniti, tanquam alienæ Jurisdictionis perturbatores, fuerint, Juris ordine servato, censuris irretiti, eædem Moniales destiterunt à deputatione alterius Capellani, qui Sacrum ibidem faceret, Confessiones audiret, & Panem Eucharisticum Villicis commorantibus, juxta solitum distribueret. Quapropter idem Eminentissimus Episcopus, requisitis priùs officiosè Monialibus, ad hujusmodi deputationem ex proprii muneris auctoritate devenit; Cumque id prætenderent attentatum, occasione, quod disceptandum fuerat *coram Me* dubium super negocio principali, subscribi curarunt etiam hoc alterum super censuris, & attentatis, videlicet -- *An Censuræ substineantur, & an constet de attentatis* -- quod similiter favore Episcopi resolutum fuit.

Censuras siquidem substineri dixerunt DD., eo quia Parochus, & Confessarius S. Cæciliæ Sacrum confecerunt, & Sacramenta ministrarunt in Ecclesia Agri Malliani, qui est de Diœcesi Portuen. ut in altera hodierna mea *Decisione*, nulla priùs impetrata facultate ab Eminentissimo Episcopo; Quapropter si Vicarius Generalis illos in pœnam turbatæ Jurisdictionis Ecclesiasticis Censuris innodatos declaravit, dictæ Censuræ omninò substinendæ erant, cum alienæ Jurisdictionis Perturbatores possint ritè semper ab Ecclesiastico Judice excommunicari, cum istæ sint Ecclesiasticorum arma, ad compescendum insordescentium pertinaciam, ut tradit *Barbos. in cap.1. n.11. de Offic. & Potest. Jud. Deleg.* cum cæteris ibi relatis.

Fortiùs verò quia Moniales adeundo Signaturam Justitiæ in principio controversiæ pro remissione Causæ ad A. C., non aliter illam obtinuerunt, quàm cum clausula, *non retardato Judicio coram Ordinario Portuen. contra Parochum*, itaut Parochus, & Confessarius post secutam censurarum promulgationem, illas ratas habuerint, renunciando litii, & petendo absolutionem cum subsecuta salutari pœnitentia, ut in *Summario Episcopi super negocio principali num.6.* Quamobrem cum censurarum validitas recognita fuerit non minùs per Signaturam, quæ demandavit ipsimet Episcopo illarum executionem, verùm etiam per Censuratos, qui petierunt absolvi, quæcumque exceptio nullitatis non erat ampliùs attendenda.

De attentatis autem, quæ Moniales educere conabantur, ex quo Eminentissimus Episcopus Januas Ruralis Ecclesiæ per vim aperiri jusserit, & Capellanum, qui Parochialia munera obiret, illarum sumptibus deputaverit, non constare visum est, quia cum indubium esset, quod Ager Mallianus sit sub Jurisdictione Episcopi Portuensis, quoties Moniales ad illius officiosas requisitiones recusaverant Ecclesiæ claves tradere; & Capellanum deputare, ad hoc, ut appetentibus Sanctissimis Dominici Natalis Festivitatibus, possent Villici in propria Ecclesia, Christianæ pietatis debita exsolvere, Jure potuit Episcopus ad hujusmodi remedia confugere, nè ipse sui Gregis Curam intermitteret. Quin potiùs approbanda est eximia illius Pastoralis vigilantia exemplo Sacræ Congregationis Episcoporum, quæ sub die 22. Junii 1708. consimile factum Episcopi Perusini laudavit. In pago enim *delle Tavernelle* existenti inter duas Diœceses cum Parochus Ecclesiæ Mongiovini Diœcesis Civitatis Plebis, illius universam Curam habens, renuerit pro ea parte, quæ sita erat in Diœcesi Perusina, ejus Episcopi Jurisdictionem recognoscere, hic deputavit alium Capellanum, qui privativè ad Parochum Mongiovini Parochialia munera obiret, & *Sacra Congregatio* rescripsit, *benè provisum per Episcopum Perusinum*.

Præterea cum jam Eminentissimo Portuensi Episcopo concessa fuisset ab A.C. Cerro manutentio in quasi possessione exercendi Jurisdictionem Ordinariam in Agro Malliano, eaque canonizata per Signaturæ rescriptum *sine præjudicio*, quoties ipsi non licuisset ad hujusmodi deputationem devenire, fuisset in potestate Monialium indirectè Ordinariam Jurisdictionem Episcopi evitare, & in hunc modum Judicem, rem Judicatam, & rescripta Signaturæ eludere, quod non fuerat permittendum.

Et ita utraque &c.

R.P.D. ALBERGATO DECANO,

Ratisbonen. Canonicatus.

Lunæ 13. Martii 1684.

ARGUMENTUM.

Quando possit absens alteri vices suas delegare in ferendo Suffragio, & quæ adimpleri debeant requisita. Valent Statuta, Cultum Divinum, & Ecclesiæ utilitatem respicentia, etiamsi à Papa non fuerint confirmata; nec possunt à Capitulo abrogari per contraria Statuta, seu resolutiones, sine Episcopi consensu.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ, in omnibus justificatæ, celerem, ac promptam executionem merentur.*
2 *Ad effectum evitandi subreptionem, sufficit, narratam fuisse pendentiam litis, cum clausula* cujus litis statum, *quoties Sententia non transiisset in rem judicatam.*
3 *Absenti vocali non permittitur per Procuratorem suffragium ferre, nisi constet, & quidem specificè, quod legitimo impedimento detentus fuerit.*
4 *Et cum facultate Procuratori, jurandi super legitimo impedimento illius non interessentiæ.*
5 *Quando amittatur Jus eligendi, & consequenter constituendi Procuratorem ad hunc actum explendum.*
6 *An forma Decretalis* in cap. quia propter de elect. *servanda sit, solùm in electionibus Dignitatum, annexam habentium omnimodam Jurisdictionem, vel etiam in Canonicatibus, seu Dignitatibus infe-*

fe-

ferioris ordinis, & numer. 7.

8 *Statutum, tendens in utilitatem Ecclesiæ, circa electiones, expeditius, & facilius faciendas, pro valido, & justo reputatur, etiamsi à Sede Apostolica non fuerit confirmatum.*

9 *Non usus, & inobservantia Statuti debet ab allegante probari, cum præsumptio stet pro Statuto.*

10 *Maximè dissentiente aliquo ex Capitularibus.*

11 *Consensus Episcopi necessariò requiritur in iis, quæ concernunt mutationem antiqui Status, & Statutorum Ecclesiæ, & quodcumque Statutum, aliter gestum à Capitularibus, remanet absque robore.*

12 *In derogatione Juris, Capitularibus, seu Collegialibus quæsiti, uti singulis, requiritur omnium consensus.*

13 *Et contraria observantia non est admittenda, nisi probetur eam per tempus sufficiens invaluisse, & in casu præciso, & non obstantibus protestationibus, & contradictione Capitularium.*

DECISIO XL.

SEcuta per obitum Canonici Alberti de Rauch vacatione Canonicatus, & Præben. in Cathedrali Ecclesia Ratisbonen. de mense Julii 1678. Capitulum, & Canonici, ad quos Jus eligendi juxta concordata Germaniæ spectat, sub die 4. Julii sequentis, Capitulariter congregati, 11. diem ejusdem mensis pro explenda electione statuerunt, quo tempore habito, & ad illam devenerunt, adstantibus in Capitulo 14. Canonicis Capitularibus, quorum vota in duas Classes divisa, septem in Canonicum acclamaverunt Baronem Joannem Sigismundum à Pienzenau, septem verò elegerunt Baronem Christophorum Ottonem à Scallembergh, ad cujus favorem prætendit ipse computari votum Canonici Adami à Torringh absentis procuratorio nomine per Canonicum Sigismundum de Herberstein traditum, qua propter inter Electos non levis emersit quæstio super validitate, & respectivè confirmatione eorum electionis, qua ad Ordinarium Ratisbonen. delata, illam ad favorem Baronis à Pienzenau per sententiam definivit, istaque ad provocationem Baronis à Schallembergh ab Eminentissimo Nuncio in gradu appellationis revocata, & demum Judicio hujus S. Tribunalis in ulteriori Instantia causa devoluta; uterque ex Collitigantibus ad abundantiorem cautelam, gratiam Apostolicam obtinuit, alter uti electus à majori parte Capitularium, alter verò uti à medietate. Hinc pro illarum executione de Coauditorum meorum consilio dubium subscriptum proposui; An, & quæ gratiæ Apostolicæ essent exequendæ, & pro executione gratiæ Joannis Sigismundi prodiit resolutio.

Regulare enim est, quod gratia Apostolica, in omnibus justificata, paratam meretur exe-
1 cutionem, juxta toties firmata per hoc S. Tribunal ex *Regul. Text. de qua in cap. si Capitulo, ubi gloss. in V. exequatur, de concess. Prabend. eodem tit. & utrobique DD.* & in specie dixit *Rot. in dec.477. num.1. part.14. & in dec.697. num.1. part.18. rec.* Ideoque gratia præfati Baronis, uti in omnibus justificata executioni demandanda venit, secus verò gratia Baronis de Schallembergh uti deficiens in verificatione, quod ille à majori parte Capitularium electus fuerit, dum à medietate dumtaxat vocatus reperitur, non resistente quod in supplicatione Baronis Joannis Sigismundi non fuerit facta mentio sententiæ latæ ab Eminentissimo Nuncio Viennensi ad favorem Baronis de Schallembergh, cum 2
ad hunc effectum sufficiat narratam fuisse pendentiam litis in *Rota* cum clausula; *Cujus litis statum*, per quam evitatur subreptio, quoties sententia non transisset in rem judicatam *Adden. ad Buratt. dec.795. n.10. & Rot. cor. Priolo dec.166. sub n.7.*

Nec votorum numerus favore Baronis de Schallembergh augeri potest ex voto Canonici à Torringh, procuratorio nomine tradito per Canonicum de Herbestein: nam hujusmodi votum non esse connumerandum Doctores censuerunt, tam ex resistentia Juris communis, quàm ex dispositione Statuti particularis, & quidem antiquissimi, ejusdem Capituli: Resistit enim dispositio Juris desumpta 3
ex *cap. quia propter de elect. sub §. Illud autem*, ubi disponitur, quod absenti vocali non permittatur suffragium per Procuratorem tradere, nisi ille legitimo impedimento detentus reperiatur, & cum expressa istius specificatione, necnon doceatur de legitima causa discessus, ut unanimiter sentiunt *Barbos. de Jure Eccles. part.1. cap.19. num.108. & de Canonic. & Dignit. cap.39. num.7. Lotter. de Re Benef. lib.2. quæst. 19. sub num.24. Lezzan. Quæst. Regular. V. electio cap.10. n.35.* Quod sanè non verificatur in Canonico Torringh, qui interfuit Capitulo 4. Julii, convocato pro statuenda die Electionis, & postmodum Passavium se contulit, relicta procuratione Canonico Herbestein, absque speciali facultate jurandi super legitimo impedimento illius non interessentiæ, quam etiam requiri, 4
uti necessarium requisitum, ad hoc, ut absentis votum per Procuratorem admittatur, ultra disposita in dicta decretali, statuit *cap. si quis justè, de Elect. in 6.* ibique Canonistæ communiter tradunt, & dixit *Rota coram Ubald. dec.580. sub num.4. & dec.241. sub n.9. & seq. cor. Peutinger.*

Attento potissimùm intempestivo discessu ejusdem Canonici, se transferendo ultra qua- 5
tuor Dietas à loco Electionis, quo casu amisisse Jus electionis, & consequenter constituendi Procuratorem ad id peragendum, dixit *Rota præter superius allegatas Decisiones coram Ninot. dec.82. sub n.2.*

Nec obesse videbatur, quod hujusmodi requisita tunc solùm concurrere debeant, & sint omnino explenda respectu absentis, quoties de rigore esset servanda forma prædictæ decretalis, prout in electione Dignitatum, ha- 6
bentium annexam omnimodam Jurisdictionem; secus verò in Canonicatibus, seu Dignitatibus Ordinis inferioris, per quarum vacationem Ecclesia viduata non remanet, ut statuit *Gloss. in dicto cap. quia propter, in V. Eccles.*

clef. viduat. & expendit *Rot. coram Eminentissimo Cerro dec.105. sub num.9.* cum aliis ab Informantibus pro Schallembergh, pleno calamo adductis.

Nam admisso etiam ad sensum partis, quod in præsenti electione rigor decretalis non esset servandus; exinde tamen non sequitur, quod in quacumque electione absens non legitimè
7 detentus valeat per Procuratorem suffragium ferre, nam ratio textus generaliter loquitur, & adaptatur cuicumque Casui, propterea in electione tale quid speciale redditur, quod sive præscripta forma decretalis servetur, sive non, nequeat absens alteri vices suas delegare in ferendo suffragio, nisi adimpletis requisitis scriptis *in dicto §. Illud autem* nempè, quod sit in loco, ubi commodè vocari possit, quod sit legitimè impeditus, quodque facultatem tribuat Procuratori, jurandi super hujusmodi impedimento, ut supra notatum est, & optimè notat, *Abb. in dicto cap. quia propter §. Illud num.1. & cap. constitutus 45. sub n.6. in fine de appellat. Lauor. Var. Lucubr. tit.4. cap.17. n.35. Barbos. de jur. Eccles. lib.1. capit.19. num.109.* & cum hoc supposito pluries transivit *Rota* in nominationibus, seu electionibus, in quibus absque ulla dubietate dispositio *cap. quia propter* non intrabat, *ut cor. Pamphil. dec.657. num.2. & seqq. coram Ubald. dec.580. num.2. & seqq. & dec.631. n.4. cor. Peuting. dec.241. num.9. & seqq.* & in specie, reprobato prædicto fundamento, dixit *in decis. 396. num.4. & seqq.* & præcipuè *num.10. part.19. rec.*

Vigore itidem antiqui, & specialis Statuti ejusdem Cathedralis, in Electionibus Canonicatuum reicerentur absentium vota, procuratorio nomine tradita; Inibi enim literaliter disponitur, quod in Electione Episcopi omnes vocentur; in Electione Præpositi, & Decani nullus ultra quatuor dietas vocari debeat; in aliis verò Electionibus, id, quod factum fuit per præsentes, impugnari nequeat ab Absentibus; exinde enim per talem discretivum modum statuendi necessariò infertur, quòd in Electionibus Canonicorum vota absentium non requirantur, ad contradistinctionem Electionum Episcopi, & Dignitatum, & illæ sic factæ per contemptum irritari nequeant, ideoque ducto argumento à contrario sensu, adempta censeri debet facultas vocalibus per Procuratores suffragia ferre, si illis aufertur Jus cassandi Electiones ob eorum
8 rum contemptum. Quod sanè Statutum, licèt Pontificio placito specialiter non roboratum, uti cultui Divino, & Ecclesiæ magis proficuum, causa alliciendi Canonicos ad majorem Residentiam, & reddendi Electiones magis expeditas, & faciliores, pro valido, & justo reputari debet, per *Text. in cap. cum in Eccles., de Præbend. in 6. Abb. in cap. coram nobis sub num.3. de elect. Oldrad. cons.269. n.5. in fine, Barbos. de Jur. Eccles. dicto cap.9. num.89. post princ. Passerin. de Elect. cap.11. quæst.2. sub num.13.*

Non refragante, quod tale Statutum, vel non docebatur observatum, vel saltem abrogatum remanserit per aliud novum Statutum, seu potius resolutionem Capitularem de anno 1671. editam super communicatione Electionum vocalibus absentibus, nam præmisso, quod talis non usus, seu inobservantia debet concludenter probari ab Allegante, cum præ- 9
sumptio stet in contrarium respectu Statuti inserti in corpore aliorum Statutorum Cathedralis, ut de isto verificatur *Mascard. de Statut. conclus.6. num.99. Rota dec.99. numer.4. part.1. divers. & dec.22. num.2. part.4. & cor. Eminentiss. Celso dec.125. num.6. & dec.248. num.17. in fine.*

Nec ad hunc effectum exhibeantur nisi quam plures actus Capitulares, seu Electiones, post prædictam resolutionem Capitularem gestæ, consentientibus tamen omnibus præsentibus, absque ullius contradictione; Ideoque ad hunc effectum contrarius non usus non suffragatur, 10
qui dissentiente, prout in præsenti, aliquo vocali, probari debet, & respondit *Rot. cor. Ubald. decis.581. n.7. & coram Pamphil. dec.657. sub num.1.*

Domini censuerunt hujusmodi Statutum, seu recens resolutio Capituli, uti nulla, in nihilum obesse, nec abrogatoria antiqui Statuti dici mereatur; nulla siquidem, cum absque consensu Episcopi edita fuit, quinimmò requisitus pro omnimoda approbatione, seu confirmatione, discessit, & tamen in iis, quæ concernunt mutationem, seu innovationem antiqui Status, & Statutorum Ecclesiæ, necessariò requiritur consensus Episcopi, quo se- 11
cluso, remanet quodcumque Statutum, etiam capitulariter gestum, absque robore *text. est literal. in cap. cum consuetudo Felin. in cap. cum omnes num.9. de Constit. fundat. Quæst. Canon. lib.1. cap.17. n.8. & 9. Gratian. discept.482. num.4. Rota dec.32. num.8. part.7. rec.* Attenta potissimum derogatione Juris, præsentibus in Electionibus quæsiti, uti singulis, quam præfatum Statutum præsefert, nunquam admitten- 12
da, prout in præsenti, quando pluries confectioni dispositionis derogantis contradixerint *Rota dec.517. à num.4. usque ad 11. cor. Eminentiss. Cerro & dec.708. n.3. cor. Seraphin. & dec.256. num.12. & 13. cor. Priolo.*

Et ita rejecta asserta observantia, quæ ex parte Baronis à Schallembergh adducebatur, vel quia post denegatum assensum Episcopi nullus dabatur actus convincens, quod absentes fuerint vocati, votumque dederint, licet non impediti, vel quia non effluxit tempus sufficiens ad præstandum robur actui undequaque nullo, & invalido, vel demum quia 13
non probatur in casu præciso, nempè quod fuerit admissum votum Absentis, protestantibus, & contradicentibus Capitularibus, ut opus esset adhoc, ut observantia relevaret, ad tradita per *Rotam coram Pamphil. dec.657. num.6. cor. Ubald. dec.580. num.7.*

Et ita responsum fuit utraque Parte informante.

R.P.D.

R. P. D. CRISPO.

Romana Præcedentiæ,

Veneris 3. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

In antiqua Præcedentiæ controversia inter Capellanos Toletanos Basilicæ Liberianæ, & Clericos Beneficiatos, confirmatur resolutio, alias capta favore Capellanorum Toletanorum; & decernitur accessus ad locum differentiæ, non retardata Causæ expeditione.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia militans adinstar Triumphantis, certos gradus, & ordines Ecclesiasticis, juxta eorum Dignitatem, laudabiliter assignat.*
2 *Capellani Toletani in Liberiana Basilica, tanquam Sacerdotali qualitate in eorum Institutione decorati, Clericis Beneficiatis, in solo ordine Acholythatus, & Subdiaconatus constitutis, præcedere debent.*
3 *Idem servatur in Ecclesia Lateranensi.*
4 *Et pariter in Vaticana.*
5 *Et in ipsa Liberiana Basilica, quoad alios similes Capellanos, qui licèt Clericis Beneficiatis posteriores, illis tamen præferuntur.*
6 *Consuetudo ut attendi debeat in materia Præcedentiæ, satis est, quod contra Jus hierarchicum præcisè non pugnet.*
7 *Dictio — cum — operatur, ut persona cum aliis, ea mediante, conjuncta, eodem Jure, & prærogativa gaudeat.*
8 *Quid importet clausula* — adinstar.
9 *Regula de æquiparatorum natura exigit inter se similitudinem.*
10 *Servanda est consuetudo, ut Cappellani Toletani præcedant Clericis Beneficiatis, non obstante quod unum Corpus facerent cum Presbyteris Beneficiatis.*
11 *Prædicti Capellani Toletani æquiparantur Beneficiatis, cum utrisque idem Chori servitium injunctum fuerit.*
12 *Inter pares in dignitate, ad effectum præcedendi, antianitas est attendenda.*
13 *Capellani, seu Beneficiati ex lege fundationis habentes in universum annexum ordinem Sacerdotalem, præferri debent Clericis, licet in erectione antiquioribus, si postea Sacerdotes efficiantur.*

DECISIO XLI.

VEtusta hæc contentio super Præcedentia in Jure sedendi in Choro Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris supra Clericos Beneficiatos, ac æquali scamno cum ipsis Beneficiatis, quæ semper in omnibus Judicialibus dissidiis pro Capellanis Toletanis diffinita prodiit; & rescripto Sanctissimi sub acri Partium certamine in nostro Auditorio die 5. Maji 1710. reassumpta, eadem iterum pro eisdem Capellanis Toletanis constabilita evasit. Ex præscripto itaque Commissionis mihi directæ, ut præviis duabus decisionibus ad finalem hujus controversiæ extinctionem procederem, ex parte ipsorum Toletanorum novo Tribunalis oraculo hodiè exquisito, cum jam abundè omnia contraria objecta in mea præterita *Decisione* profligata legerentur, inde admodum constantes DD. non hæsitarunt persistere *in decisis.*

Quemadmodum enim laudabiles controversiæ, quæ inter Ecclesiasticos super ordine sedendi, tempore præsertim, quo Sacris, & Divinis intersunt Ministeriis, à Cœlestis Hierusalem, & Triumphantis Ecclesiæ Imagine, in Ecclesia Militanti juxta gradus, & ordinis Dignitatem veniunt decidendæ, ut ex argumento *Text. in cap. ad hoc 7. distinct. 89. cap. solit. 6. de majorit. & obed. cap. ut debitus 59. de Appell. & cap. ex ore 17. de Privileg.* probat *Rota in Lucana Prebeminentiarum 28. Junii 1700. §. 1. cor. Reverendissimo D. meo Moliner Decano.* Ex his sanè perspicuum redditur, quod Capellani Toletani cum ad instar Beneficiatorum, Sacerdotali qualitate in eorum primæva Institutione decorati existant, majores quoque, & digniores in ordine, supra Clericos Beneficiatos, solo, & nudo Acolythorum, & Subdiaconorum Ministerio addictos, constituti dicantur, atque propterea ex ea majoris ordinis, & Dignitatis prærogativa, Præcedentiam, seu prælationem in ordine sedendi supra ipsos Clericos competere, dubium esse nequit, cum sit casus decisus in eadem Liberiana Basilica *in cap. Statuimus de majorit. & obed.*, & ultra adductos *in præterita decisione* probant *Pignatell. consul. Canon. 132. num. 7. & seq. tom. 1. Gratian. decis. March. 16. num. 7. Rot. in Colonien. Præcedentiæ 1. Julii 1695. apud Antonell. de Jurib., & onerib. Clericor. dec. 18. num. 6. & in Farfen. Canonicatus 8. Junii 1711. §. Tertium denique fundamentum, cor. Reverendiss. D. meo Moliner Decano, & 11. Decembris ejusdem anni §. Verum prætermissa, cor. Me.*

Militante præsertim favore Toletanorum observantia, & consuetudine, nedum cæterarum Urbis Parochialium, in quibus similes Capellaniæ erectæ reperiuntur, ut de Lateranensi Ecclesia testatur *Card. Raspon. in sua Histor. de Patriarchal. Lateranens. pag. 95.* De Vaticana Testimonium perhibet *Card. Sacratus in decis. 214. num. 5. part. 4. tom. 2. rec.* & habetur *in dec. 288. n. 21. part. 6. rec.* quàm in ipsamet Liberiana Basilica, ubi hæc eadem Præcedentia observata dignoscitur quoad Capellanos Patritium, & Columnensem, qui licèt in erectione sint Clericis Beneficiatis posteriores, adhuc sine controversia, quia eorum Capellaniæ ex fundatione Sacerdotales existunt, Clericis præfatis præcedere apparent, ut asserit *Rota in d. dec. 214. n. 4. part. 4. tom. 2. rec.* Ex hac autem universali consimilium Capellanorum consuetudine, Toletanos juvari posse videtur, cum non agatur de extendenda consuetudine eorum favore contra Ordinem Hierarchicum in Ecclesia servandum, quo casu, sicuti ipsa consuetudo, veluti abusus, & corruptela, non posset subsistere, ita nec

nec minus aliis exemplum præcedendi tribuere valeret, sed quidem agitur de consuetudine dispositioni Juris, & Hierarchiæ uniformi, quæ ambigi nequit, quod tanquam favorabilis facilius mutuari permittatur; cum
6 de cætero satis sit, ut consuetudo, contra Jus Hyerarchicum præcisè non pugnet, ut omninò attendi mereatur, cum in Jure præcedendi consuetudo totum operetur, ut ultra relatos in *Decis.* §. *Verum* firmant *Ventrigl. in Prax. rer. Eccles. tom.1. annot. in* §. *unic. num.15. Pignatell. consult. Canon. 46. num.4. vers. quin etiam tom.3. Nicol. in flosc. V. Consuetudo num.1. Rota in Colonien. Præcedentiæ super bono Jure 4. Junii 1696.cor. bo. me. Muto*, & pluribus relatis *in Andrien. Præeminentiarum super bono Jure 17. Februarii* 1710. §. *Præter assistentiam in fine cor. R.P.D. meo Aldrovando.*

Verùm præter Juris dispositionem, ejusque famulativam consuetudinem pro Capellanis Toletanis assistit ipsa quoque litera fundationis, necessariam præseferens interpretationem, ut ipsi eodem ferè modo, quo Beneficiati, Clericis præcedere teneantur; Capellanis enim prædictis servitium Ecclesiæ cum illius Canonicis, & Beneficiatis præcisè injunctum, & expressum extitit; illa autem dictio -- *cum* -- importare comperitur promiscui consortii servitium, sive complexum Beneficiatorum, & Capellanorum; proinde
7 que sicuti à Beneficiatis retinetur Præcedentia supra Clericos Beneficiatos, eodem modo, & pari Jure eadem pertinere debet Toletanis per dictam dictionem *Cum*, in Beneficiatorum consortio saltem interpretativè conscriptis ad *Text. in l. si quis ligaverit ff. de verbor. signific. Barbos. Tractat. Var. dict.75. ex num.6. usque ad fin. cum aliis in Decis. quæ revidetur* §. *Præcipuè quia*. Accedente præsertim, quod in eadem fundatione eorum Capellaniæ ad instar dictorum Beneficiatorum constitutæ fuerunt; Undè ex illa clausula
8 *ad instar* cum in omnibus, & per omnia Beneficiatis parificati evaserint, ea omnia, quę de illis prædicantur, etiam in ipsis verificari tenentur, ut probat *Decisio* præterita loco mox allegato, & tradit *R. P. D. meus Ansald. in adnot. ad ejus dec.82. n.63.*, & optimè *Rota dec.252. num.9. dec.319. num.1. part.6. rec. & in dec.89. num.20. part.19. rec.*

Adversus literalem Bullæ interpretationem, Capellanos Toletanos cum ipsis Beneficiatis in omnibus assimilantis, excipi minimè poterit, quod sub Beneficiatorum nomine etiam ipsi Clerici Beneficiati venire possint, qui eisdem inhærent, nec Papa explicando parificationem cum Beneficiatis, Clericos excludere intellexerit, qui simul cum Beneficiatis inservire veniunt adstricti. Corruit siquidem objectum præfatum, animadvertendo, quod in determinatione servitii Toletanorum cum Papa solos Beneficiatos nominaverit, ad ipsos solos, non autem ad Clericos respexisse dicendum erit, Toletani enim, & Beneficiati inter se ratione Sacerdotalis ordinis convenire quidem apparent; E' converso verò eam Clericis apertè disconvenire resultat; servitium igitur unacum Beneficiatis demandatum, ob apertam rationis diversitatem ad ipsos Clericos ibi non mentionatos, & consultò omissos, porrigi propterea non congruit, qui mediante disparitate ordinis nulla cum Beneficiatis similitudinem habere comperiuntur, ideoque in eisdem æquiparatio facta cum Beneficiatis neutiquam verificari licebit juxta 9
obviam regulam de æquiparatorum natura inter se similitudinem exigente, de qua *Rota in Lucana Prebeminentiarum 28. Junii 1700.* §. *Demum*, *coram Reverendiss. D. meo Molines Decano.*

Asseri quin amplius valeat, quod dicti Clerici unum corpus cum Beneficiatis constituant, à quibus proinde per Toletanorum medium, ipsos scindi minimè deceat; Nullatenus namque constitit de hac corporis unitate per Clericos perperam allegata, quæ satis confutata censetur *in Decis.* §. *Prout quoque*, & *duob. seqq.*, & inepta prorsus pro Toletanorum prælatione impedienda reputanda veniret, quoties per longum temporis cursum alios Capellanos Patritium, & Columnensem nuncupatos cœtum hunc Beneficiatorum ab illo Clericorum intersecasse respicitur, & sicuti absque controversia inter Partes procedit, quod iidem Capellani Patritius, & Columnensis, licet à Beneficiatis in erectione distincti, adhuc tamen supra Clericos in Choro semper prælationem obtinuerunt, ita non major ratio suadere videtur, quod etiam per Cappellanos Toletanos eadem ordinis Dignitate insignitos, ac ex Decretis *Sacr. Rituum Congregationis à san. mem. Paolo V.* approbatis eodem Cappæ usu in omnibus, & per omnia Beneficiatis æquiparatos, à Beneficiatis segregari licitè valeant, atque consecutivè post ipsos dicti Clerici in inferiori loco sedere teneantur, ut respondet *præterita Decisio* §. *Sed quatenùs*, & priùs dixerat *Rota dec.214. in fin. part.4. tom.2. rec.* 10

Prout quoque frustra per Clericos contendi videtur, quod Toletani considerandi sint extra Chorum tanquam simplices Psalmistæ, ipsi verò uti Chori servitio addicti, si non ratione Dignitatis, saltem ratione Officii, Toletanis præferri mereantur; Nulla siquidem intercedit diversitas inter Ministerium Clericorum, & illud, quod Toletani in Choro vigore Bullæ Erectionis præstare remanent adstricti, cum æquale sit utriusque servitium, quod in officiatura præstatur; fuit enim Capellanis Toletanis in Bulla præfata demandatum inservire in Choro *cum Beneficiatis*, id autem Toletanos constituere videtur in eodem ordine, & qualitate, nedum Dignitatis, sed etiam Choralis servitii cum Beneficiatis, & per consequens etiam ipsi in omnibus, & per omnia item ac Clerici, & Beneficiati de Choro censentur. Maximè quia præcisius hujusmodi Chori servitium in eadem Bulla injunctum habetur ibi -- *servitio Chori*, *Missis Conventualibus*, *Horis Canonicis*, *Officiis*, & *Processionibus*, & *aliis functionibus prædictis assistendo, ac interessendo lucrandorum assignando* -- quæ quidem verba magis clara esse ne- 11
queunt pro explicando omnimodo Chorali servitio, & officiatura, ut ad rem arguit *Rota dec.98. num.19. & num20. part.19. rec.*, & di-

dictum fuit *decis. Causa diei 5. Maji 1710. §. Minus obesse poterit, cor. Me.*

Denique pro excludenda Toletanorum Precedentia neutiquam Clericorum conditio melior effecta dici potest ex supervenienti Breve san. mem. Alexandri VII. in quo aliquibus ex Clericis Sacerdotalis ordinis onus injungitur, per quod paritate ordinis acquisita, ipsi, tanquam antiquiores, Capellanos præcellere aditruunt, juxta communem regulam, quod antianitas inter pares in Dignita-
12 te ad effectum præcedendi sit attendenda, de quo plenè *Rota in Romana Juris Honorifici super petitorio 24. Martii 1702. §. Propterea, cor. Reverendissimo D. meo Molines Decano.* Quamobrem in hac posteriori Bulla Toletanorum prælationi præjudicatum esse non valuit, quia Pontifex Sacerdotalem ordinem substantialiter in Clericis, eorumque Cœtu non requisivit, sed solummodo causativè, & per accidens, pro supplendis scilicet Beneficiatorum necessitatibus; undè in his terminis Toletani, tanquam ex lege fundationis
13 in universum habentes annexum ordinem Sacerdotalem, præferri debent Clericis, licèt in erectione antiquioribus, si postea Sacerdotes efficiantur, ut ad rem dictum fuit *in Farfen. Canonicatus* 8. *Junii* 1711. §. *Tertium denique, coram Reverendiss. D. meo Molines Decano, & 11. Decembris ejusdem anni* 1711. §. *Verum prætermissa, coram Me.*

Hæc quidem rationum momenta ex officio per DD. in hac nova propositione rimata, Ipsos in resolutis persistere omninò compulerunt. Fortiùs quia veritas hæc hodiè magis corroborata emicuit ex ipso facto Clericorum, qui hanc Toletanorum Præcedentiam immediatè post Beneficiatos quasi fatendo, solummodo unacum Beneficiatis supplices exorarunt, quod fieret Accessus ad locum differentiæ, ut ex oculari inspectione scamni Beneficiatorum dignosci, & delineari valeret adequata locorum distributio, an pro ipsis Toletanis post Beneficiatos locus vacuus, superesse posset; quæ quidem Instantia minimè contraria videtur fundamentis præteritæ resolutionis, in qua demandata fuit favore Toletanorum Præcedentia supra Clericos, & immediatè post Beneficiatos Sedes ibidem occupando, dum in hac parte Clerici ex dicto accessu ullum sublevamen, captare nequeunt, cum ipsi præsfiori loco in Choro post Toletanos sedere cogantur; Beneficiati verò exindè immediatam admissionem Toletanorum in Jure sedendi in eodem scamno evitare pariter non valent; Hinc propterea Domini hujusmodi Instantiæ annuendo, accessum præfatum non aliter decernere decreverunt, quam non retardata Causæ resolutione, illiusque expeditione.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Senogallien. Canonicatus.

Veneris 29. Januarii 1706.

ARGUMENTUM.

Quando his, aut illis formulis utatur Signatura Justitiæ in commissionibus Causarum. Quis dicatur verè originarius ad effectum consequendi Beneficium, quod originariis alicujus loci conferri debeat; & hac occasione distinguuntur plures casus Civilitatis.

SUMMARIUM.

1 *In collatione Beneficiorum, existentes de loco, si idonei fuerint, aliis extraneis præferendi sunt.*
2 *Quando Signatura Justitiæ utatur in Commissionibus Causarum clausula* parito Arbitrio, *vel aliis suspensivis, puta,* si quid exequendum, *& similibus;* & num.4. & 6.
3 *Literæ Apostolicæ celerem exposcunt executionem.*
5 *Quæ sit natura verbi* Parito.
7 *Arbitrium regulandum est ad tramites Juris.*
8 *Ex subreptione, vel obreptione Gratia redditur nulla.*
9 *Per sententiam Executoris, judicantis Literas Apostolicas non esse exequendas, vulneratur via executiva, quæ illis inerat, & tunc tribuitur libera appellatio.*
10 *Idem practicatur, quando quis appellat à denegata executione obligationis Cameralis.*
11 *Executio Literarum Apostolicarum, quæ fuerunt ex omni parte justificatæ, non potest retardari.*
12 *De quo frequenter disputari contingat, occasione impetrationis, inter impetrantem, & primum Provisum.*
13 *Statutum, seu etiam Bulla Pontificia favet Civibus in concursu extraneorum.*
14 *Domicilium, & civilitas spatio decem annorum contrahitur.*
15 *Limita, quando quis ratione militiæ, studii, aut alterius muneris, vel negocii incolatum in aliquo loco acquisierit.*
16 *Ad acquirendam civilitatem alicujus loci, sufficit habere in illo Beneficium.*
17 *Quando quis dicatur verè Civis alicujus loci.*
18 *In Statuto exclusivo fæminarum, non attenditur magis, vel minus caput inclusionis, nisi etiam concurrat alterum exclusionis.*
19 *Uxor sequitur civilitatem, & domicilium viri.*
20 *Declara quoad servitia, & cohabitationem mariti, secus quoad alios effectus.*
21 *Non solet S. Pontifex, sua suprema potestate, tollere qualitates, & conditiones Beneficiorum, in limine fundationis appositas.*

22 So-

22 *Solus Episcopus approbare potest in fundatione conditiones etiam Juri non consentaneas, immo ipsi contrarias, & repugnantes.*

23 *Ob inobservantiam pactorum rescinditur quilibet contractus, vel saltem datur actio ad factum, sive interesse.*

24 *De axiomate* Auth. *multò magis* C. de Sacrosf. Ecclesf.

25 *In civilibus concursibus prævalere debet is, qui potiores habet qualitates.*

26 *Et in Canonicis, seu Ecclesiasticis, quoad collationem Beneficiorum.*

27 *Non dicitur originarius alicujus loci, qui nec ratione propriæ, nec paternæ nativitatis est de illo,* & num.61.

28 *Allectus per aliquam Communitatem in Civem non gaudet privilegiis, à Principe, seu à Lege concessis veris, & originariis Civibus.*

29 *Limita, stantibus clausulis comprehensivis etiam Civium, ita aggregatorum, seu allectorum, à Principe appositis.*

30 *Conclavistæ ex prægnantibus clausulis privilegii, quo gaudent, eligendi locum, seu Civitatem totius Status Ecclesiastici, etiam ipsam Urbem, reputantur imposterum, tanquam veri, & originarii Cives.*

31 *Solus Princeps potest efficere de ficto verum.*

32 *Allectio in Civem facta per Civitatem, seu Communitatem subditam non suffragatur pro consequendis muneribus, & Officiis ejusdem Civitatis Aggregantis, in præjudicium veri, & naturalis Civis.*

33 *Adoptio, cessante Principis auctoritate, fieri non potest in præjudicium tertii.*

34 *Limita, quando talis allectio facta fuisset ad invitandum forensem, pro firmanda habitatione in hoc, vel illo loco, habitatoribus destituto.*

35 *Bonum publicum cessare facit Jura privatorum.*

36 *Qui lares suos transfert ad aliquam Civitatem, vel locum cum successiva habitatione ultra decennium, & supportatione onerum Civicorum, is in abstracto dicitur verè Civis.*

37 *Amplia etiamsi iste jam effectus domiciliarius accidentaliter absit, etiam per regressum ad Patriam pro expediendis suis negociis.*

38 *Quicquid sit, an per regressum ad locum nativitatis, seu originis argui possit animus exclusivus firmandi domicilium.*

39 *An Civilitas per domicilium acquisita præferri debeat Civilitati, de Jure, & secundum naturam contingenti ex nativitate, vel origine alterius loci, tam in favorabilibus, quam in odiosis.*

40 *An sub nomine Civium hujus, vel alterius Civitatis veniant etiam suburbani, & districtuales.*

41 *An sub tali denominatione veniant non solum districtuales, & conclusi in Territorio proprio illius Civitatis, vel etiam illi aliarum Civitatum, quæ sunt in Statu, Jurisdictione, vel Principatu.*

42 *Præsupposita Principis lege distinguente extraneos, sive alienigenas à naturalibus sui regni, vel Principatus, transferens in alium Principatum suum domicilium, ibi reputatur extraneus.*

43 *Ita è converso allecti in Cives, maximè per Principem, nullibi habentur pro extraneis.*

44 *Natus in aliquo loco acquirit Civilitatem illius loci, etiamsi natus fuerit occasionaliter, sive ex accidenti.*

45 *Episcopus non potest ordinare nisi sibi subditos.*

46 *An Baptizatus in aliquo loco dicatur esse de illo ad effectum suscipiendi Ordines Sacros ab Episcopo ejusdem loci.*

47 *An expositi, & in aliquo Pio Loco, ad id destinato, recepti, dicantur esse de illo loco, tam respectu promotionis ad Sacros ordines, sub assueta dispensatione, quàm quoad alios effectus.*

48 *Termini Civilitatis, à nativitate procedentis, à plurimis Doctoribus confunduntur cum Civilitate originaria.*

49 *Origo propriè dicitur, quando quis habuit Patrem, vel Avum, effectum Civem alicujus loci, quam filius retinet, licèt in alio loco natus fuerit.*

50 *Respectu verò originis avitæ, natus in alio loco, non secuta Patris emancipatione, dicitur natus in potestate Avi.*

51 *De competentia Fori ad terminos* l. hæres absens ff. de Jud. *remissivè.*

52 *Pro acquisitione Civilitatis ex causa originis, illa matris penitus despicitur.*

53 *Origo Patris, vel Avi, habentis in potestate alibi natum Nepotem, non amittitur per nativitatem quomodocumque accidentalem in alio loco.*

54 *Licèt quis sit propriè, & naturaliter Civis illius loci, in quo nascitur, illique obnoxius ad omnia comoda, & incommoda subeunda.*

55 *Tamen non repugnat, quempiam habere multiplicem Civilitatem, ex diversis titulis proficiscentem.*

56 *Baro, & Dominus alicujus loci, sive habitet, sive non, ex hoc ipso, quod est Dominus dicitur, & est, nedum Civis, sed etiam, primus Civis.*

57 *Cardinales S. Rom. Ecclesiæ sunt Senatores, ac Consiliarii Papæ, tanquam Principis temporalis.*

58 *Et dicuntur Cives non solum Urbis, sed etiam totius Status Ecclesiastici, adeo ut in quibuslibet Constitutionibus non veniant appellatione Forensium.*

59 *Incola, licèt non perfectè domiciliarius, quandoque subiicitur Statutis, & ordinationibus loci, in quo est incola, tam in favorabilibus, quàm in præjudicialibus.*

60 *Ita habemus in Statuto Urbis* cap.180. lib.1. *disponente, duas Sententias conformes habere vim trium inter Cives, & Incolas.*

61 *Incolatus, seu domicilium non sufficit ad hoc, ut quis dicatur oriundus, vel originarius alicujus loci.*

63 Ex

63 *Ex eo quod quis ordinatus fuerit ab Episcopo talis loci, ibique habeat patrimonium, inferri non potest, ut dici possit oriundus ejusdem loci.*

64 *Natura concursus exigit, ut potior in hypotheca, & anterior posterioribus creditoribus præferatur.*

65 *Verbum* præferri *importat concursum, & respectivè antelationem.*

66 *In materia Successionum, Patrui, aliique Collaterales, licèt sint in rei veritate carne conjuncti, in Concursu tamen descendentium, vel ascendentium, veluti extranei in Jure nuncupantur, & habentur.*

67 *Attestationi Ordinarii, super vita, & moribus Clericorum, est deferendum.*

68 *Provisiones Beneficiorum non fiunt à S. Sede, nisi sufficientibus Testimoniis honestatis, & probitatis vitæ.*

DECISIO XLII.

CUpientes Homines Terræ Mondulphi Patriam insignire, cæteroquin, ut ipsi asserebant, Illustrem, ac inter principaliores, & ampliores Terras Status, sive Ducatus Urbini, obtinuere *à san. mem. Urbano VIII.* Recuperatore ejusdem Status, antiquam Parochialem inibi existentem erigi in Collegiatam, quæ componeretur ex unica principali Dignitate sub nomine Archipresbyteratus, sexque Canonicis, ac quatuor Beneficiatis, & respectivè Mansionariis, superaddita illa legem fundamentali -- *Itaut ad Archipresbyteratum, Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia prædicta obtinenda ex dicta Terra Oriundi, si idonei reperti fuerint, aliis extraneis præferantur* -- ut est etiam de mente Juris, tam
1 Divini *in cap.18. Deuter. -- Prophetam de Gente tua*, quàm Canonici *in Can. nullus invitis, Can. Obitum, & Can. Emeritis dist.61. cap. neminem distinct.79. cap. nè pro defectu de elect., cap. bon. mem. il 2. §. Intelleximus, de postulat. Prælatorum*, & Civilis *in l. in Ecclesiis C. de Episcop., & Cleric.*, & tradiderunt *Innocent. in cap. quia diversi, de concess. Præbend. Odofred. in l. in Ecclesiis num.11. C. de Episc., & Cleric. Luc. de Penn. in l. quisquis C. de omn. agr. disert. lib.11. Rebuff. de nominat. quæst.9. num.57. & quæst.21. num.55. Sot. de Just., & Jur. lib.3. quæst.7. cap.2. Azor. Instit. Moral. part.2. lib.6. cap.4. quæst.25. per tot. Guttierez cons.2. num.23. & 24. Marant. respons.17. n.10. & 11. tom.3. Mandos. in reg.16. Cancellar. quæst.91. per tot. Paris. de Resignat. Beneficior. lib.4. quæst.7. num.2. Gonzal. in cap. de nobis, num.6. de Cleric. Peregr., Barbos. Vot. dec.33. num.12. lib.2. Rot. dec.28. num.7. part.15.* cum aliis *in Albanen. Archipresbyteratus 2. Junii 1702. §. Atque hinc, cor. Me.*

Cum igitur ad normam prænominatæ legis fundamentalis, sive Apostolicæ sanctionis, nulla usque dum cecidisset in successiva praxi difficultas, casus nuperrimè præbuit, quod secuta vacatione unius ex prædictis sex Canonicatibus per obitum Ubaldi, illum Ordinarius, tanquam in mense Decembris sibi competente replendum contulerit Francisco Incolæ, seu Civi Domiciliario ejusdem Terræ Mondulphi, sed insurgens Joseph Maria, insimulque prætendens, quod in vim memoratæ legis fundamentalis circumstantia, seu qualitas *veri Oriundi* neutiquam concurreret in Francisco, literas contrariæ provisionis ad sui favorem, utpotè suffulti hac qualitate, impetravit, reportavitque ex hujusmodi ratione propitium Judicatum in Tribunali A. C., cui commissa fuerat executio earundem literarum, & tale Judicatum placuit etiam Sacro Auditorio censenti, *nullum intrare posse arbitrium pro retardatione executionis literarum Josephi.*

Diximus reputasse *Dominos nullum intrare posse arbitrium*, utpotè obtemperantes, ut par erat formulæ, seu Commissioni, ac Rescripto Signaturæ Justitiæ. Quandò enim Executor Literarum Apostolicarum judicavit favore Impetrantis, tunc ubi eidem Signaturæ Justitiæ videatur negocium sibi promereri majorem aliquam discussionem rescibere consuevit *parito literis arbitrio*, cum nequeat in his termi- 2
nis adhibere alias clausulas suspensivas ex. gr. *si quid exequendum -- consisto, quod sit locus Ægidianæ -- consisto de duabus, vel tribus sententiis* -- cum similibus, de quibus apud *Hond. cons.29. n.14. lib.2. Grattan. disceptat. forens. cap.968. num.3. Marescott. Var. lib.2. cap.121. numer.17. Marchesan. de Commis. appellat. ab oblig. Cameral. part.1. §.1. num.130. & seqq. fol.705. Salust. Tiber. in Prax. lib.1. cap.27. num.4. Barbos. de Clausul. claus.169. Ridolphin. in Prax. part.1. cap.13. num.496. Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.31. n.30. Rot. dec.87. num.1. & dec.79. num.2. post Cenc. de Cens. decis.216. num.3. coram Coccin. dec.574. num.24. & 25. coram Bich., & dec.202. num.4. coram Emerix jun. dec.38. part.7. dec.79. n.2. & 3. part.12. & dec.685 n.2. part.18. rec.*

Siquidem subjecta materia Literarum Apostolicarum hanc sibi vindicat reverentiam, ut promptæ, & celeri executioni demandentur, 3
ut ait *Lotter. de Re Benefic. lib.3. quæst.11. num.64. & seqq. Ridolphin. in Praxi part. 2. cap.8. num.54. & seqq.* cum aliis *in Cortonen. Beneficii 18. Maji 1697. §. fin. cor. Me inter hactenus impress. dec.4.* unde superaccedente Judicato Executoris, eadem Signatura, Principem repræsentans, in committendo Causas, nisi crediderit canonizari posse Judicatum super executione Literarum Apostolicarum cum clausula *sine præjudicio* circumspectè utitur verbo potiùs absoluto *parito literis*, quod 4
etsi ita abstractivè conceptum, auferret Jurisdictionem ulteriori Judici desuper manus apponere volenti, ut est de natura verbi abso- 5
luti *Parito* ex collectis per *De Ros. de Execut. Literarum Apostolicarum part.2. cap.4. num.33. & seqq. Modern. Asculan. ad Stat. Urb. tom.2. annot.52. num.333. & seqq. & n.362. Rot. dec.36. num.1. cor. Gregor. dec.691. num.1. ubi Adden. num.6. & 7. coram Pamphil. & dec.221. num.1. & seqq. coram Emerix Jun. & in rec. dec.335. n.2. & 3. part.16. & dec.731. n.1. part.18.* cum aliis *in annot. ad dec.1. num.5. inter hactenus impress. coram Me.*

Ubi tamen ob enunciatam rationem alicujus turbiditatis, vel indigentiæ alterius discussionis sibi videatur committere Causam in suspen-

6 pensivo semper superadjungit *Arbitrio*, ita modestè impartiendo alteri Tribunali, vel S. Ecclesiæ Romanæ Cardinali Delegato potestatem abstinendi à jam decreta executione
7 pro illo arbitrio, quod postea regulandum venit ad tramites Juris, ut dicunt *Bartol. in Extravag. ad reprimendum V. Videbitur n.8. & ad l. fin. §. Sed & fi num.16. C. de commun. de legat. Marescott. Var. Resolut. lib.1. cap.97. num.2. Tondut. Quæst. Benef. cap.146. n.17. Cyriac. controv.302. num.79.*, & infinitis cumulatis *Rocc. select. Jur. Disput. cap.86. n.1. Barbos. claus.10. num.2. Rot. dec.369. n.2. coram Dunoz. jun. dec.402. num.1. cor. Peutinger. decis.101. num.1. cor. Zarat. & dec.165. num.1. cor. Emerix jun., & in rec. dec.154. num.1. & seqq. part.12. dec.323. num.1. part.16. dec.278. n.2. part.17. dicta dec.731. n.2. & seqq. part.18. & dec.552. num.1. & decis.619. num.1. part.19. tom.2.*

E converso autem quoties primus, seu directus Executor ex aliquo capite judicasset, *Literas Apostolicas non esse executioni demandandas*, ut plerumque contingit ex fundamento subreptionis, vel obreptionis, quod Gratiam, seu Literas Pontificias facit reputari
8 extortas, & acsi Gratia, vel Literæ concessæ non extitissent, juxta responsum *Innocentii III. in cap. constitutus, & cap. super literis, de rescriptis, ubi Abb., Innocen.*, cæterique Canonistæ communiter, tunc quia non intrat rescriptum *parito literis arbitrio*, provocante, seu appellante Parte succumbente tribuitur libera appellatio, quæ regulariter non dene-
9 gatur à denegata executione Literarum Apostolicarum, ex quo jam vulnerata remansit illa via executiva, quæ inerat omni jure Literis Apostolicis, quemadmodum firmant *Ridolphin. in Prax. part.2. cap.8. num.157. & capit.9. n.190. De Ros. de Execut. Literar. Apostolicar. part.1. cap.10. num.16.*, & videmus practicari, licèt in debilioribus terminis, quan-
10 do quis appellat à denegata executione obligationis Cameralis, teste *Scacc. de Appellat. quæst.17. limitat.9. n.50. Zacch. de Obligat. Cameral. quæst.37. n.68. & 69.*

His igitur fortassè pro lucidiori intelligentia rescriptorum, non omninò inopportunè præmissis, ac deveniendo ad viscera, seu fundamenta hodierni Rotalis articuli, seu responsi; Retentoque principio, de quo supra, quod arbitrium reguletur à jure, utique de jure visum est, quod executio literarum Josephi Mariæ retardari non posset, cum eædem literæ forent in qualibet ipsarum parte
11 justificatæ, ex iis, quę perpetuò in hoc casu dixit *Rota*, & signanter *in dec.369. n.2. cor. Dunoz. jun. dec.89. n.1. cor. Cels. dec.402. n.2. coram Peutinger. dec.101. num.3. coram Zarat. dec.165. num.2. dec.410. num.1. & dec.1091. pariter n.1. coram Emerix jun., & in rec. dec.558. n.1. part.1. dec.348. n.1. part.5. dec.109. num.22. part.6. dec.174. n.1. part.7. dec.323. n.2. part. 16. dec.48. num.2. part.18. & dec.552. num.2. part.19. tom.2.*

Et de facto super cæteris requisitis, nempè vacationis, idoneitatis Josephi ad assequendum Canonicatum, excepto obice, de quo infra, necnon valoris cum similibus nulla coincidebat quæstio inter Partes, illaque proinde principaliter reducebatur ad examen, utrum vigore præmissæ regulæ stabilitæ *per san. mem. Urbanum VIII.* in hac erectione Collegiatæ, Franciscus ab Ordinario aliàs legitimè provisus, careret volita, & sancita qualitate *ex dicta Terra* (nempè *Mondulphi*) *Oriundi*, cum in hoc effectivè substantiaretur Gratia Sanctissimi D.N. *Clementis XI.* feliciter Regnantis, quam Joseph fuerat assecutus, juxta 12
frequentes casus disputari consuetos *in Sacra Rota* super defectu qualitatis in primo Proviso, seu Contendente, & concurrentia ejusdem qualitatis in altero impetrante aliquod Beneficium à Sancta Sede, de quibus videre est *in dec.289. num.2. coram Royas dec.122. à num.7. coram Bich. dec.241. num.2. & 3. cor. Peutinger. dec.86. num.4. cor. san. mem. Alexandro VIII. dec.867. à num.1. ad seqq. coram Emerix jun. dec.97. à num.3. part.3. rec. dec.122. num.1. & seq. part.11. & in Valentina Beneficii 9. Januarii 1693. §. Moti quia, cum seq. cor. Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, & in Faventina Beneficii 11. Februarii 1704. §. Cum enim Franciscus, cum seqq. cor. R. P. D. meo Muto.*

Dicebat itaque ad sui defensionem Franciscus Collatarius Ordinarii in mense vacationis secutæ ad provisionem ipsius Ordinarii, quod perperam illi objectabatur defectus qualitatis *ex Terra Mondulphi Oriundi*; Cum enim mens Pontificis *Urbani VIII.* mandantis præferri præfatos *Oriundos ex dicta Terra* alia esse non posset, quam providere hominibus, nè dicamus Civibus Mondulphi, secundum Divini Redemptoris Responsum Mulieri Cananeæ, efflagitanti recuperationem salutis *Matthæi cap.11. n.24.* quæ sanè intentio 13
imbibita est in omnibus Statutis faventibus Civibus in concursu extraneorum, ut de ratione similium Bullarum, & signanter *Bonifacii IX.* fuit dictum in illa *Ferrarien., seu Imolen. Bonorum 1. Julii 1701. & 23. Aprilis 1703. coram Me.*

Subjungebat idcircò Franciscus, quod non minùs ipse, quam ejus Pater per spatium circiter 40. annorum domicilium contraxerant in Terra Mondulphi; Undè cum domicilium, 14
& subalterna civilitas contrahatur longè minori spatio, scilicet decem annorum, ad tradita per *Surd. cons.361. num.47. Becc. cons.1. numer.23. Altograd. senior. cons.27. n.11. & consil.28. num.39. vol.2. Ciarlin. controv. forens. cap.10. num.140. Andreol. controv.239. sub numer.37. & controv.364. sub n.14. Antonell. de tempor. legal. lib.2. cap.75. n.1. Rot. dec.154. num.4. penes Merlin. de legitim. decis.331. n.4. cor. Merlin. cum aliis in tract. de Commerci. & Mercat. disc.10. n.10.*

Non poterat idem Franciscus non censeri Civis, sive Homo ex Terra Mondulphi, dum, ut præmisimus, illius Pater, & ipse per intervallum adeo exuberans, contraxerat in eadem Terra, & acquisiverat perfectum domicilium, nullibi in facto applicabilibus limitationibus, quandò quis ratione Militiæ, Studii, aut alterius muneris, vel negocii non fixi Incolatum acquisiverit in aliquo loco, quia tunc deest animus, qui aliàs requiritur ad acquiren-

rendum domicilium, ac perfectam civilitatem, ex relatis per *Alciat. conf.3. n.16. lib.2. Redenasch. conf.90. n.21. & 23. lib.1. Gabriel. conf.189. num.20. vol.2. Gratian. discept. forens. 181. num.4. Mans. consult.60. n.12. Farinac. in Fragm. part.1. lit.D. n.221. Antonell. de tempor. legal. lib.2. cap.75. n.5. Novar. de Election., & variat. for. sect.3. quaest.73. n.3. Rot. dec.279. n.7. cor. Gregor., & ibi Adden. n.26. dec.145. n.29. coram Ottobon. decis.43. n.16. part.5. & dec.459. num.16. part.19. rec. in Bononien. Pecuniaria* 14. *Martii* 1701. §. *Sed quatenus etiam*, & 13. *Junii ejusdem anni* §. *Non refragante*, *cor. R. P. D. meo Priolo*, & *in Burgen. Beneficii*, *seu Portionis de Gredilla* 17. *Februarii* 1702. §. *Neque valet desumi*, *cor. R. P. D. meo Muto*.

Fortiùs dum Franciscus in praefata Terra Mondulphi reperiebatur ordinatus, atque promotus ad Dignitatem Sacerdotalem, sub titulo Patrimonii effectivè existentis in Terra Mondulphi; Undè per eminentiam rationis censeri debebat idem Franciscus de praedicto
16 loco Mondulphi, dum ad hujusmodi effectum Civilitatis, etiam praecisivè à Patrimonio inibi sito, considerant, & admittunt Doctores, quod sufficiat habere Beneficium in dicto loco, *Bartol. in l.1. n.14. ff. ad Municipal. Oldrad. conf.32. per tot. Surd. conf.301. n.7. Capyc. Galeotta controv.67. lib.8. num.2. Carol. de Graff. de effect. Clericat. in probem. num.371. in fin. versic. & quod dictum est*, *Bellet. Disquisit. Clerical. tit.1. §.20. n.15. & seqq. Ageta in Annotat. ad dec. Moles tom.2. §.8. quaest.1. n.49. Boer. dec.60. num.20. Rot. dec.1998. n.3. coram Coccin. dec.73. n.7. & dec.89. n.14. cor. Cerro, & dec.127. n.7. part.9. rec.*

Conspirante in hoc ipsum communi sententia *Scribentium*, quod ubi quis retinet Domicilium in aliquo loco, ibique habeat bona, & idcircò substineat onera Communitatis, mediante solutione eorundem onerum publicorum, seu vectigalium, tallearum, ac imposi-
17 tionum Principis, vel Communitatis, reputetur, & sit verè Civis illius loci, sicuti ad duriorem effectum fuit dictum *in illa Ferrarien. de Pendasiis* 7. *Junii* 1647., 10. *Februarii*, & 1. *Julii* 1648. *coram Royas inter ejus impressas dec* 332. *dec.*355., & *dec.*382. & prosequuntur *Dec. conf.661. n.6. Menoch. conf.1129. num.14. & seqq. Castren. conf.89. in fine lib.2. Gratian. discept. forens.623. num.26. Paitell. Dec. Caus. Civil. annot.97. sub num.28. Giurb. observat.75. & 76. Card. de Luc. de Praemin. disc.37. num.3. Rota dec.98. n.2. cor. san. mem. Alexand. VIII.*

In omnem verò casum quando de stricta intelligentia verborum *Oriundi ex dicta Terra* valeret insurgere aliqualis ambiguitas, profectò (subdebat Franciscus) ille nequibat censeri extraneus, prout sunt re vera alii Alienigenae, in hoc, vel illo loco bona non tenentes, vel aliàs non perfecti Domiciliarii, adeout dum ipse non erat extraneus, sed in Terra Mondulphi bona, & Patrimonium retinebat, atque sortitus ex hoc capite fuerat gradum Sacerdotalem, nullibi cadebat favore Josephi illa antelatio, quae solùm in Verbis, & ad verisimilem, & juridicam Intentionem *san. mem. Urbani VIII.* concessa fuerat *Oriundis*; Non enim in qualibet dispositione sat est implere magis, vel minus caput inclusionis, nisi concurrat, & conjungatur alte- 18
rum exclusionis ex iis, quae non abscedendo à terminis Statutorum; habemus in proposito Statuti exclusivi foeminarum, ex adductis per *Dec. conf.383. num.4. vers. & qui a*, *Altograd. jun. contr.22. num.4. Palm. Nepos alleg.89. numer.14. Merlin. de Legit. lib.3. tit.1. Card. de Luc. de Successión. ab intestat. disc.22. n.7. Rot. dec.438. n.4. part.14. rec.*

Potissimè, quia ad tollendam hanc omnimodam extraneitatem in Francisco, quae ipsum repelleret à concursu, intercedebat, quod ejus mater effectivè erat de Terra Mondulphi; Licèt etenim origo materna ad dimetiendam veram originem parum attendatur, ex quo mulier nupta, quae fit per Matrimonium 19
una caro cum viro, sequi dicatur Civilitatem, & Domicilium viri ex juribus, & rationibus animadversis per *Bald. conf.439. col.2. vers. sed dicet lib.4. Gratian. conf.12. num.11. lib.2. Guttierez conf.7. n.8. Altograd. conf.97. vol.1. Ciriac. contr.273. & 291. Gratian. discept. forens. cap.623. num.11., & seqq. Actolin. resol.8. n.46. Tiraquell. in l.1. Connubial. d n.28. Petrus Barbos. in l. haeres absens artic. de for. original. numer.40. Otter. de Past. cap.4. n.14. Card. de Luc. de Dote disc.194. num.4. & 5. Rovit. dec.75. Thesaur. dec.123. Surd. dec.330. post. 4. vol. consil. ex num.9. Rot. dec.9. num.2. & seq. part.18. recentior.*

Adhuc ad finem expurgandi notam totalis extraneitatis, Civilitas, & naturalitas illius matris sufficere valebat, cum aequo modo sortiantur natalia, immo magis certitudinaliter à Matre, quam à Patre, & in tantum origo Matris minimè ex praemissis spectetur, in quantum ex Causa Matrimonii, nè mulier distrahatur à servitiis, & cohabitatione ejus Mariti, solùm suspenditur ejus origo, sed mulier ad alios effectus bene retinet originem pro- 20
priam, itaut praecisive à sequelis Matrimonii remaneat obnoxia, & hypothecata, sicuti masculi oneribus Patriae suae, prout ex Doctrina *Bartol. in l. final. §. Item rescripserunt n.5. ff. de municip., & in l. unic. n.1. C. de mulier., & in quo loco lib.10.* observarunt *Dec. in l.1. num.17. l. inter virum, & uxorem, Tiraquell. ad l. connubial. part.1. glos.1. n.30. & 37. Antun. de Donat. Reg. lib.2. cap.15. n.19. Card. de Luc. de Dote disc.109. num.4. & seqq. Modern. Balducc. rer. Judic. tom.1. tit. de Dote, & Mulier. oblig. dec.39. à n.41. & seqq.*

Verùm hisce ratiociniis, & discursibus parum refragantibus, *Domini* concorditer existimarunt *nullum*, ut diximus, *esse locum arbitrio*, seu quod idem in effectu est, literas Josephi ad normam Judicati in Tribunali A. C. indubiam sibi promereri executionem, quia non per hoc Franciscus, & si forte non foret totaliter extraneus, adhuc habebat Vestem nuptialem, veri *Oriundi ex Terra Mondulphi*, cum etenim haec lex, ut praeferetur *Oriundus ex Terra Mondulphi* constabilita fuisset in ipso limine fundationis, seu Erectionis Collegiatae, de qua agebatur, certum utique in abstracto erat, quod posita deficientia vestis nuptialis in Francisco, nequibat Episco-

pus eidem legi fundationis, directè, vel indirectè per Collationem ipsi Francisco factam, præjudicare, aut derogare, dum neque idem
21 Summus Pontifex qualitatibus, & conditionibus adjectis in fundatione soleat unquam utendo sua suprema potestate contraire, quemadmodum tradunt *Castropal. Oper. Moral. tom. 2. tract.13. disput.2. punct.1. n.17. Lambert. de Jur. Patr. lib.2. part.3. quæst.9. art.10. per tot. Corrad. in Prax. Benefic. lib.2. cap.10. à n.98., & seqq. Vivian. de Jurepatr. lib.14. cap.3. numer.16. Gonzal. ad Regul.8. gloss.9. §.1. num.26. Rot. dec.368. num.1. lib.1. & dec.229. pariter num.1. lib.2. coram Puteo dec.117. n.15. coram Carill. & dec.168. num.2. coram Emerix senior. decis.159. num.12. part.10. & dec.372. num.7. part.17. recent.*

Eaque est ratio, quia nedum Ecclesia amat pro salute Animarum debere potiùs allici Seculares ad fundanda Beneficia, quàm per inobservantiam pactorum, seu conditionum,
22 ac qualitatum appositarum in fundatione deterreri, adeout sufficiat interfuisse approbationem solius Episcopi, factam in fundatione, continente conditiones; & qualitates etiam aberrantes à jure, sive ipsi contrarias, & repugnantes ad *Text. in cap. nobis, & cap. præterea, de Jur. patr. Ancar. consil.129. Gratian. discept. forens.522. num.47. Tondut. Quæst. Benefic. lib.1. cap.1. num.11. & seqq. Cyarlin. contr. forens. cap.239. num.7. Lambertin. de jur. patr. lib.2. quæst.1. art.7. num.2. Barbos. de Offic., & Potest. Episcop. alleg.53. & alleg.70. num.39. & seq. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.32. n.2. & seq. Card. de Luc. de jurisdiction. discurs.6. num.10. & disc.41. num.7. Rot. dec.274. n.5. cor. Rojas dec.553. & dec.1000. utrobique n.4. cor. Emerix jun. dec.290. num.9. & 10. part.13. & decis.252. num.22. part.16. & dec.476. n.1. part.19. recent. & in Tirasonen. Patronatus* 19. *Novembris* 1691. §. *Prout nullius in fine coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano impress. penes Modern. Piton. discept.25. n.51. in fin. pag.425.*

Sed etiam quia Ecclesia tanquam pia mater, & Cultrix Justitiæ, & æquitatis, libenter abstinet à violatione conditionum, ac qualitatum adjectarum in fundatione, ex quo alias in illa Ecclesia Beneficium absque tali pacto, conditione, & qualitate fundatum non fuisset. Quapropter dum homines Terræ Mondulphi ære proprio contribuerunt ad efformandam dotem hujus Collegiatæ in sc.700. ut legitur in Bulla *san. mem. Urbani VIII. ibi -- & pro dotibus omnes proprietates, fructus, & emolumenta ipsius Parochialis Ecclesiæ, ac bona stabilia valoris in proprietate sc.700. per Universitatem, & Homines prædictos assignanda, & emenda -- Summ. Josephi num.1. lit. A.* hinc si rescinderetur quilibet contractus etiam
23 prophanus ob inobservantiam pactorum, vel saltem cessantibus clausulis resolutivis, daretur actio ad factum, sive ad interesse, ut conveniunt *Natt. cons.171. num.1. lib.1., Bellon. Jun. cons.13. num.79. & 43. Rocc. disput. jur. selectar. cap.105. num.3. lib.2. Mantic. de tacit. lib.3. tit.12. num.53. Adden. ad Buratt. dec.640. num.28. Rot. dec.365. num.18. & seq. per tot. part.16. rec. & dec.138. n.7. part.18.* cum aliis *in Romana, seu Reatina Fideicomm.* 23. *Januarii* 1696. *cor. R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quid dicendum, ubi hæc lex radicata fuit in centro fundationis per Auctoritatem Summi Pontificis, in cujus potestate est absolutè in his materiis sancire, & disponere, notorio impellente axiomate *Auth. multo magis C. de Sacrosan. Eccles.* cum aliis ad ornatum potius, quam ad necessitatem allatis per *Surd. cons.453. num.18. Cravett. cons.290. num.7. Decian. cons.49. num.55. vol.2. Fontanell. decis. Cathalon.166. num.4. Surd. dec.254. num.15. Rot. dec.69. num.4. part.18. dec.498. num.39. part.19. rec. & in Ferrarien. Primogenituræ* 16. *Februarii* 1705. §. *Quin etiam pro coronide, cor. Me.* 24

Applicando igitur ad rem, utique visum non fuit, quod Franciscus, & si non omnino extraneus, valeret ex motivis supra in objecto recensitis concurrere cum Josepho vero originario Terræ Mondulphi; nam dato millies concursu, & non totali exclusione Francisci per expurgatam objectionem veræ extraneitatis; Nihilominus quoties ex mox subnectendis, Franciscus non erat *verè oriundus ex Terra Mondulphi*, prout erat Joseph, palam sequebatur, quod Joseph in hoc ipso 25
concursu anteponeretur, cum in omnibus concursibus prævaleat, & superexcellat ille, qui habet potiores qualitates, ut in Civilibus in concursu potiorum habetur per *l.1. & tot. tit. ff. & Cod. qui potior. in pign. habeantur cum cæteris per Salgad. labyr. Creditor. part.2. cap.4. num.166., & alibi frequentissimè*, & in proposito Canonicarum determinationum, sive Beneficiorum Ecclesiastico- 26
rum, seu Ecclesiarum Parochialium, frequens est, & quotidianum ex *Rot. dec.486. n.6. cor. Rojas dec.174. n.1. dec.204. n.2. & dec.219. num.8. cor. Celso, dec.273. num.1. & dec.815. in principio cor. bon. me. Emerix dec.393. numer.20. part.17. & dec.175. num.4. part.18. rec. cum aliis adductis concordan. in Albanen. Archipresbyteratus* 2. *Junii* 1702. §. *Altera verò ratio, cor. Me.*

Quod verò Franciscus nunquam in concursu Josephi dici posset *oriundus ex Terra Mondulphi*, liquere videbatur manifestè, quia Franciscus natus erat in Terra *Montis Podii*, eratque omninò, & certitudinaliter originarius ejusdem Terræ *Montis Podii*; Quamobrem cum & ratione paternæ originis, & propriæ nativitatis, non esset in rei veritate ex Terra Mondulphi, clarum erat, quod 27
Franciscus eliminandus esset à concursu cum Josepho, prout ad explicationem vocabuli, seu termini *Oriundi* dixerunt *post Glos. in cap. Usurarum verbo -- Alienigenas -- de usur. in 6. Jason. in leg. hujusmodi §. Legatum numer.18. ff. de legat., Alciat. in l.147. & 190. ff. de V. signific. Brisson. eodem tractat. lib.13. V. oriundum, Spiegel in Lexicon Jur. Civil. in V. oriundus, Ciarlin. contr. forens. lib.2. cap.149. num.9. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. disput.2. quæst.2. num.88. Mascard. de probat. conclus.1141. num.1. 2. 8. & seq. Garz. de Benef. part.7. cap.9. num.25. Barbos. de Offic. & potest. Episcopi alleg.4. num.6. Pax Jordan. Elucubrat. Canonic. tom.2. lib.10. tit.25. num.15.*

sess.

Seß. decis. Aragon. 30. *Rota dec.* 66. *num.* 20. *part.* 16. *rec.*

Et quoniam ad limites hodiernæ controversiæ plures ab hinc indè Scribentibus super hoc Articulo, atque intelligentia vocabuli *Originis*, *Originarii*, vel *Oriundi* coacervabantur doctrinæ, & conclusiones, placuit *Dominis* plures pariformiter casus in materia hujus derivationis, sive civilitatis, passim in foro obtingentis, quantum fieri poterat, secernere. *Primus* igitur casus erat in ordine ad illam civilitatem, quæ acquiritur, mediante allectione in Civem, quæ fiat per aliquam Communitatem, & hic revera non dicitur Civis Originarius, aut Oriundus, sive pro-
28 prius, & naturalis, & idcircò non gaudet, nisi impropriè favoribus à lege, vel à Principe concessis veris, & originariis Civibus, ideoque si Lex, Princeps, vel Statutum meminerit de origine, hic Civis allectus non fruitur hujuscemodi privilegiis, ut notat *Barbos. in l. hæres absens §. Proinde de foro ratione originis num.* 58. *ff. de Judic.*, nisi Prin-
29 ceps clausulas tales adiiciat in suo privilegio, per quod voluerit Civem à se aggregatum, & allectum huic, vel illi Communitati, gaudere, ac si foret propriè Originarius, uti limitant *Bart. in l. si quis pro emptore num.* 34. *ff. de usucapion. Bald. in l. omnes Populi n.* 92. *ff. de justit. & jur. Barbos. ubi supra num.* 62. *Bald. cons.* 460. *lib.* 1. *Riminald. jun. cons.* 23. *num.* 110. *& seqq. lib.* 1. *Menoch. cons.* 1129. *numer.* 11. *Robertus Marant. cons.* 103. *n.* 20. *Amostaz. de caus. piis lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. *in fine Seß. dec. Aragon.* 90. *n.* 2. *part.* 1. *Rot. dec.* 24. *num.* 10. *post Merlin. de legitim. dec.* 882. *n.* 9. *cor. Merlin.*, *& dec.* 292. *num.* 6. *cum seq. part.* 6. *recent.*

Exemplum familiare habemus in Privilegio Conclavistarum, cum enim hujusmodi privilegium concedi soleat per Summum Pontificem noviter electum, ex rationabilissima causa laborum, vigiliarum, aliorumque onerum, quæ supportant Conclavistæ, inservientes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in tam grandi negocio electionis Supremi Antistitis Ecclesiæ universalis occupatis, & inter arctos limites ipsius Conclavis interclusis, atque insimul intercedant clausulæ prægnantissimæ, quod hi Conclavistæ valeant eligere quem maluerint locum, seu Civitatem totius Status Ecclesiastici, comprehensa etiam ipsa Urbe aliarum Regina, pro nanciscenda omnimo-
30 da Civilitate Civitatis prælectæ; itaut gaudeant imposterum omnibus privilegiis veris Civibus competentibus, *sine ulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros Originarios, & antiquissimos etiam Nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis*, quemadmodum sonant verba hujusmodi Indulti, nefas est dubitare de infusione originalitatis, & perfectæ Civilitatis, uti fuit admissum *in Ferrarien. seu Imolen. Bonorum* 23. *Aprilis* 1703. *cor. Me*, salvis interpretationibus, seu declarationibus in eadem *Decisione* recensitis, in qua latè habetur de materia, & declarantur in proposito *Decisiones* in altera *Ferrarien. Bonorum de Schianchis cor. Pamphilio juniore, sive san. mem. Innoc. X. la* 545. *&* 680.

Atque hinc retento themate distinctionis inter allectionem factam à Civitate, seu Communitate sine Principis munimento, qui so- 31
lùm Princeps potest efficere de ficto verum, ut optimè inquit *Card. de Luca de præeminent. disc.* 36. *num.* 3. utique electio hæc facta per Civitatem, & Communitatem subditam minimè suffragatur pro consequendis muneribus, & officiis ejusdem Civitatis aggregantis, in 32
præjudicium veri, & naturalis Civis, cum Civitas, vel Communitas nequeat juri tertii, ac Civibus particularibus præjudicare, juxta distinctionem *Bartol. in l. si Maritus* 15. *§. Legis Juliæ in fine ff. ad leg. Jul. de Adulteriis Salicet. in l. Cives num.* 4. *C. de appellat. Roman. cons.* 62. *num.* 9. *Roland. cons.* 79. *n.* 16. *lib.* 2. *Berous cons.* 104. *num.* 6. *&* 8. *lib.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 30. *num.* 22. *Seß. dec. Aragon.* 90. *n.* 3. *&* 4. hæc etenim allectio est species adoptionis, quæ, cessante Principis auctoritate, fieri non potest in præju- 33
dicium tertii ex *Hopinch. de Jur. Insign. cap.* 13. *num.* 70. *&* 71. *Kinpeschil. de Fideicommiß. familiar. Nobil. cap.* 14. *num.* 29. *&* 30. *& cap.* 8. *num.* 410. *& seqq. Card. de Luc. de præeminent. disc.* 13. *num.* 26.

Nisi hujusmodi allectio facta dignoscatur ex causa quodammodo necessaria, vel saltem omnino æqua, & rationabili, *ex. gr.* ad alliciendum forensem pro firmandis laribus in hoc, vel illo loco, aliàs habitatoribus desti- 34
tuto. Quia tunc hæc allectio bona fide facta, sapit quodammodo contractum ex utraque parte irrevocabile, vel saltem perdurare debentem, perdurante habitatione, & incolatu convento, quemadmodum limitat *Card. de Luc. disc.* 13. *num.* 31. *de præeminentiis*. Bonum enim publicum facit cessare jura privatorum, ut inquit 35
Pelagius Papa in Can. scias frater. 7. *quæst.* 1. *Gloß. in cap. Bonæ V. Communem de postulat. Prælator. Novar. cons.* 6. *num.* 1. *lib.* 2. *de Constitution. Gratian. discept. forens. cap.* 176. *n.* 8. *&* 9. *Marant. controvers. forens. part.* 4. *resp.* 45. *num.* 60. *&* 62. *& part.* 5. *respons.* 67. *n.* 42. *Rota dec.* 257. *n.* 27. *part.* 19. *rec.*

Secundus est casus respectu illius Civilitatis, quam quis nanciscitur ex domicilio; Ubi enim quis verè Penates suos transtulerit ad aliquam Civitatem, seu locum, cum successiva habitatione ultra decennium, & supportatione onerum Civicorum, is in abstra- 36
cto dicitur verè Civis, ut communiter tradunt *Bertrand. cons.* 103. *num.* 21. *& seqq. lib.* 2. *part.* 2. *Surd. cons.* 471. *num.* 47. *Cyarlin. controvers.* 10. *n.* 140. *Paitell. jun. annotat.* 97. *num.* 23. *Otter. de Pascuis cap.* 4. *num.* 11. *Card. de Luca de succeßion. disc.* 20. *num.* 4. *Rot. dec.* 137. *num.* 5. *& seqq. part.* 5. *rec.*

Adeout acquisita hac Civilitate, quæ pendet ab animo, procedatur cum iisdem regulis, cum quibus ambulatur in propriissima, vera, & naturali Civitate ratione nativitatis in aliquo loco, ad terminos *Quinti* casus, de quo mox disseremus; Siquidem firmato animo, & domicilio, illa Civilitas, quæ supradictis acquiritur, nullatenus amittitur per accidentalem absentiam illius jam effecti veri Domiciliarii, etiamsi eadem absentia causata exti- 37
tisset per eventualem regressum ex subalternan-

nante motivo accidentali, ut puta pro tractandis, & dirimendis negociis ad propriam Patriam veræ originis, vel veræ nativitatis, ut opportunè considerat *Gob. consult. dec.116. sub num.88. & 90. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.75.num.3. in fine, & de præeminent. disc.37. num.5., & seqq.*, & generaliter tradiderunt *Angel. cons.270. vers. non enim, circa med. Menoch. cons.288. num.11. Gratian. discept.484. num.23.cor. Buratto dec.9. n.5. & seqq.*, & *decis.431. num.1.& seqq. part.18. rec.*

Dubietate tantùm contingente, an per regressum ad locum nativitatis, sive originis, valeat elici conjectura, quòd prætendens se domicillarem, ex hoc facto animum suum demonstraverit exclusivum firmandi domicilii,
38 usque ab initio, quia de cætero, supposita declaratione ejusdem animi, ac perfecta jam acquisitione Civilitatis in absente, circa ejus occasionalem absentiam, recurrit propositio superius firmata, sicuti egregiè subdit, & notat idem *Card. de Luc. de Successs. ab intestat. disc.20. num.7.*

Cætera verò, quæ concernere possunt hunc casum acquisitionis perfectæ Civilitatis domiciliariæ, usque ad præferentiam hujus Civilitatis alteri de jure, & secundum naturam contingenti ex nativitate, vel origine alte-
39 rius loci, tam in materiis favorabilibus, quàm odiosis, videntur fusè tractata *in Volumin. de Commerc., & Mercatur. disc.10. per tot.* ubi examinantur *Text. in l. Municipes ff. de verbor. significat. & in l. Cives C. de Incol. lib.10. cum gloss. in cap. Statutum, de rescript. in 6. & in Clementin. prima de for. competent.*

Tertium casum suppeditat occasio quandoque perpendendi quæstionem, utrum sub nomine Civium hujus, vel alterius Civitatis ve-
40 niant etiam suburbani, & districtuales, de qua quæstione loquitur in suo proposito *Card. de Luc. de Regal. disc.94. num.80.*, & utrum sub nomine *ex. gr. Senensium* veniant non solùm districtuales, & conclusi in Territorio proprio Civitatis Senarum, vel potiùs nomine
41 Civium Senensium veniant etiam illi aliarum Civitatum, quæ sint in Statu, & Jurisdictione, vel Principatu, (quemadmodum prosequendo exemplum Senarum) latè ad interpretationem cujusdam testamenti, & legati Dotium, suffragantibus omnibus *Dominis*, resolutum fuit, ac explicatum *in Romana, seu Senen. Dotium 22. Junii 1703. §. Evidens, coram R. P. D. meo Caprara* cum ibi plena manu relatis, quibus addi possunt *Abbas cons.51. num.6. lib.2. Castren. cons.307. Surd. cons.319. num.9. & 10. lib.2. Valenzuel. cons.18. num.20. & cons.79.num.60. Meroll. tom.3. disput.6. cap.6. dub.50. num.206. Corollar.50. Ricc. Collectan. 269. per tot.*

Quartus casus, qui revera subalternat *Primo*, & potest aliquo modo facere ad objectum præsentis Causæ, quoties Princeps distinctionem fecerit in aliqua sua lege, vel Constitutione inter extraneos, sive alienigenas, ac naturales sui Regni, vel Principatus; Quia
42 quemadmodum in hoc casu, translato domicilio per Patrem in aliud Regnum, vel Principatum, tam ipse, quàm illius filii nati in prædicto alio Regno, vel Principatu, reputantur extranei, ut censuit *Barbosa in l. hæres absens §. Proindè, art. de for. origin., Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. disput.2. quæst.2. numer.104. & 122. Antunez. de Donat. Reg. lib.2. cap.15. num.25. Afflict. dec.384. Dexart. decis. Sardin.67.* cum aliis *in tract. de Commerc., & Mercatur. disc.10. n.18.* quem refert, & sequitur *Rota in Nepesina Legitimæ 21. Junii 1697. §. penult. coram R. P. D. meo Muto impress. inter recollect. ad Card. de Luc. super mater. de Testam. dec.37.* Ita è converso cives allecti maximè per Principem, nullibi habentur pro extraneis, prout plures explicationes afferendo 43
tenet idem *Antunez de Donat. Reg. d. lib.2. cap.15. n.35. allegans Text. in l. liberos C. de collat. & l. ex oratione §. final. ff. de excusat. Tutor. Dec. cons.28. num.1. Boer. dec.260. n.23. & 31. Rebuff. ad Gall. tom.2. tit. de literis naturalit. gloss.2. num.2. & 14. Barbos. d. art. de for. origin. num.26. Mierez de Majorat. 1. part. quæst.51. num.76. & seqq. Salzed. l. Polit. lib.2. cap.18. num.28.* quibus addi possunt *Mans. consult.237. à n.3. ad seqq. Modern. Balducc. ad Ramon. cons.99. n.11. Sanfelic. dec.75. & 76.* cum aliis pluribus per istos cumulatis.

Quintus subintrat casus, qui est omnium in jure, & natura potentior, nempè Civilitas, quæ resultat ex nativitate in hoc, vel illo loco, in hac, vel illa Civitate, quævè nullam habet in se fictionem, ut rectè ait *Card. de Luc. in Summa de Præmin. num.95. vers. altera*, illa etenim veluti requirens nativitatem in loco per *Text. in l.1. ff. ad municipal.* immunis est ab omni limitatione, quia natus in aliquo loco acquirit civilitatem il- 44
lius loci, etiamsi natus fuerit occasionaliter, sive ex accidente. Cum etenim in hoc mundo simus omnes Viatores, & veram Patriam habeamus in Cœlis juxta illud *D. Pauli — nos autem sumus Cives Sanctorum, & domestici Dei*, in quantum ambulamus in Terris non aliam veram Patriam, & naturalem agnoscimus, quam locum ubi nati sumus, & tractant, tanquam de Civilitate vera, propria, & fortissima *Felin. in cap. Rodulphus num.14. de rescript. Cravett. cons.341. n.3. Menoch. cons.80. num.10. Surd. cons.343. num.21. Gratian. discept. forens. cap.75. a num.1. ad seqq. Cyriac. controv. for.292. num.31. Ciarlin. controv.149. per tot. Giurb. observ.76. Caren. resol.239. Altograd. sen. cons.28. vol.2. Mascard. de probat. concl.1146. num.1. & seq. Fab. in C. lib.6. tit. de verb. signif. def.20. Barbos. de Judic. in l. hæres absens §. Proindè, art. de for. origin. Carleval. de Judic. tit.1. disput.2. num.91. Antunez de Donat. Reg. lib.2. cap.15. à num.2. ad seqq. Amostaz de Caus. Piis lib.4. cap.7. num.2. & seqq.* neglecta subdistinctione conceptionis in alio loco, quam de reliquo animadvertit *Card. de Luc. de Præeminent. disc.37. n.8. & Capyc. Latr. consult.87. n.1.*

Sextus subindè casus, quem ad effectum Sacrorum Ordinum suscipiendorum à proprio Episcopo, qui non potest ad eosdem Sacros 45
Ordines promovere, nisi sibi subditos, ad censuram *Sacri Concilii Trident. in sess.23. cap.8. de reformat.* ponderant Scribentes in eo, qui fuerit in aliquo loco Baptizatus, utrum ex causa ejusdem Baptismatis dicatur esse de il- 46
lo

lo loco, in quo tam neceſſarium ad noſtram ſalutem Sacramentum ablutionis recipit, & de hoc agunt *Jacob. de Pen. in l. Cives col. ultima in princip. verſic. nam præter cauſam C. de Incol. lib.10. Amaya in d. l. Cives num.47. Gratian. diſcept. forenſ. cap.75. num.16. Cyarlin. contr. for. cap.149. num.12. & ſeq. Sabell. Var. Reſol. cap.48. num.2. Novar. de elect., & variat. for. ſect.4. quæſt.63. num.28. Gonzal. ad Regul.8. Cancellariæ Gloſſ.9. §.1. num.106. & ſeqq. Paſchal. de Patr. poteſt. part.3. cap.2. numer.34. Barboſ. de Offic., & Poteſt. Epiſcopi part.2. alleg.4. num.3. Antunez de Donat. Reg. d. lib.2. cap.15. num.5. Amoſtaz de Cauſ. Piis lib.4. cap.7. ſub num.2. & 3. Rota dec.253. cor. Buratt., & dec.66. num.16. part.16. rec.*

Septimus, & huic finitimus caſus eſt in ordine ad expoſitos, videlicet eos, qui Patrem neſcientes allegare, reperiuntur, publica impellente Charitate, ſortiti receptionem in Loco Pio ad id deſtinato, in hac, vel illa Urbe, &
47 is pariter percutit terminos, de quibus proximè quoad Epiſcopum, illum ſub aſſuetis diſpenſationibus ordinare volentem, vel non valentem, vel etiam cæteros, qui concernant denominationem, & originem ex illo loco, in quo fuerunt recepti propter capacitatem, vel incapacitatem officiorum, ſive activam, ſive paſſivam illius loci, ubi fuerunt expoſiti, & de hujuſmodi caſu pariter tractant *Bart. in l.1. num.21. ff. de municip. Angel. in l. hæres abſens §. Si quis tutelam, num.17. ff. de Judic. Gratian. diſcept. forenſ. d. cap.75. num.12. Montan. controv.30. num.19. Anton. Faber. in C. lib.6. tit.19. definit.20. in fine Anna ſingul.785. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcopi part.2. d. alleg.4. num.17. Antonell. de Loc. Legal. lib.1. cap.6. n.47. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt.2. ſub num.101.*

Octavus eſt caſus, qui magis approximabat ad ſpeciem controverſam de Civilitate, quam quis ſortitur ratione originis, quæve æquipollet efficaciæ orienti ex vera, & effectiva nativitate in aliquo loco; Nam, & ſi
48 terminos hoſce confundere videantur plurimi Doctores cum *quinto* caſu ſuperiùs deſignato, ut liquet apud *Amaya in l. Cives C. de Incol. lib.10. num.5. Jo: Andr. in cap. cum nullus, n.3. de temp. ordin. in 6. Fab. in C. lib.9. tit.30. def.24. ante num.10. Guttierez conſ.7. num.1. de Roſ. Select. Jur. obſerv. cap.55. num.3. cum ſeqq. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. diſput.2. d. quæſt.2. ſub n.85. Antonell. de Loc. Legal. lib.1. cap.6. num. 37. Oliva de for. Eccleſ. part.3. quæſt.21. num.2.*

Adhuc origo ſaniùs intelligitur de eo, qui
49 Patrem, vel Avum habuerit certum, & jam effectum civem alicujus Civitatis, quoniam licèt quiſpiam naſcatur in uno loco, retinet tamen originem Paternam, vel Avitam ad *Text. in l. aſſumptio 6. §. 5. ff. ad Municipal. & l. ſi ſit ut proponis C. de incol. lib.10. Alciat. in l.147. num.4. ff. de verb. ſignificat. Jaſ. in l. hujuſmodi §. Legatum, n.18. ff. de Legat. Novar. conſ.19. de Tempor. Ordin. Cyriac. controv. 292. num.31. Andreol. controv.239. num.46. & ſeqq. Giurb. obſerv.75. num.23. Antunez. de Donat. Reg. lib.2. cap.15. num.13. Boer. dec.13. num.13. Ric. in Prax. for. Eccleſ. Neap. dec.298. num.4. Rot. dec.154. num.8. poſt Merlin. de Legit. dec.327. num.3. part.1. diverſor. & dec.364. num.8. part.5. rec.* Volentibus tamen noſtris Juris Interpretibus, quod reſpectu originis
avitæ, ille natus in alio loco, ob non ſecutam 50
emancipationem Patris ortus fuerit in poteſtate Avi *Amaya in l.7. C. de Incol. lib.10. numer.21. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt.2. num.54. Amoſtaz de Cauſis Piis lib.4. cap.7. num.9. Antunez de Donat. Reg. lib.2. capit.15. n.15.*

Atque hoc multum deſervit occaſione frequentis altercationis ſuper competentia fori, ad intelligentiam *Text. in l. hæres abſens ff. de Judic.* ſuper quo commendabile edidit Com-
mentarium *Petrus Barboſ.* cum aliis quos vi- 51
dere eſt penes *Boſſ. tit. de for. competent. numer.73. Capoblanc. de Offic. Baron. pragm. 8. part.2. num.240. Oliva de for. Eccleſ. part.3. quæſt.21. ſub num.7. Pax Jordan. Lucubr. Canonic. lib.3. tit.8. de for. compet. n.243. Ubert. de citat. cap.9. à num.44. ad ſeqq. Paul. Criſtin. dec. Belgic.31. cum pluribus ſeqq. vol.5.*

Diſputant tamen *Doctores*, an in hoc propoſito aliquid faciat origo matris, etiam ſi quis natus fuerit in loco originis maternæ, & præſcindendo à Civilitate, quæ alias funde-
tur in vi ipſius nativitatis, quatenus perti- 52
net ad originem, ſeu civilitatem ex cauſa originis, origo materna penitus deſpicitur ex rationibus allatis per *Amaya d. l.7. num.26. C. de Incol. lib.10. Guttier. conſ.7. num.8. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcopi part.2. alleg.4. numer.14. & ſeqq. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. diſput.2. d. quæſt.265. & 101. Antonell. de Loc. Legal. lib.1. cap.6. n.46. Amoſtaz de cauſ. piis lib.4. cap.7. num.10. Antunez de Donat. Reg. lib.2. d. cap.15. num.16.*

Atque hujuſmodi origo adeo potens eſt, ut illa nunquam tollatur, ſuppoſito, quod agatur de vera origine derivante à Patre, vel
Avo habente in poteſtate alibi natum Nepo- 53
tem, nec amittatur per nativitatem accidentalem, vel quomodocumque occaſionalem in loco diverſo ab origine Patris, vel Avi, ex communiter affirmatis per *Caſtr. in l. hujuſmodi 86. §. Legatum num.3. & ibidem Jaſ. n.9. & 10. Barboſ. in l. hæres abſens §. Proindè art. de for. origin. num.22. & 23. ff. de Judic. Caphal. conſ.246. num.1. Hond. conſ.5. ſub n.5. verſ. licet ſi parentes, & num.31. lib.1. Altograd. ſen. conſ.27. num.46. lib.2. Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.3. n.16. Maſcard. concl.1141. n.4. Paſchal. de patr. poteſt. part.3. cap.2. ſub num.35. in fine, Carleval. de Judic. d. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt.2. num.102. Rot. dec.63. n.16. & ſeq. cor. Merlin.*

Et ea quidem eſt ratio, quia quantumvis aliquis reſpectu nativitatis ſit magis propriè, & naturaliter Civis illius loci, in quo na-
tales ſortitur, itaut cenſeatur ex hoc capite 54
hypothecatus illi loco, in quo naſcitur, ad omnia commoda, & incommoda ſubeunda, ut dixit *Bald. in l. adoptionem ad fin. C. de adop. Spin. de Teſtam. gloſſ.14. num.69. Giurb. ad Statut. Meſſan. cap.1. gloſſ.4. num.1. Conciol. ad Statut. Eugubin. in addit. ad rubr.6. num.45. lib.1. Antunez de donat. Reg. lib.2. cap.15. ſub num.4. Capoblanc. de Offic. Baron. pragm.8*

pragm.8. part.2. num.247. & seq. Ganaver. decis.48. per tot.

Adhuc minimè repugnat quempiam habere posse duplicem, & quadruplicem civilitatem, videlicet in una Civitate per allectionem,
55 in altera per nativitatem, in altera per originem, in altera per domicilium, & sic de singulis, ut supra, *Dec. consil.282. sub n.11. vers. non obstat. Alciat. respons.12. n.7. lib.4. Menoch. cons.329. n.38. Card. de Luc. de praem. disc.27. num.5. & in Summ. à num.93. ad seqq. Adden. ad Buratt. dec.811. num.47. Rot. dec.31. n.2. coram Duran. & dec.459. num.17. part.19. recentior.*

Nonum Casum suppeditat praeeminentia Jurisdictionalis, quoniam ad effectum praecipuè Juris pascendi, Juris lignandi cum similibus, Baro, & Dominus alicujus Loci, sive habitet, sive non habitet in illo loco, & ex
56 hoc ipso, quod est Baro, & Dominus, dicitur, & est nedum Civis, sed etiam primus Civis ejusdem Loci, vel Civitatis, ut ait *Bald. in l. quidam cum filium ff. de V. oblig. Paris. cons.71. lib.1. Surd. cons.313. num.15. Gratian. discept. for. cap.559. num.24. Paris. de Syndic. V. Civilitas, Capoblanc. de Offic. Baron. lib.2. pract. quaest. super Pragmat.12. cap.84. num.1. & seqq. num.14. & per tot. Antonell. de loc. legal. lib.1. cap.6. num.60. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.36. num.39.*

Et hac praerogativa funguntur Amplissimi S. Romanae Ecclesiae Cardinales, quamvis enim illorum plurimi exteri sint, nihilominus quia sunt membra connexa illorum Capiti, illique adhaerent, ejusque fulgore irradiantur, nempè Summi, & Supremi Pontifi-
57 cis Ecclesiae universalis, & successerint aliquo modo loco Senatorum, ac Consiliariorum Papae, tanquam Principis temporalis, ut inquit *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.34. numer.15.* & prosequitur *ibidem Card. Albit. discep.2. quaest.2. num.20.* Hinc ipsi ex hac praeeminentia Jurisdictionali, licet subalternante, efficiuntur Cives, tam Urbis, quàm
58 universi Status Ecclesiastici, adeout in quibuslibet Constitutionibus non veniant appellatione forensium, sicuti discussum, & resolutum fuit *in Nullius, seu Senogallien. Bonorum super manutentione 13. Junii 1695. §. Ex his itaque frustraneum post medium cor. R.P.D. meo Muto impress. penès Modern. Lucen. decis. Rot. Lucen. diversor. tom.2. dec.187. n.22.*

Decimus Casus totaliter impropriae Civilitatis, sed illi ad aliquos effectus fraternizans, est ille, qui suboritur ex puro, & mero incolatu in aliquo loco, vel Civitate, quia quoties idem incolatus non transeat ad acquisitionem perfecti domicilii ad terminos *secun-*
59 *di* Casus, de quo supra, adhuc incola subilcitur, quandoque Statutis, & ordinationibus loci, in quo est incola, licèt non perfectè Domiciliarius, & id quandoque favorabiliter, quandoque praejudicialiter, juxta Carmen Davidicum in alio sacrosancto sensu -- *Ebu mihi, quia nimiùm incolatus meus prolongatus est, & multùm incola fuit anima mea* - Et hanc figurationem *Decimi* Casus subministrat Statutum Urbis occurrere intendens correptio-
60 ni, sive abbreviationi Judiciorum in proposito duarum sententiarum, quae habere debeant vim trium inter Cives, & Incolas, ut *in cap. ejusdem Statuti* 180. *lib.1.* de quo ad propositum habetur penes *Gratian. discept. foren. cap.898. num.1. & 5. Adden. adnot.2. Angel. num.32. impress. post dec.165. cor. Comitul. dec.253. num.2. coram Buratt. dec.137. num.5. part.5. dec.192. num.1. part.13. & decis.577. n.2. part.18. rec. cum aliis in Romana Salviani 9. Martii 1703. §. Quo verò, cor. Me.*

His itaque casibus discretis, nè una doctrina feriens unum casum alteri applicaretur, redeundo ad Causam, nullibi apparebat, quomodo valeret favore Francisci aptari qualitas *Oriundi* volita, & sancita per legem erectionis hujus Collegiatae; transcurrendo siquidem terminos casuum supra enumeratorum, jam *Primus* erat inapplicabilis, cum Franciscus neque ullam allegaret allectionem, sive factam à Communitate, sive à Principe, solumque videbatur immorari posse *in secundo* ratione domicilii, de quo mox differemus, *Tertius* quippè, *Quartus*, & *Quintus* aberant ab hypothesi, & ob id doctrinae, quae cumulabantur, remanebant inutiles, prout & illae respicientes *Sextum*, & *Septimum* casum, & circa *Octavum* is confovere potius valebat jura Josephi Mariae, in ordine verò ad *Nonum*, quem pariter ferire poterant congestae Auctoritates, nulla emergebat possibilis applicatio; quemadmodum nec merebantur attendi allegationes obloquentes de *Decimo*, & *ultimo* casu; Sicque punctus restringebatur ad indagationem *secundi*, utrum ratione domicilii Franciscus sortiri potuerit talem qualitatem in se, quae posset comparari verè *Oriundo*, ut erat Joseph Maria natus in Terra Mondulphi non minus, quàm ejus Pater, caeterique illius 61
majores, & Ascendentes; Sed ad hoc repugnabat intellectus omnium Scribentium circa explicationem vocabuli *oriundi*, vel *originis*, de quibus actum fuit in *octavo* casu, & praecaeteris *gloss. interpretativa cap.1. de usur. excerpti à Concil. Lugdunensi de tempore Gregor. X.* loquente etenim *Textu* extirpativo usurarum contra quoscumque cujuslibet Dignitatis, conditionis, seu status *Alienigenos, & alios non oriundos de Terris*, ut in principio ejusdem *cap.*, *gloss.* dicit *in V. alienigenas -- Oriundus autem de Civitate dicitur, qui vel in Vico Civitatis illius ortus est*, & additio subsequens subnectit -- *Oriundus de Civitate dicitur, qui ibi ortus est, vel cujus Pater indè originem duxit* -- undè applicando ad rem praetensa qualitas domiciliaris, praetensa civilitas exinde resultare valens, remanebat extra proprietatem vocabuli *Oriundi*, de quo erectio Collegialis, sive Bulla *san. mem. Urbani VIII.* loquebatur, & concordant ad explicationem ejusdem vocabuli cum interpretatione *Glossae*, *Jason. Mandosius*, aliique recollecti apud *Barbos. de Offic. & Potestat. Episcopi part.2. alleg.4. num.6.*, & praecisè, quod incolatus, seu domicilium non sufficiat ad hoc, ut quis 62
dicatur *oriundus*, vel *originarius* talis loci, qui merè est domiciliarius, definivit *Rot. in una Gienen. Praestimonii cor. Blanchetto*, quam aliis allegatis, refert, & amplectitur *Marg. de Benefic. quaest.3. n.859. & seq.*

Atque

Atque hoc themate retento, parum adjuvabat jura Francisci illius promotio ad Sacerdotium cum patrimonio habito, & firmato in Terra Mondulphi, ex hoc etenim nihil aliud inferri poterat, nisi quod Episcopus eundem Franciscum justè ordinasset tanquam sibi legitimè subditum ex causa incolatus, vel domicilii tam proprii, quàm paterni, & ex motivo, quod ad satisfaciendum Oecumenicæ determinationi *Sac. Concilii Tridentini in sess. 21. cap. 2. de reformat.* sufficiens haberet patrimonium ad se substentandum, etiamsi certo extitisset in Indiis, verùm ad finem, ut
63 exindè dici posset oriundus ad mentem, & literam Bullæ *Urbani VIII.* id erat impervium, & repugnans, sicuti præ cæteris animadvertit *Gregor. Lopez in l. 2. tit. 24. partit. 4. V. Maguer. vers. adverte tamen Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 86. Oliva de for. Eccles. part. 3. quæst. 21. num. 25. vers. & hinc est, quod in materia Beneficiali oriundus quisque accipitur pro verè orto Garz. de Benefic. part. 7. cap. 9. num. 30. Murg. eodem tractat. quæst. 3. sect. 13. num. 861.* cum aliis in fortioribus terminis adductis *in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. Tantò porrò abest, coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano.*

Stabilito itaque, quod Franciscus non esset inclusus in prima parte, seu capite inclusionis sub nuncupatione, ac antelatione *oriundi*, parum oberat, quod non esset exclusus in concursu veluti propriè alienigena, & extraneus, exemplo Statutorum fœminas, & conjunctos ex earum latere excludentium, uti annotavimus in objecto. Quoniam prælatio concessa Oriundis respectu extraneorum veniebat in consequentiam ipsius prælationis, nam dato etiam millies, quod Franciscus non foret extraneus, attamen non erat *oriundus ex Terra Mondulphi;* Ideoque subalternanter remanebit extraneus à concursu faciendo cum verè oriundo, quemadmodum retinendo terminos ejusdem concursus Creditorum videmus, quod licèt quis dici possit, vel existat Creditor,
64 tamen potior in hypotheca, vel anterior præfertur, ac si alius posterior in effectu non esset Creditor, ita exigente natura concursus ad tradita per *Card. de Luc. in conflict. leg. & ration. observ. 132. de debit. & credit. per tot.* verbum etenim *præferantur* suaptè natu-
65 ra præsefert concursum, & respectivè antelationem ad *Text. in l. 2. qui pot. in pignor. habeant, & in l. utrum la 2. ff. de assignan. libert. & in §. Præferuntur instit. ad S.C. Tertullianum Bellon. Jun. consil. 72. à n. 31. ad plures seqq. Salgad. in Labyrint Creditor part. 1. cap. 11. n. 116. & 117. Rot. dec. 2007. n. 1. & per tot. & dec. 152. num. 1. cum plurib. seqq. part. 6. rec.*

Hinc videmus, quod quamvis *ex. gr.* Patruus, aliique Collaterales undique proximi, & conjuncti in rei veritate non sint extranei, ut sunt cæteri, nullo modo participantes de sanguine, adhuc in successionibus Ju-
66 ridicis, quotiès concurrant cum descendentibus, vel ascendentibus ad hunc ipsum effectum interpretationis Juris in præfato concursu, & si in substantia carnis non sint ullo modo extranei, adhuc veluti extranei nuncupantur, & habentur in jure, ut communiter notant *Picard.*, aliique *Institutistæ in §. Cæteri qui Testatoris instit. de hæred. qualit. & differ. Alexander cons. 38. in princ. vers. nec obstan. lib. 1. Dec. cons. 125. num. 6. lib. 3. Surd. cons. 565. num. 3. & 4. Cepoll. cons. civil. 53. num. 2. Gratian. discept. forens. 380. numer. 2. Gozzad. cons. 64. num. 15. Rustic. de Fideicomm. lib. 2. cap. 9. num. 2. Rota Bononien. dec. 128. num. 12. & dec. 150. n. 92. Rot. decis. 1. num. 43. cor. Ottbobono.*

Atque ita maturè *Domini* examinantes materiam *Mihi* illos suscitanti responderunt, posthabita altera objectione allata contra Josephum Mariam ex eo, quod ipse, ejusque cor quandoque plusquam oporteret, vino letificaretur, cum visa sit *Dominis* materia hæc nimium objectiva in simplici Canonicatu, & verisimiliter non vera, cum idem Joseph Maria assuetus literis bonæ vitæ, & famæ commendaretur à proprio Ordinario, cujus attesta- 67
tioni in hoc statu erat deferendum ad terminos *Text. in cap. 1. 2. & 3. de Cleric. Peregrin.* de quo *Rot. dec. 343. num. 2. cor. Peuting. & dec. 459. num. 2. part. 19. rec.*, & ostenderet approbationem ejusdem Ordinarii ad substendandam quoque Curam Animarum, prout de facto illam substentaverat, non etenim erat credendum, quod vigilantissimus Pontifex, illiusque Officiales, & ministri undequaque experti, & solliciti, contulissent hujusmodi Canonicatum ipsi Josepho Mariæ, nisi suffi-
cientibus Testimoniis honestatis, & probita- 68
tis vitæ apud S. Sedem fuisset commendatus, ut fert litera ordinaria Bullarum consimilium provisionum relata apud *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. cap. 6. num. 10. vers. nos eidem &c.* & meritò dijudicavit, & affimavit *De Ros. de Execut. Literar. Apost. part. 1. capit. 2. num. 87.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Tarraconen. Jurisdictionis super Edictis.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

An Archiepiscopo Tarraconen. danda sit manutentio in quasi possessione affigendi Edicta, pro indicendis concursibus ad Parochiales vacantes, in Ecclesia Cathedrali, retro Chorum, absque licentia Capituli.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, seu Archiepiscopus habet in Jure intentionem fundatam exercendi liberè suam Ordinariam Jurisdictionem, in omnibus Ecclesiis existentibus in sua Diœcesi.*

2 *Et in specie potest affigere Edicta in Ecclesiis totius Diœcesis.*

3 *Itaut absque alia possessionis probatione eidem concedenda sit manutentio.*

4 *Factum ipsum ex se solo probat ad evidentiam possessionem, seu quasi.*

5 *Testis deponens de facto proprio plenam fidem facit.*

6 *Testes etiam examinati extrajudicialiter, & ad perpetuam sufficienter probant in Judicio manutentionis.*
7 *Manutentio facilius concedenda venit, concurrente, ultra assistentiam Juris, etiam possessione, seu quasi.*
8 *Edictorum affixio soli arbitrio Ordinarii, vel Synodi Provincialis relinquitur.*
9 *Pro generali Visitatione indicenda potest Episcopus Edicta publicare absque consensu, & consilio Capituli.*
10 *Actus non probans negativam non petitæ licentiæ non valet aliquem constituere in possessione, seu quasi.*
11 *Limita, quoties accedit etiam Juris assistentia, quia tunc prætendens, licentiam fuisse petitam, concludere debet affirmativam.*
12 *Qui habet pro se immemorabilem allegare potest Privilegium Apostolicum, concordiam, & alium quemcunque titulum magis proficuum.*
13 *Ad destruendam immemorabilem unicus actus in contrarium sufficit, immo & solus rumor.*
14 *Archivium privatum Capituli nullam probationem facit favore ipsius Capituli contra Tertium.*
15 *Enunciativa, non aliunde justificata, quàm ex assertione enunciantis, non probat in præjudicium Tertii.*
16 *Maximè si fuerit emissa ipso absente, & penitus inscio.*
17 *Antecessor non potest suo facto Successoribus præjudicare in iis, quæ Jure proprio ad eos spectant.*
18 *Manutentio semper conceditur ad statum, in quo quis reperitur de tempore motæ litis.*
19 *Canonicorum depositiones, ad proprium commodum emissæ, non sunt attendendæ.*
20 *Testis de auditu à Parte plus fidei non meretur, quàm ipsamet Pars.*
21 *Multoque magis, si appareat convictus de mendacio.*
22 *Magis deferendum est Testibus, qui de facto proprio deponunt, & habent pro se Juris assistentiam.*
23 *Canonici dicuntur Domini Ecclesiæ Cathedralis, & ad illos spectat administratio omnium rerum, & Negociorum, quæ intus eam explentur.*
24 *Res inter alios acta non probat.*
25 *In iis, quæ pertinent ad exercitium Jurisdictionis Ordinariæ, Jus Episcopo assistit, absque consensu, & licentia Capituli.*
26 *De Mandato Archiepiscopi possunt publicari Edicta etiam in Metropolitana Ecclesia, irrequisito Capitulo.*
27 *Jurisdictio, quæ competit Decano quoad Cultum divinum, non censetur ei concessa privativè quoad Ordinarium.*
28 *Ad effectum impediendi Jurisdictionem Ordinarii, probari debet à Capitulo Dominium, & Jus in Ecclesia sibi competere ad omnes effectus.*
29 *Edicta pro indicendis Concursibus ad Parochiales vacantes plerumque affigi solent ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis.*
30 *Consuetudini tamen locorum standum est, tam ex* Bulla Pii V., *quàm* Concil. Trident.
31 *Ac proinde usus, & consuetudo affigendi similia Edicta in alio loco, etiam intus Ecclesiam servari debet.*

DECISIO XLIII.

CUM Reverendissimus Archiepiscopus Tarraconen. ob indicendum concursum ad vacantem Ecclesiam Parochialem Villæ de Alexar, affigi mandaverit Edictum in loco retro Chorum Ecclesiæ Metropolitanæ, ubi hujusmodi Edicta affigi solent, Capitulum ejusdem Ecclesiæ, quod usque de anno 1621. impetraverat Commissionem directam *bon. mem. Buratto*, nè molestaretur ab Archiepiscopo in illius Administratione, & Gubernio, vigore supradictæ Commissionis institit *coram Me* in ejusdem *Buratti* locum suffecto pro subscriptione dubii: *An, & quomodo sit danda manutentio D. Archiepiscopo in quasi possessione affigendi Edicta in Ecclesia Cathedrali*, quo Dominis meis hodiè proposito conclusum fuit: *dandam esse manutentionem Archiepiscopo affigendi Edicta in extra Choro Ecclesiæ Cathedralis absque licentia Capituli.*

Et si enim eidem Archiepiscopo sufficeret habere fundatam intentionem in Jure exercendi liberè suam Ordinariam Jurisdictionem, 1
in omnibus Ecclesiis existentibus in sua Diœcesi, de qua in terminis generalibus sunt *Text. in cap. omnes Basilicæ, & cap. nullus 16. quæst. 7. cap. conquerente, cap. cum Episcopus, de Offic. Ordinar. cap. Venerabilis, de Religios. Dom. Barbos. de Offic., & Potest. Episcop. alleg.80. num.2. Fagnan. in cap. cum contingat, de for. compet. n.25. & seq. Rot. cor. Merlin. dec.152. num.2. & in rec. dec.128. num.2. part.11. & decis.383. num.3. part.18. & in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 5. Maji 1692. §. Absque eo, coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & in Gerunden. Jurisdictionis de Campo Rotundo 4. Julii 1698. §.1. coram R. P. D. meo Pio*, & in puncto affixionis Edictorum 2
in Ecclesiis totius Diœcesis firmat *Rot. dec.69. num.17. & seqq. part.19. rec. & cor. Priol. decis.340. num.5. vers. secunda quæstio*, ut inde absque alia possessionis probatione, eidem esset concedenda manutentio ad *Text. in cap.* 3
auditis 15. cap. cum olim 18. de præscript. cap. cum Persona, §. final. de Privil. in 6. Postb. de Manut. observ.45. num.3. & seqq. Marescott. Var. Resolut. lib.1. cap.11. num.5. Rot. coram Carill. dec.126. num.2. & in rec. dec.383. n.9. part.18. & dec.69. n.9. part.19. & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Ita ex eadem, coram Reverendiss. D. meo Decano.

Rursus attamen docuit de ejus antiquissima, & actuali quasi possessione liberè affigendi hujusmodi Edicta in retro Choro Ecclesiæ Metropolitanæ nullo requisito Capituli consensu, tum ex iisdem Edictis, quæ ab anno 1602. usque ad annum proximè præteritum fuerunt de mandato Archiepiscopi, seu ejus Vicarii Generalis ibidem affixa, *Summario Archiepiscopi num.2.* quæ dictam actualem quasi posses- 4
sio-

sionem ex se solis ad evidentiam convincunt *Bartol. in l. omnes Populi ff. de Justit. & Jur. Menoch. de retin. remed.3. num.586. Posth. de Manut. observ.31. num.31.* tum etiam ex uniformi depositione plurium Parochorum, & Beneficiatorum ejusdem Ecclesiæ, *dicto Summario num.3.* qui nedum attenta eorum quali-
5 tate, sed etiam ex quo deponunt de facto proprio, dum ipsi Edicta hujusmodi affixerunt, plenam fidem merentur, *cap. licet causam vers. ex præmissis, de probat. Rot. coram Cerr. dec.104. num.7. & coram Bich. dec.386. num.2. coram Cels. dec.379. num.2. & in recent. dec.374. num.3. part.3. & dec.348. n.4. part.16.* quamvis etiam extrajudicialiter, & ad per-
6 petuam examinati sint, cum adhuc in hoc Summariissimo manutentionis Judicio sufficienter probent *Posth. de Manut. observ.38. per tot. Rota in Romana Manutentionis 18. Junii 1694. §. Et hinc irrelevans circa med. coram R.P.D. meo Muto;* concurrente autem ultra Juris assi-
7 stentiam etiam actuali quasi possessione, petita manutentio faciliùs concedenda venit *Rot. post Novar. ad Summ. Bullar. dec.26. num.12. & in rec. dec.375. num.5. part.18. & in Brixien. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. Et omnem, & §. Frustra, coram R.P.D. meo Caprara, & in Thelesina Administrationis Ecclesiæ, & Hospitalis 26. Martii 1696. §. Possessio, coram bon. mem. Ursino.*

Et tanto magis in hypothesi, cum etiam ex dispositione *Sacr. Concilii Tridentini* hujusmodi Edictorum affixio soli arbitrio Ordi-
8 narii, vel Synodi Provincialis relicta sit, *ut in sess.24. de reform. cap.18.* ibi: *Et si Episcopo, aut Synodo Provinciali pro regionis more videbitur magis expedire per Edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari,* quod etiam confirmatum legitur *in Constitut. B. Pii V. Bullar. nov. tom.2. in ordine la 33.* & tradunt *Salgad. de Reg. protect. part.3. cap.9. numer.49. & seq. Ventrigl. in Prax. tom.2. annotat.5. §.1. num.12. & seq. Pignatell. consult.3. tom.6. Card. de Luc. de Paroch. disc.37. n.6.*
9 adeout etiam pro generali Visitatione indicenda solus Episcopus absque consensu, & consilio Capituli, valeat Edicta publicare ex deductis per *Pignatell. consult.58. tom.1. Rot. in Illerden. Visitationis 21. Aprilis 1606. & 28. ejusdem mensis 1680. cor. bon. mem. Justo, & dec.98. num.3. & 4. & dec.135. per tot. coram Ubald.* repetita *in rec. part.1. dec.440. & 483.*

Nec subsistit, quod cum memorata Edicta non contineant negativam non petitæ licen-
10 tiæ, nequeant proinde Archiepiscopum constituere in quasi possessione affigendi Edicta in retro Choro absque consensu, & licentia Capituli, ex notatis per *Card. de Luc. de Regal. disc.81. num.10. & de Camb. disc.28. num.12.* nam eo ipso, quod constat, Edicta fuisse affixa de mandato Archiepiscopi habentis pro se assistentiam Juris, liberè ea affigendi sine con-
11 sensu Capituli, si idem Capitulum prætendit fuisse prius pro ass. licentia requisitum, ad ipsum spectat hujusmodi affirmativam concludere, non autem Archiepiscopo incumbit probare negativam non petiti consensus, quæ de cætero ex Testium depositionibus satis justificata apparet, ut fuit superiùs animadversum.

Prout nec relevat asserta immemorabilis consuetudo Ecclesiæ Tarraconen. non affigendi eadem Edicta in Portis Chori, nisi petita licentia, & consensu Capituli, qua stante 12
contenditur allegari posse per Canonicos Privilegium Apostolicum, vel concordia inter ipsos, & Archiepiscopum inita, vel alius quicumque titulus magis utilis, & proficuus *ad Text. in cap. super quibusdam 26. §. Præterea de V. signif. Rota dec.770. n.18. part.18. & dec.522. num.2. part.19. & in Tarraconen. Parochialis 2. Maji 1698. §. Parum obstante cum seq. coram Me, & in Gerunden. Ferialis 11. Decembris 1699. §. Quæ omnia, cor. R.P.D. meo Lancetta.*

Quoniam ultra quod ex superius relatis affixionibus, de mandato Archiepiscopi absque ullo Capituli consensu expletis, quælibet asserta immemorabilis consuetudo excludi- 13
tur, cum ad illam destruendam etiam unicus affixionis actus sufficiat, quinimmò & solus rumor in contrarium ad firmata per *Rot. cor. Bich. dec.290. num.3. & dec.528. num.20. & coram Zarat. dec.21. num.12. & seqq. & in Calaguritana Decimarum S. Petri Manrique, 14. Aprilis 1698. §. Rursus illis, coram Me,* hoc insuper in facto accedit, quod dicta præsupposita consuetudo nullatenus probata apparet.

Non quidem ex actibus Capitularibus, qui ad effectum probandi in Edictorum affixione intervenisse licentiam, & consensum Capituli referuntur in illius *Summario num.1.* tum quia cum illi extracti fuerint ex privato Archivio 14
ipsius Capituli, nullam adversus Archiepiscopum probationem facere valent *Rot. dec.379. num.9. & seq. part.10. rec. & in Mediolanen. Optionis 3. Martii 1690. §. Circa defectum, cor. Reverendiss. D. meo Manuel Episcopo Zamoren. & in Mediolanen. Præpositura 4. Julii 1692. §. Nec majorem, cor. Reverendiss. D. meo Decano,* & in terminis istius Archivii eadem *Rota in recent. part.18. dec.453. num.3. & in Tarraconen. Jurisdictionis 10. Maji proximè præteriti §. Nec est, coram Me;* Tum etiam quia cum præseferant nudam, ac simplicem enunciativam, quod Archiepiscopus hujusmodi licentiam, ac consensum petierit, & quidem non aliunde justificatam, quàm ex 15
assertione ipsius Capituli, nullum in illis fieri valet fundamentum in præjudicium ejusdem Archiepiscopi ad *leg. ob æs C. de præd. minor. Rota dec.98. num.5. part.6. rec. & decis.467. num.19. cor. Peuting.* cum signanter ipso absente, penitusque inscio fuerint emis- 16
sæ *cap. si vigilanti 17. circa fin. de rescript. Rot. dec.128. num.tt. 14. & 15. part.11. & decis.391. n.31. & seq. part.13. & in Dertbusen. Jurisdictionis 4. Martii 1697. §. Quæ sanè, cor. R. P. D. meo Pio;* Tum demum quia admisso etiam, quod Archiepiscopi antecessores quandoque affixerint Edicta cum participatione Capituli, illorum tamen factum non af- 17
ficeret modernum Archiepiscopum, qui affixiones absque illius consensu semper fieri mandavit *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.31. numer.16.* & tanto minus in præsenti Judicio 18
manutentionis, quæ semper conceditur ad sta-

statum, in quo quis reperitur de tempore motæ litis §. *Retinendæ instit. de interdict. l.1. in princ. ff. uti possidetis Postb. de Manut. observ.71. num.49. & seqq. Card. de Luca de Jurepatr. disc.63. num.25. Rot. coram Duran. dec.308. num.5. coram Caval. dec.71. num.4. & coram Bich. dec.427. num.7.*

Multoque minus dicta prætensa consuetudo deduci valet ex Testibus ab eodem Capitulo inductis; Nam septem ex illis sunt Canonici
19 ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ, quorum proindè depositiones, tanquam ad proprium commodum emissæ, non veniunt attendendæ *cap. Tuas, cap. Nuper, cap. Rom., de Testib. Felin. in cap. insuper eodem tit. Rot. cor. Coccin. dec.2035. num.3. cor. Cerr. dec.26. n.11. & 17. & in Derthusen. Capparum 27. Januarii 1698. §. Non quidem, coram R.P.D. meo Pio, & in Lithuana Donationis 10. Maji ejusdem anni, §. Ideoque, cor. bon. mem. Ursino, & in Lodien. Vicariæ 11. Maji 1699. §. Minusque, cor. Me;* cæteri vero, vel deponunt de au-
20 ditu ab ipsis Capitularibus, undè majorem probationem quam ipsi constituere non valent, juxta *Text. in capit. Testium, & cap. Licet ex quadam, de Testib. Rot. decis. 186. numer. 5. coram Cels. & in Romana Associationis 13. Januarii 1698. §. Tertius, coram R.P.D. meo Ansaldo*, vel nihil affirmant super affixione Edictorum, & omnes demum de mendacio convincuntur, dum deponunt Parochum Hiacynthum Cases hujusmodi licentiam petiisse, cum tamen iste in sua depositione contrarium asseruerit *Summario Archie-*
21 *piscopi dicto num.3. lit.A.* adeout majori Jure veniant repellendi, ex notatis per *Farinacc. de Testibus quæst.65. num.2. Rot. dec.73. numer.20. part.19. rec. & in Romana Pecuniaria 1. Decembris 1692. §. Nam quatenus cor. bo. mem. Benincasa*, non etiam prætermisso, quod ubi adhuc dicti Testes essent majores omni exceptione, nec tamen attendendi forent in concursu aliorum, qui fuerunt ad instantiam
22 Archiepiscopi examinati, cum illi deponant de facto proprio affixionis, & habeant pro se assistentiam Juris, ad *Text. in cap. Licet Causam §. Ex præmissis, ubi Abb. num.5. de probat. Felin. in cap. auditis num.5. de præscript. Rot. cor. Buratt. dec.572. num.14. & in Constantien. Decimarum 4. Julii 1696. §. Et prædictis, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Sabinen. seu Civitatis Castellanæ Inundationis 27. Januarii 1698. §. Sed propterea, cor. R. P. D. meo de la Tremoille, & in Leodien. Jurisdictionis 15. Martii currentis anni §. Hinc evanescunt, cor. R.P.D. meo Scotto.*

Nec prætensi consensus petitio, facienda per Archiepiscopum, cohonestari valet, ex quo decens, ac congruum videatur, ut Canonici certiores fiant de omnibus, quæ in Ecclesia
23 geruntur, cum illius Domini dicantur, & ad Capitulum spectet Administratio omnium rerum, & negotiorum, quæ intus illam explentur, *cap. Prælatum il secondo de Testamen. Tondut Quæst. Benefic. tom.1. cap.1. num.9. Rota dec.4. num.12. cor. Cæsar. de Graff. & in Tarraconen. Juris congregandi 4. Julii 1674. §.1. cor. bon. mem. Albergato*, & plenè *in Seguntina Præeminentiarum 17. Martii 1681.* §. *E contra, cor. bon. mem. Rondinino, & in Gerunden. Anniversariorum 29. Novembris 1683. §. Quo posito, cor. bon. mem. Ursino*, & in terminis Capituli Tarraconen. quod habeat Dominium, & universalem Administrationem Ecclesiæ Metropolitanæ, firmavit eadem *Rot. in Tarraconen. Capellarum 18. Februarii 1636. §. Quo verò, coram bon. mem. Pirovano* confirmata *cor. Merlin. inter illius impressas decis.728.*

Quandoquidem omisso, quod Lis, in qua emanarunt prædictæ *Decisiones*, vertebatur inter dictum Capitulum, & Confraternitatem Beatæ Mariæ, seu Presbyterorum, super administratione Capellarum de fundatione Ar- 24
chiepiscopi Teres, ideoque nullo modo afficere valet Archiepiscopum in illa non citatum *ad l.1. & tot. tit. Cod. res inter alios acta Rota dec.201. num.17. part.19. recent.* & alibi passim, adhuc respondetur, quod licet administratio, & Gubernium Ecclesiæ Cathedralis spectet ad Capitulum, non inde tamen sequitur, quod Archiepiscopus nequeat Edicta intra ejus ambitum absque illius consensu affigere, cum certum sit, quod in iis, quæ 25
pertinent ad exercitium Jurisdictionis Ordinariæ, qualis est affixio Edictorum, Jus assistit Archiepiscopo absque consensu & licentia Capituli *Barbos. de Potest. Episcop. allegat.80. num.2.* & in puncto publicationis Edictorum in Cathedra vulgo *Pulpito*, legendo- 26
rum in Metropolitana Ecclesia tenet *Saravia de adjunct. quæst.34. num.29. & 47.* ubi quod Constitutiones Synodales, de recognoscendis Edictis per Decanum, seu Capitulum sunt revocatæ. Quinimmò quod nec Jurisdictio, quæ 27
competit Decano favore Cultus Divini, eidem censeatur concessa privativè quoad Ordinarium, tenent *Aretin. consil.102. num.1. Bursatt. consil.391. num.10. & sub num.27. versic. nec quartum lib.4. Saravia de adjunct. dicta quæst. 34. num.34. Rot. dec.533. num.2. part.2. rec. & in Derthusen. Jurisdictionis 28. Januarii 1697. §. Ex quibus cor. R. P. D. meo Pio*, cum ad effectum impediendi Jurisdictionem Archiepis- 28
copo, Capitulum probare debeat Dominium, & Jus in Ecclesia ad omnes effectus sibi competere *Rota dec.304. num.5. part.11. recent. & coram Priol. dec.340. num.5.*

Demum nec suffragatur, quod Edicta pro indicendis concursibus ad Parochiales vacantes, plerumque affigi soleant ad valvas Eccle- 29
siæ Cathedralis, ut referunt *Zerol. in Prax. Episcop. part.1. V. Paroch. §. Ad secundum fol.346. Barbos. in Collectan. ad Concil. Trid. sess.24. de reformat. cap.18. num.45. & de Offic. & potest. Paroch. part.1. cap.2. numer.40.* Quoniam cum super affixione hujusmodi Edi- 30
ctorum tam Bulla B. *Pii V.*, quàm *Concil. Trident.* deferant consuetudini Regionis, ibi: *Pro Regionis more*, & Archiepiscopo de cætero assistat observantia, & usus, eadem Edicta affigendi sine licentia Capituli intus Ecclesiam in loco dicto *Tras Choro*, hujusmodi usus, & consuetudo servari debet, ut mo- 31
net *Garz. de Benefic. tom.2. part.9. cap.2. de form. servand. in Provision. Parochial. num.37. Pax. Jordan. Lucubr. tom.2. de Re Benefic. lib.10. tit.8. num.35. Salgad. de Reg. potest.*

part.3.

part.3. cap.9. num.50. & seq. Cardin. de Luc. in adnotat. ad Concil. Trident. discurs.32. n.3. & de Paroch. disc.37. num.6. & de Benefic. in Summ. num.307. Castropal. part.2. Oper. Moral. tract.13. de Benefic. disput.3. punct.2. §.1. numer.6.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Tirasonen. Portionis.

Luna 14. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Quando locum habeat *Regula 68.* Cancellariæ, De natura simultaneæ Collationis inter Episcopum, & Capitulum, quid operetur ejus divisio per Turnum, & an talis divisio requirat approbationem Apostolicam.

SUMMARIUM.

1 Reg.68. *Cancellariæ inducit tantùm reservationem Beneficiorum, de quibus per Ordinarios Collatores, vel non fuerit dispositum, vel minus validè.*

2 *Ex defectu justificationis Gratia Provisi à Papa executionem non meretur.*

3 *Jus Collationis simultaneæ, per obitum Episcopi, consolidatum remanet in Capitulo.*

4 *Concordia super Turno est maximè attendenda, ad effectum probandi Jus simultaneæ Collationis.*

5 *Episcopo tanquam informato de qualitate Beneficiorum suæ Diœcesis, in sui præjudicium testanti, est valde deferendum.*

6 *In divisione simultaneæ inter Episcopum, & Capitulum non requiritur S. Sedis approbatio.*

7 *Per lapsum duorum Sæculorum cum dimidio, & etiam minoris temporis, concurrente observantia, præsumitur Beneplacitum Apostolicum.*

8 *Divisio per Turnum inter Episcopum, & Capitulum nudo exercitio Juris conferendi, altero ex eis deficiente, Collatio pertinet ad superstitem per Jus non decrescendi, nec in ejus præjudicium intrant Regulæ reservatoriæ.*

9 *Declaratur* Decis. in Palentina Canonicatus 6. Februarii 1696. coram Ulmo, *confirmata* 14. Martii 1698. cor. Pio.

10 *Capitulum venit sub nomine Ordinarii Collatoris, quando illi competit facultas providendi vigore simultaneæ Collationis cum Episcopo.*

DECISIO XLIV.

DEcisum fuerat *coram Me sub die 7. Maji* anni præteriti non esse procedendum ad legitimam executionem literarum Josephi, quas esse exequendas pronuntiaverat *R. P. D. meus Ansaldus prævia Decisione edita sub die 23. Junii 1702.* Denuo consulti in hodierna audientia *DD.* censuerunt standum esse in Decisis.

Præmisso namque quod *Reg.68. Cancellariæ*, cui nitebatur Apostolica provisio Josephi inducit tantùm reservationem, quoad Beneficia, de quibus per Ordinarios Collatores, vel non fuerit dispositum, vel minùs validè, prout ex litera ejusdem Regulę observant *Decisio R.P.D. mei Ansaldi §. Ansam ambigendi, & Decisio, quæ revidetur §. Quibus proindè*, palam exindè sequebatur, quod cum Capitulum Tirasonen., indubitanter haberet jus simultaneæ Collationis Beneficiorum cum Episcopo, validè proculdubio potuerit conferre controversam Portionem ad favorem Pauli Michaelis, & per consequens verificata minimè remanserit, narrativa, facta Pontifici per Josephum, quod nemo præter ipsum Pontificem prædictam Portionem conferre potuerit, ut proindè ex defectu debitæ justificationis, gratia ejusdem Josephi nullam promereatur executionem ad monitum *Textus in cap.1. de lit. contest. in 6. Rot. cor. Bich. dec.285. n.1. cor. Priol. dec.38. & dec.467. utrobique num.1. cor. fan. mem. Alex.VIII. dec.132. num.4. in recent. dec.108. num.5. part.10. in Valent. Benefic. 26. Februarii 1697. §. Ratio resolutionis, cor. R.P.D. meo Priolo in Hipporegien. Præpositura 27. Junii 1698. §. Fundamentum, in fine, coram R. P. D. meo Pio, & in Cracovien. Canonicatus 13. Junii 1701. §. Probabitis namque, cor. R. P. D. meo Ansaldo.* 1 2

Idque procedere posse visum fuit, etiamsi vacatio prædictæ Portionis contigerit in mense Novembris anni 1700. reservato Sedi Apostolicæ, ex vi alterius *Regulæ 8. hodie 9.* Quia cum de eo tempore Sedes Apostolica Supremo Pastore destituta reperiretur, quæcumque reservationes, & Regulæ Cancellariæ cessaverant, factusque fuerat locus conferendi, etiam in mensibus alias reservatis, ad liberam voluntatem cujuscumque Ordinarii Collatoris, quale profecto dici poterat Capitulum simultaneam Collationem habens cum Episcopo, & ad ejus favorem per ejusdem Episcopi obitum secutum paulo post vacationem controversæ Portionis consolidatum remanserat Jus conferendi, juxta communiter firmata per *Lar. de Anniver. & Capell. lib.2. cap.10. numer.8. Gonzal. ad Reg.8. Cancel. gloss.5. proœm. num.46. & seq. Ventrigl. in Prax. for. Eccles. lib.2. adnotat.2. de reserv. Benefic. §.2. n.71. Marchet. de Vicar. Capitular. part.2. tit.32. ex num.26. cum seqq. Pyrr. Corrad. in Prax. Benefic. lib.3. cap.7. num.71. Card. de Luc. de Benefi. disc.16. num.8., & disc.31. num.4. & 5. Rot. dec.980. num.6. coram Seraphino dec.192. num.4. & 5. coram Millino, & dec.635. n.10. & 11. part.18. & dec.121. n.8. & seq. part.19. recent.* 3

Hoc autem Jus simultaneæ Collationis satis superque DD. probari visum fuit, ex antiquissima concordia inita de anno 1446. inter Capitulum, & Episcopum, in qua præsupponitur Jus simultaneum conferendi, & ad consulendum bono pacis, & tranquillo Ecclesiæ statui, divisa fuit per Turnum collatio Canonicatuum, Portionum integrarum, & dimidiarum, nec non Capellaniarum, quę quidem concordia ad effectum probandi Jus simul- 4

simultaneæ Collationis maximè venit attendenda, prout ex *Rota coram Seraphin. dec.980. sub n.12. animadversum fuit in Decisione diei 7. Maji 1703. coram Me in §. Objectum enim.*

Accedentibus præsertim nedum pluribus Collationibus Canonicatuum, Portionum, & Capellaniarum secutis de annis 1654. 1680. 1684., & 1690. in quibus enunciatur, Jus conferendi esse simultaneum juxta Constitutiones Ecclesiæ, & prædictam concordiam; Verum etiam ex attestatione Moderni Episcopi asserentis, hoc simultaneum Jus ex inconcussa consuetu-
5 dine semper observari, cui tanquam verisimiliter informato de qualitate Beneficiorum suæ Diœcesis, & tanquam in sui præjudicium testanti, valdè deferendum esse monent *Rot. cor. Gregor. dec.58. num.3. coram Cavaler. dec.46. num.1. in rec. dec.152. num.5. & 6. part.7. dec.73. num.3. part.11. dec.162. num.7. part.12. dec.244. num.10. part.16. & in Mediolanen. Præpositturæ 3. Martii currentis anni §. Superaccedebant, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Non obstat, quod præfata concordia non sit munita Apostolicæ Confirmationis robore, proindequè attendi non debeat in præjudicium ipsius S. Sedis. Ultra quod enim Apostolica Confirmatio neutiquam necessaria apparebat in casu, de quo agitur, dum in memo-
6 rata Concordia nil novi tribuebatur Capitulo in præjudicium Apostolicarum reservationum, sed solum dividebatur exercitium Juris conferendi in suis mensibus, in quibus terminis nullum Beneplacitum, nullavè Apostolica confirmatio requiritur, ut ponderatum fuit in *Decisione* quæ revidetur §. *Minusque*. Adhuc removebatur objectum ex quo cum à die celebratæ concordiæ usque ad præsens effluxerint duo sæcula cum dimidio, eademque concordia ex Collationibus supra allatis observata dignoscatur, præsumendum est quodlibet opportunum beneplacitum, & Apostolicam Confirmationem intercessisse, prout de lon-
7 gè minori temporis lapsu concomitante observantia tradiderunt, *Grat. discept. for. cap.667. num.5. & cap.893. num.17. Gonzal. ad Regul.8. Cancell. glos.12. num.76. & seq. Marescott. Var. Resolut. cap.13. lib.1. num.9. Rot. dec.803. numer.15. coram Emerix jun. dec.39. n.12. coram R.P.D. meo Ansald. in rec. dec.155. numer.89. part.19. & dec.533. num.17. part.18. cum aliis in dicta Mediolanen. Præpositturæ 3. Martii præteriti §. Validius, coram R.P.D. meo Ansald.*

Minus obstat, quod vacatio Portionis controversæ contigerit in Turno Episcopi, ac propterea deficiente ipso Episcopo, ante expletam Collationem, subintrare non potuerit Capitulum. Omisso namque, quod minimè probatur concludenter, ut opus est, præfatam vacationem fuisse secutam in Turno Episcopi, adhuc tamen DD. ea peculiaris arrisit responsio, quod cum in præsenti non fuerit per Turnum divisa ipsa proprietas conferendi, sed tantùm nudum ipsius exercitium, exindè
8 sequitur, quod proprietas, seu substantia Jurisconferendi insolidum remanserit penes utrumque Collatorem, Episcopum nempe, & Capitulum, quæ per divisionem prædictam ab ipsis abdicata non fuit, itaut altero ex eis deficiente, collatio pertineat ad superstitem per viam Juris non decrescendi, nec in ejus præjudicium intrent Regulæ Reservatoriæ, ac propterea etiamsi vacatio successerit in Turno Episcopi, adhuc ob illius obitum, jusconferendi consolidatum remanserat in Capitulo, quod Jure independenti, & tanquam proprius, & Ordinarius Collator, conferre poterat, ex frequenter animadversis *per Gonzal. ad Reg.8. Cancel. glos.45. §.3. num.48. & seqq. Garz. de Benefic. part.5. cap.1. ex n.234. & seqq. Tondut. Quæst., & Resol. Benef. part.2. cap.3. §.8. num.39. Rot. cor. Seraphin. dec.980. num.11. & cor. Millino dec.173. n.5.*, & firmat *Decisio, quæ revidetur §. Cessare.*

Atque hinc denuò visæ sunt inapplicabiles authoritates in contrarium adductæ, & signanter *Decisio in Palentina Canonicatus 6. Februarii 1696. coram R. P. D. meo dell' Olmo Magno Cancell. Mediolanen.* confirmata 14. *Martii 1698. coram R. P. D. meo Pio*, quæ est inter recollectas post *Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. dec.23.* Etenim vel loquuntur in terminis devolutionis factæ ad Superiorem, 9
ob non collatum Beneficium tempore habili ab eo, qui reperiebatur in Turno, vel in casu, quo Sedes Apostolica non vacaverit, ut respondet *Decisio coram Me, ædita sub die 7. Maji 1703. §. Cæterum. Decisiones* verò in Causa *Palent. Canonicatus cor. RR. DD. meis Olmo, & Pio* potius retorquentur, ibi enim legitur pro fundamentali ratione, quod ratificatio facta à Capitulo, quod erat in Turno, & ad quod pro illa vice vigore simultaneæ spectabat jus conferendi, non poterat in consideratione haberi ad convalidandam Collationem, nulliter ab Episcopo in Turno non existente expletam, eo quod fuerit emissa Sede Apostolica jam plena, & sic postquam Pontifex Jus suum reassumpserat, itaut videatur, quod præfatæ *Decisiones* admittant, quod si Capitulum ratificasset, Sede Apostolica adhuc vacante, utique substineri potuisset memorata Collatio, & sic eædem *Decisiones* longè diversæ sunt à casu nostro, in quo facta fuit Collatio, utraque Sede, Pontificia nempe, & Episcopali vacante, in quibus terminis cessantibus quibuscumque Regulis Reservatoriis, liberæ undequaque remanent manus cujuslibet Ordinarii Collatoris, sub cujus nomine ve- 10
nit etiam Capitulum, quando illi competit facultas providendi vigore simultaneæ Collationis cum Episcopo, ut probant authoritates supra recensitæ *in §. Idque procedere*, & expressè admittit ipsamet *Decisio Palent. Canonicatus 6. Februarii 1696. §. Minus autem, cor. prælaudato Magno Cancell. Mediolan.*

Et ita DD. remissivè in reliquis se habentes ad præteritam meam *Decisionem* resolverunt utraque &c.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Valentina Jurisdictionis.

Lunæ 6. Aprilis 1699.

ARGUMENTUM.

Quæ Jurisdictio tributa censeatur Rectori Colle-

legii, de quo agitur, in Constitutionibus, in illius limine authoritate Apostolica conditis; quæque Ordinario reservata.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet de Jure fundatam intentionem exercendi in omnibus locis suæ Diœcesis omnimodam Jurisdictionem.*

2 *Contra dispositionem Constitutionum alicujus Collegii, quæ fuerint per Papam approbatæ, non valet Ordinarius Jus aliquod exercere.*

3 *Etiamsi obstet Sacror. Canonum resistentia.*

4 *Quicquid non legitur alteri expressè concessum, censetur Ordinario reservatum.*

5 *Ex facultatibus Rectori Collegii, de quo agitur, concessis, quæ hic recensentur, nulla Jurisdictio contentiosa promanat, sed tantùm quædam præeminentialis prærogativa, & œconomica majoritas,* & num.7. & 11.

6 *Obedientia, & obsequium habenti primam Sedem, & Dignitatem Officii debentur.*

8 *Causarum criminalium cognitio nunquam ab Ordinario abdicata censetur, nisi specificè, & nominatim exprimatur.*

9 *Privilegium exemptionis ita debet interpretari, ut minùs, quam fieri possit, Jurisdictionem Ordinarii lædat.*

10 *Cognitio, & punitio gravium criminum ad Ordinarium spectat, ad differentiam levium delictorum.*

12 *Valet argumentum à contrario sensu in concessionibus, Sententiis, & Contractibus etiam stricti Juris.*

13 *Declara in actibus ejusdem generis, secus in aliis.*

14 *Si quid alicui fuit limitatè reservatum, extra reservatarii Dominium dicitur totum id, quod in reservatione expressè non continetur.*

DECISIO XLV.

JUrisdictionalis controversia circa Visitationem exorta in anno 1653. inter Archiepiscopum Valentinum, & alios Convisitatores Collegii, seu Seminarii Corporis Christi, summa cum laude de anno 1594. in executionem *Sac. Concil. Trident. in cap.18. sess.23. de reformat.* fundati à piissimo, & in ævum colendæ mem. Joanne de Ribera, Patriarcha Antiocheno, & Archiepiscopo Valentino, devoluta fuit ad nostrum Tribunal, prout videre est in *Decisione edita coram Peuting.* inter ejus impressa *la* 480. silvitque postmodum per multum tempus hæc causa, donec occasione nonnullorum actuum gestorum in Curia Archiepiscopali, suspicantes Rector, & Collegiales, velle iterum modernum Reverendissimum Archiepiscopum exercere Jurisdictionem in præfatum Collegium, curavit vigore litis pendentiæ contra eum expedire consuetam Rotalem citationem cum inhibitione, qua in actis post præsentationem reproducta, prævia *Decisione edita coram R. P. D. meo Priolo sub die 14. Februarii anni præteriti* pronunciatum fuit per Sententiam, Archiepiscopo non competiisse, nec competere aliquam Jurisdictionem in dictum Collegium, ejusque Collegiales, Officiales, & Ministros, nisi in actu Visitationis, & una simul cum Convisitatoribus. Sed cum ob inordinatum processum, ex quo prædicta citatio cum inhibitione Rotali non fuerat præsentata Archiepiscopo, nec ejus Procuratori Fiscali, sed solùm Vicario, & Gubernatori Generali Archiepiscopatus, recursum interposuerit idem Archiepiscopus ad Signaturam Justitiæ, quæ rescripsit ad *Rotam* ex integro, mihique extiterit causa commissa, iterùm proposui antiquum Dubium, *An Archiepiscopo competat Jurisdictio in Collegium extra Visitationem, super quo Consultis DD. in hodierna audientia, responsum habui, Jurisdictionem competere juxta modum infra exprimendum.*

Non enim aliquod emersit dubium circa præliminarem juris theoricam, juxta quam Reverendissimus Archipræsul dicitur de jure habere in hac materia fundatam intentionem pro exercitio omnimodæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ in omnibus locis piis, sitis intra suam Diœcesim, multoque magis in Ecclesiis, & Collegiis existentibus in Civitate Valentina, 1 ad effectum illa visitandi, Causas civiles, & criminales cognoscendi, aliaque peragendi, quæ Pastorali Officio incumbunt respectu fori Ecclesiastici, tam inspecta dispositione Juris communis per *Text. in cap.1. & cap. conquerente 16. de Offic. Ordinar. capit. Cum Venerabilis 7. de relig. dom. cap. cum personæ, de privil. in 6. Can. omnes Basilicæ 16. quæst.7. Barbos. de Potest. Episcopi part.3. alleg.125. num.28. & lato calamo dictum fuit in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 13. Junii 1692. §. Ex qua situatione, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Posita igitur, utraque cor. Me,* quàm attenta speciali sanctione *Sac. Conc. Trident. sess.24. cap.20. de reformat. ut probant mox relatæ authoritates,* quibus attentis nulla videbatur adesse difficultas respondendi, competere de jure Archiepiscopo plenariam Jurisdictionem in prædictum Collegium.

Attamen quia in illius erectione piissimus Antistes fundator supplicavit sanct. mem. Clement. VIII. Summo Pontifici tunc temporis, ut pro salubri illius regimine posset condere nonnullas leges, seu constitutiones, quas post obtentam opportunam facultatem compilavit in quodam libro, typis mandato, quibus inhærendo, juxta ea, quæ in antecedenti instantia proponebantur, solùm à Defensoribus Collegii (moderno Archiepiscopo non informante) *Sacra Rota coram R. P. D. meo Priolo* censuit, eidem esse denegandam Jurisdictionem extra visitationem, ex ratione, quod quando authoritate Pontificia in limine fundationis factæ fuerunt pro regimine Collegii, certæ, & determinatæ constitutiones, tunc Ordinarius contra illarum dispositionem non 2 valeat jus aliquod exercere supra illos de Collegio, ad tradita per *Gloss. in cap. de Monacis 12. V. de proventibus vers. si habent Ecclesiam ex concess. Episcoporum, si certa forma fuit apposita, illa servetur, de præben. Oliva de for. Eccles. part.3. quæst.34. num.38. Gonzal. ad Reg.8. Cancell. Gloss.5. in princ. num.4. Rot.*

coram

coram Cerro dec.161. n.7. cor. Bich. dec.448. numer.3.

Etiam si resistant sacri Canones, tribuentes Ordinario dicti Juris assistentiam, quia hæc silet, nec operatur suum effectum in illis
3 locis, ubi adsunt leges, seu fundamentales constitutiones approbatæ per Sedem Apostolicam *Corn. consf.193. num.5. Gratian. discept. foren.270. num.4. & 5. Frances de Eccles. Cathedr. cap.31. num.20. Rota dec.157. sub n.2. coram Coccin. cum aliis novissimè allegatis in Dertusen. Jurisdictionis* 28. *Januarii* 1697. §. *Consulto, coram R.P.D. meo Pio.*

Propterea hodie ad instantiam moderni Archiepiscopi, & Collegii iterum ex integro examinata per DD. hujus Causæ materia, ad limites fundamentalium constitutionum ejusdem Collegii, jure meritò dixerunt pertinere ad Archiepiscopum Jurisdictionem in Collegium juxta modum, scilicet quod Archiepiscopus illam valeat exercere extra visitationem in Causis contentiosis, civilibus, criminalibus, & mixtis, secus autem in aliis non contentiosis respicentibus solùm observantiam constitutionum, gubernium Collegii, servitium Ecclesiæ, & Chori, de quibus Rector ejusdem cognoscere possit, cum recursu ad visitationem certo tempore, & cum personis à Fundatore designatis, faciendam ad formam constitutionum in limine fundationis editarum.

Et sanè medullitus, ac singillatim introspectis dictus constitutionibus datis in *Summ. Archiepiscopi à num.1. ad nonum*, nullibi legitur fuisse interdictum Archiepiscopo, quo minus ipse extra visitationem posset exercere suam Ordinariam Jurisdictionem, pro delictis commissis à Collegialibus, in iis, quæ regulas, seu constitutiones Collegii non concernunt, & pro quibus Juris ordine servato procedendum est ad vindictam. Undè succedit recepta in hac materia propositio, quod quicquid in fundatione non legitur expresè con-
4 cessum Rectori, censeatur Archiepiscopo reservatum ex causa universali suæ Ordinariæ Jurisdictionis, omneque omissum, tacitum, vel ambiguum relictum dicatur sub dispositione Juris communis juxta *Doctr. Anchar. in cap. postulasti vers. quicquid per exemptionem de for. compet. & in cap.2. sub num.50. de constitut. Cocchier de Jurisdict. in exempt. part.2. quæst.45. num.12. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.24. num.96. in d. Gerunden. Jurisdictionis* 13. *Junii* 1692. §. *Ac per consequens, coram Me, & in Baren. Jurisdictionis* 26. *Aprilis* §. *Neque juris assistentiam, cor. bon. mem. Ursino, & in Dertusen. Jurisdictionis super gravibus* 4. *Maji* 1697. §. *Cum ergo, cor. R.P.D. meo Pio.*

Absque eo quod obicem præstent præeminentiales prærogativæ concessæ Rectori per Fundatorem in *cap.5.* ubi stabiliens Officium illius statuit in §.1. quod Rector sit Caput Collegii, in §.2. quod in Capitulis, & Congregationibus sit præsidens, habeatque primum votum cum qualitate prælationis in casu paritatis, in §.3. quod sit super intendens in omnibus, quæ respiciunt Beneficium spirituale, & temporale Collegii & Capellæ, quodque omnes Personæ Collegii illi pareant, & obsequantur, in §.4. quod debeat summopere invigilare servitio Chori, & Ecclesiæ ad hoc, ut Divina Officia cum omni majori cultu, & devotione celebrentur. Quoniam 5
censuerunt Domini has præeminentias, & omnes alias concessas Rectori, non significare, fuisse eidem datam aliquam Jurisdictionem contentiosam, sed solùm præseferre quamdam superioritatem, & majoritatem Æconomicam quoad regimen spirituale, & temporale Collegii, & Ecclesiæ, ac personas illius ad hoc, ut Divina Officia cum omni possibili cultu, & perfectione celebrentur, in quo consistit principalis intentio piissimi fundatoris, & ipse se explicat in *d.* §.4. ibi -- *per il primario di questa nostra fondatione*, & ad hunc finem mandavit in citato §.3. quod ab omnibus personis Collegii præstaretur obedientia, & obsequium Rectori, ibi -- *di maniera, che da tutti sarà obedito, e rispettato* -- Obedientia enim in subjecta materia debetur Rectori in signum superioritatis & regiminis ei commissi, prout etiam respectus, & obse- 6
quium ob excellentiam personæ habentis primam Sedem, & Dignitatem Officii, ut in simili explicant *Bald. in l. liberti, libertæque n.10. Cod. de Oper. Pub. libert. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.16. n.121. Div. Thom. 2. 2. quæst.102. art.2. in Corpor.*

Nec major vis fieri potest in *d.* §.4. ubi Rector circa regimen Collegii, Ecclesiæ, & Chori deputatur ordinarius, & perpetuus Visitator, ibi: *Si tenga per Ordinario, e perpetuo Visitatore, come deve essere, poichè a sua carica sta la sopra intendenza di tutto quello, si deve fare in questa Casa, tanto nel servizio della Chiesa, come negli altri ministerj.* Nam fundator non constituit Rectorem Ordinarium, & perpetuum Visitatorem, cum intentione, quod voluerit à se abdicare Jurisdictionem contentiosam in Causis Civilibus, & Criminalibus, eamque in Rectorem tran- 7
sferre, sed solum ad hoc, ut ipse esset perpetuus domesticus Gubernator, ac continuus Visitator, & speculator, diu, noctuque vigilans circa bonum regimen Collegii, & disciplinam Collegialium, & observantiam Constitutionum, & nè in exercitio Chori, & servitio Ecclesiæ introducerentur abusus in præjudicium Cultus Divini, qui semper in summa perfectione consistere, & continuare deberet, prout toto conatu desiderabat, & commendavit Religiosissimus Fundator.

Quodque ipse intellexit solum concedere Rectori illam superioritatem, & authoritatem necessariam pro bono regimine Collegii, & Ecclesiæ in casibus expressis in Constitutionibus, & juxta modum in eisdem stabilitum, manifestè comprobatur ex *d. cap5.* §.3. ubi postquam locutus fuit Archiepiscopus Fundator de superintendentia, & superioritate Rectoris sic disposuit quoad ejus usum, *intendendosi, che ha da procedere conforme all' ordine, che diamo in queste nostre Costitutioni*: ex quibus cum superintendentia concessa Rectori restrictionem patiatur, juxta subjectam materiam singularium Constitutionum, & ad ordinem procedendi in eisdem præscriptum, utique

que

que comprehendere nequit majora, feu diversa ab expreffis in dictis Conftitutionibus, in præjudicium Archiepifcopi, habentis fundatam intentionem in Univerfali, & Ordinaria Jurifdictione contentiofa in caufis criminalibus, quarum cognitio nunquam ab Ordinario abdicata cenfetur, nifi fpecificè, &
8 nominatim exprimatur, non autem fub involucro verborum *Lap. alleg.70. num.9. & 10. Rota coram Bich. dec.167. num.5. & dec.191. num.10. part.19. rec. & in dicta Baren. Jurifdictionis §. Nec majorem cor. bo. me. Urfino*, quinimmò dicta fuperintendentia, & fuperioritas taliter interpretari debet, ut minus
9 quam fieri poffit, lædat Jurifdictionem Ordinariam, competentem Archiepifcopo ex difpofitione Juris communis *Cochier. de Jurifdictione in exempt. part.1. quæft.2. num.7. & quæft.4. per tot. Lotter. de Re Benef. lib.1. quæft.23. num.24. Frances. de Ecclef. Cathedr. cap.30. à num.124. ad 133. & in dicta Gerunden. Jurifdict. 13. Junii 1692. §. Ac per confequens, coram Me.*

Præterea cum in dictis Conftitutionibus fuerit præfcriptus modus procedendi abfque compilatione proceffus, & fine examine Teftium, fed tantum per correctionem extrajudicialem, & infuper determinata fuerit contra Collegiales delinquentes certa qualitas pœnarum, prout funt jejunium in pane, & aqua, reclufio in propriam cellam, cum præcepto non egrediendi, expulfio ex gremio Collegii, *d. Summ. num.8.* §.4. quæ ultima pœna expulfionis ftabilita fuit omnium maxima, & infligenda dumtaxat in cafu, quo aliquis Collegialis fraterna monitus correctione non refipifceret, fed effectus effet incorrigibilis, illiufque inflictio refervata fuit Vifitatoribus cum voto aliorum Collegialium, *d. Summ. n.9.* §.8. Utique ex his clarè affequimur in eundem Rectorem per dictas Conftitutiones non fuiffe translatam Ordinariam Jurifdictionem contentiofam cognofcendi caufas criminales eorundem Collegialium, juxta qualitatem delictorum gravium, ad quorum punitionem procedendum eft judicialiter, & cum forma-
10 li proceffu, quæ omnia fpectant de jure ad Dignitatem Archiepifcopalem, ficuti ad differentiam punitionis delictorum levium fancitur *in cap. fin. de Offic. Archipresbyteri, ibique gloff. V. referant. Fagnan. in cap. Cum dilectus à num.28. ad 35. de refcript. Pyring. in decret. tit.23. num.2. & tit.24. §.2. verf. & quamvis, & in puncto Rot. dec.20. n.3. part.1. rec. & in Gerunden. Jurifdictionis fuper quinto dubio 27. Junii 1698. per tot. coram R. P. D. meo Caprara, & in d. Dertufen. Jurifdictionis fuper gravibus 4. Martii 1697. §. Quod ipfum etiam in fine, coram R. P. D. meo Pio*, ubi *§. feq.* optimè firmatur in terminis confimilium conftitutionum, quòd quemadmodum fuit conceffa alteri mulcta domeftica pro delictis levibus, ita cenfetur confultò omiffa in aliis delictis gravioribus.

Quæ omnia clariora redduntur ex Conftitutionibus ftabilitis in *cap.38. de expulfione Collegialium, d. Summ. num.9.* §.6. in quo cavetur poffe Collegiales expelli, quoties aliquis ex eis propter aliquod delictum fuiffet condemnatus in aliquo tribunali Ecclefiaftico, vel Seculari, & inter delicta gravia exprimitur concubinatus, addita declaratione, quod in tali cafu dum Collegialis delinquens erit carceratus in prædictis Tribunalibus, fpolietur habitu Collegiali, & in nihilo poffit fubveniri à Collegio, ex quo palam fit, Fundatorem non privaffe alios Judices fua Jurifdictione in Collegiales delinquentes concubinatu, vel aliis delictis gravioribus, neque intellexiffe penes Rectorem Collegii refidere debere Jurifdictionem criminalem contentiofam, aliàs injunxiffet, delinquentes poffe retineri carceratos intra Collegium. Quinimmo cum in præcedenti *capite* 37. loquendo de pœnis Collegialibus delinquentibus infligendis exprefsè prohibuerit retentionem carceris in eodem Collegio, ut patet ex *d. Summ. num.8.* §.4. ibi: *perchè non è noftra intenzione, che vi fia Carcere in quefta Cafa*; exinde fequitur, Fundatorem noluiffe concedere Rectori Jurifdictionem criminalem contentiofam in præjudicium fuæ Dignitatis Archiepifcopalis, & fuccefforum in ea, nec Collegiales effe exemptos à Jurifdictione Ordinarii in gravibus delictis ab eis perpetratis. Immo dicendum eft, pro his puniendis voluiffe Jus fuum intactum relinquere Ordinario, ad præfcriptum *Sacr. Conc. Trident. in feff.24. capit.20. de reform.* 11

Firma igitur ex hucufque perpenfis remanente Jurifdictione contentiofa favore Archiepifcopi extra Vifitationem in Criminalibus, confirmata etiam ex obfervantia refultante ex actibus, de quibus teftatur Philippus Amoros Notarius Curiæ Ecclefiafticæ Valentiæ, ut refertur *in Summ. Archiepifc. num.*10. Multo minùs dictæ Conftitutiones eidem Archiepifcopo adverfantur in civilibus, quia ex illarum lectura dignofcitur, nullam etiam fuiffe tributam Rectori facultatem circa cognitionem contentiofam Caufarum civilium, & proindè quo ad iftas remanet quoque illæfa affiftentia juris, militantis pro dicto Archiepifcopo, ex Doctrinis fuperiùs allegatis.

Non obfiftente, quod cum in eifdem Conftitutionibus fuerit eidem Archiepifcopo exprefsè refervatum Jus explendi Vifitationem Collegii cum duobus aliis Convifitatoribus; hinc cenfeatur generaliter illi denegatum exercitium fuæ Ordinariæ Jurifdictionis contentiofæ, tam in Criminalibus, quàm in Civilibus extra Vifitationem, argumento ducto à contrario fenfu, quod in conceffionibus, 12
Sententiis, & Contractibus etiam ftricti Juris valet per *textum in l. inter Socerum 26. §. Cum inter ff. de pact. dotal. Surd. dec.202. num.11. & 12. Rota dec.22. num.7. cum feqq. coram Ubago, & in Vicen. Scribaniarum fuper bono Jure 27. Junii 1692. §. Indeque de plano, coram Urfino*.

Etenim objectum tunc urgeret, quando verfaremur in eodem genere Jurifdictionis, quod fcilicet Rector Collegii vigore dictarum Conftitutionum poffet illam quoque exercere in actibus contentiofis, tam Civilibus, quàm 13
Criminalibus, fed cum ex fuperiùs ponderatis Jurifdictio Rectoris refpiciat diverfa, & non fe extendat, nifi ad ea, quæ concernunt ob-

servantiam Constitutionum, gubernium ejusdem Collegii, & Ecclesiæ, quam Domini salvam illi præservarunt cum recursu ad dictam Visitationem demandatam à Fundatore, & in hoc stetit modus supra insinuatus, juxta quem DD. censuerunt, temperandam esse Jurisdictionem Archiepiscopi, habentis intentionem fundatam in Jure, ex inde sequitur, quod dictum argumentum à contrario sensu non procedit in nostra hypothesi, sed consonat alia Juris propositio, quod quicquid
14 alicui fuit limitatè reservatum extra Reservatarii dominium dicitur esse totum id, quod in reservatione expressè non legitur concessum *per textum in l. nam quod §. fin. ff. de pœn. legat. Paris. cons. 33. n. 59. vers. & quia lib. 3. Rot. dec. 150. n. 2. part. 16. & dec. 107. n. 8. & dec. 790. n. 38. part. 18. rec. & in d. Vicen. Scribaniarum 27. Junii 1692. §. Potissimum cor. bon. mem. Ursino*; adeout Archiepiscopo semper illæsa remanserit sua Ordinaria Jurisdictio extra Visitationem in Causis contentiosis Civilibus, Criminalibus, vel mixtis, & dumtaxat limitata in favorem Rectoris Collegii in aliis non contentiosis, respicientibus solùm observantiam Constitutionum, bonum regimen Collegii, servitium Ecclesiæ, & Chori, juxta regulas, & Constitutiones fundamentales ejusdem Collegii.

Et ita resolutum fuit, utraque Parte acerrimè informante &c.

Rmo P. D. URSINO DECANO.

Urgellen. Servitutum.

Ven. 15. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

In concernentibus Cultum Divinum inducitur Servitus ex multiplicitate actuum, & continuata possessione, etiamsi ab initio causam habuerit voluntariam. Ecclesiæ in possessione existenti indubitanter conceditur manutentio, & possessio acquisita contra singulos, uti de Corpore Universitatis, est manutenibilis etiam quo ad omnes. Ex quibus dicatur aliquid gestum fuisse coactivè, non facultativè.

SUMMARIUM.

1 *Servitutem alleganti incumbit onus probandi coactionem, sine qua induci non potest consuetudo aliqua restrictiva libertatis.*

2 *Potissimè agendo contra Communitatem, cui non ita de facile per actus, gestos à particularibus, præjudicium infertur.*

3 *Quoties dubitatur, an aliquid gestum fuerit ex voluntate, vel etiam obligatione, recurrendum est ad conjecturas.*

4 *In respicientibus Cultum Divinum præsumitur, actum fuisse gestum animo se in futurum obligandi, quamvis initium fuerit facultativum.*

5 *Et in hac materia manutentio concedenda est Ecclesiæ in possessione existenti, ne debito servitio spolietur.*

6 *Graduum, & ordinum distributio Ecclesiasticam unitatem conservat.*

7 *Si post contradictionem sequatur acquiescentia, fortius redditur Jus in possessione existentis, & n. 8.*

9 *Non attenditur qualitas certarum personarum, sed effectus Causæ universalis, & num. 12.*

10 *Possessio acquisita contra singulos ratione Causæ universalis, constituit agentem in quasi possessione manutenibili quoad omnes.*

11 *Temporalis deputatio, & taxatio Salaris respicit particulares personas Officialium, quibus ratione laboris aliquid subministrandum est.*

13 *Electio involvens præjudicium, & Servitutem odiosam, absque consensu Electi facta, & ab eo absque repugnantia acceptata, censetur potius provenire ex Causa necessaria, quàm voluntaria.*

14 *Testibus numero pluribus, & in proprium præjudicium deponentibus, est maximè deferendum.*

15 *Qui fatetur errorem in aliquo actu, fatetur etiam obligationem illum exercendi.*

16 *Deficere in adimplemento non dicitur qui implere non tenetur.*

17 *Supplicare pro reintegratione, gratias agere, pati mulctam, excludunt materiam facultativam.*

18 *Assumptio dicitur necessaria, quando originem trahit à participatione emolumentorum, & correspectivè ad illam est facta.*

19 *Quando Massa Capitularis sit distincta à Massa distributionum.*

20 *Penes Capitulum residet potestas regendi Ecclesiam, & statuendi circa Chorum, ejusque Servitium.*

21 *Quam Capituli Jurisdictionem impugnare nequeunt Beneficiati, qui in eorum ingressu promiserunt sub Juramento obedientiam eidem Capitulo, tanquam Superiori, & observantiam Statutorum, aliarumque ordinationum Capitularium.*

DECISIO XLVI.

INter cæteras Jurisdictionales prærogativas, quibus pollere contendit Capitulum Canonicorum Prælatorum Urgellen. erga Communitatem Beneficiatorum in eadem Cathedrali existentem (quarum aliquæ fuerunt à Rota canonizatæ *in Urgellen. Beneficii 22. Junii 1695. coram Me*, & de cæteris particularis controversia pendet *coram R. P. D. meo Priolo*) ea non inferioris notæ est, eligendi singulis annis tempore Paschali nonnullos ex Beneficiatis ejusdem Ecclesiæ ad certa Officia in Ecclesia, & Choro exercenda, duos scilicet pro Magistris Silentii, unum pro Magistro Ceremoniarum, alterum pro cantu Epistolæ, & alterum pro cantu Evangelii in diebus feriatis, & semiduplicibus, necnon alios pro assistentia præstanda Canonicis Prælatis in celebratione Missarum more Prælatitio, sicuti nonnullos pro aliis ministeriis Servitoriis, assistendi ostio Aulæ Capitularis, cujus præ-

præeminentiæ electivæ unà cum successiva univoca, & nunquam controversa Beneficiatorum acceptatione, cum Capitulum ab antiquissimo, & immemorabili tempore possessor reperiretur, ad illius tramites singulis annis electionem explere curavit, in qua tamen cum senserit se perturbatum anno 1691. ab universa Communitate Beneficiatorum, quæ occasione mulctæ impositæ cuidam ex Beneficiatis, cuncta officia acceptare recusavit, & à mulcta indicta appellationem interposuit, hinc judiciali instructa controversia in mero, & summariissimo possessorio, ob solemnem petitorii suspensionem utrinque concorditer factam, Capitulum obtinuit à *R. P. D. Gomez* Judice ab A. C. deputato, mandatum de manutenen. in quasi possessione habendi assistentiam Beneficiatorum in omnibus, & singulis functionibus, & officiis, pro quibus eliguntur per Canonicos quolibet anno tempore Paschali, & signanter pro cantu Epistolæ, & Evangelii in diebus feriatis, & semiduplicibus, pro Ceremoniarum, & Silentii Magistris, & pro assistentia præstanda Canonicis, & Dignitatibus Missam celebrantibus juxta consuetudinem Cathedralis Ecclesiæ Urgellen., ut ex tenore mandati, & assuetæ Sententiæ adversus exceptiones *Summ. hodierno Capituli num.4.* à quibus interposita per Beneficiatos appellatione, cum illius cognitio mihi à Signatura Justitiæ fuerit delegata, cum Clausula facultativa manutenendi quem de Jure, ad illius normam, usque sub die 27. Januarii, anni præteriti, Jura Partium proposui sub dubio -- *An, & cui esset dandum mandatum de manutenendo* -- ad cujus solidam discussionem cum PP. necessarium duxerint videre de bono jure, etiam ad effectum manutentionis; hinc post varia diffidia super dubio dando, & tandem de ordine *Rotæ* concordato in his præcisis verbis; *An, & de cujus bono Jure constet ad effectum manutentionis tantùm* -- illud identicè in hodierna Audientia repropofui, & sub sedula illius discussione responsum obtinui -- *Constare de bono Jure Capituli quoad cuncta officia respicientia servitium Chori, & Ecclesiæ, exceptis officiis assistendi Canonicis, & Dignitatibus Missam celebrantibus, & altero Janitoris, seu Assistentis ostio Aulæ Capitularis* - super quibus particularem disputationem reservarunt.

Et distinguendo sanè terminos præsentis controversiæ, PP. necessarium duxerunt præmittere, hodie quæstionem non cadere super Jure facultativo electionis in capitulo, minusque super facultativa acceptatione in Beneficiatis, quæ ultro, citroque admittebatur, prout etiam in illius sequelam, quod acceptato officio, illud ex quacumque causa dimitti non potest sine licentia Capituli, in quo legitimam facultatem residere agnoverunt, non solùm condendi, & promulgandi Constitutiones pro regulari officiorum exercitio, sed etiam delinquentes in munere assumpto mulctandi, & corrigendi; quia omnia hæc Jura respicientia debitum exercitium munerum acceptatorum, usque ad evidentiam probabantur Capitulo, & Canonicis pertinere, juxta documenta *in ejus Summ. n.17. & dub. seqq.* 19. 21. 25. 26. 29. & 30. in hac parte à Communitate Beneficiatorum non controversa, sed difficultatis cardinem unicè residere; An primæva officiorum acceptatio esset Beneficiatis facultativa, ex contractu locatitio, & conductitio operum, certo statuto salario intercedente, inter Capitulum, & Beneficiatos, vel procederet ab aliquo Jure coactivo, quod necessitatem acceptationis induceret, itaut illi etiam inviti officia subire teneantur; in quo puncto licèt regula stet contra servitutem, ex naturali libertate unicuique competente, itaut illam allegant incumbat probare actum servitutis, elicitum non modo facultativo, sed coactivo; quia sine 1
coactione induci non potest consuetudo aliqua restrictiva libertatis, ad sensum *Rot. coram Celso dec.393. num.10. & in rec. dec.254. num.2. part.10. & decis.115. num.21. part.14.* ubi etiamsi fuerit longissimi temporis, potissimè agendo contra Communitatem, cui non ita de facili per actus gestos à particularibus 2
præjudicium in re tam considerabili irrogatur, juxta *cons. Dec.215. num.5.* sequutum à *Rota dec.774. in fin. part.3. rec.* Attamen quia PP. universa documentorum mole perpensa, censuerunt ex facti circumstantiis, inferiùs perpendendis, acceptationem officiorum, uniformiter semper expletam à Beneficiatis, modum coactivum præseferre, sensum inclinarunt favore Capituli ad effectum tamen simplicis manutentionis, inhærendo regulæ, quod quoties dubitari contingit, an aliquid gestum fuerit ex voluntate, vel etiam obli- 3
gatione recurritur ad conjecturas, & circumstantias, ex quibus Judex unum, vel alterum arbitrari possit ad theoricam *Innoc. in cap. bonæ mem. il 2. glos.2. & 3. de postulat. Prælat.*, quàm sequitur *Bart. in l.1. §. Hoc interdicto, num.9. ff. de itiner. actuque privat. Nat. cons.522. num.9. in fin. Casanat. cons.39. num.48. & 49. Gratian. discept.681. n.6. & 7. unà cum Concord. Pen. dec.542. num. fin. coram Bichio.*

Et quidem primò concurrit ad assumptum longæva, & immemorabilis observantia acceptationis officiorum, de quibus res est, expleta semper, & univocè à Beneficiatis, absque eo quod doceatur aliqua eorum reclamatio, seu recusatio, *ut in Summ. Capituli n.16. & tribus seqq.* in quo designantur electiones quolibet anno tempore Paschali acceptatæ à Beneficiatis ab anno 1493. usque ad præsens, comprobatæ etiam à depositionibus Testium *eodem Summ. num.23. & seqq.* ex qua longæva consuetudine in respicientibus servitium Ecclesiæ, & Cultum Divinum, manutentio ritè concedi valet, non obstante dubio principii manantis ab actu facultativo, quia consuetudo favore Cultus Divini, & Causæ piæ 4
est obligatoria in futurum, quamvis habuerit causam voluntariam, quia ex actuum multiplicitate, & continuata possessione, favore piæ causæ præsumitur actum fuisse gestum, animo sese in futurum obligandi, ut optimè notant *Folin. in cap. ad Apostolicam n.3. de simon. Abb. in cap. suam num.9. eod. tit. Lagunez. de fructib. part.1. cap.33. §. unic. num.19. & seqq.* ubi quamplures allegat, & in

in puncto cantus Missæ *Guttier. Can. quæst. lib.2. cap.21. num.151.* & in puncto Clericorum in ipsa Ecclesia non intitulatorum, quòd teneantur continuare in assistentia Rectori celebranti pro Diacono, & Subdiacono, firmavit *Rota decis.365. num.6. part.2. rec.* ubi quod Canonicis servitutem præstando per tot tempora, visi fuerunt velle inducere talem consuetudinem, & obligationem in futurum, *& dec.54. n.8. & 9. part.4. tom.2. & dec.702. num.3. & seqq. part.4. tom.3.* & magistraliter *Rot. cor. Bich. dec.522. num.17. & dec.542. per tot.* ubi solidè materia enucleatur.

Et hoc in hac materia indubium est, quod donec disputari contingat de qualitate consuetudinis in concernentibus Cultum Divinum,
5 manutentio semper conceditur ad limites possessionis, nè Ecclesia solito cultu, & debito servitio præsertim ante Causæ *Decisionem* indebitè spolietur, ut ad propositum subdit *laudata dec.522. & 542. cor. Bich.* & firmatum fuit post *Posth. de Manut. dec.96. num.2. & 3. & dec.97. per tot. & in Nullius, seu Vicen. Processionum 28. Novembris 1687. in princ. & §. Atque ex hac longæva possessione, coram bo. me. Benincasa.*

Nec subsistit, quod in præsenti cesset ratio Cultus Divini, ex quo Beneficiati illi melius inserviant assistendo Choro, cui sunt peculiariter destinati ex Statuto Ecclesiæ edito anno 1340. & è converso servitium Ecclesiæ uberiùs adimpleretur, assumendo pro cæteris Officiis Presbyteros extraneos, quàm cumulando in eadem Beneficiati persona plura Officia, contra monitum D. Gregorii *in Can. singula dist.89.* quia præmisso, assertum Statutum anni 1340. nec fuisse exhibitum in forma probanti, nec usu receptum in Cathedrali Urgellen. quinimmò contraria consuetudine penitùs abrogatum, seu veriùs innovatum, ideoque in eo nullam vim fieri posse, hoc unum certum est, quod primæva Beneficiatorum destinatio post eorum erectionem secutam anno 1340. fuit ad inserviendum Capitulo, & eidem obedientiam præstandam in concernentibus servitium Chori, & Ecclesiæ, ut legere est *Summ. Capituli n.18. & 21. lit. C. §. Die 18. Aprilis* 1514. Ideoque cum ferè ab immemorabili consuetudine fuerint Beneficiati ex destinatione Capitulari electi ad Officia explenda in Ecclesia, in Choro, & pro Cultu Divino, hoc summopere tendit in illius augumentum, nec oritur exinde aliqua Officiorum confusio, quin potius unitas, & ordo Hierarchicus resurgit, juxta quem ab illo de gremio Capituli gradus, & ordines
6 assumendi sunt, quia graduum, & ordinum distributio inter Capitulares Ecclesiasticam unitatem conservat, ut ad literam ex auctoritate Gregorii, & Bonifacii cautum habemus *in Can. ad hoc dispensationis provisio dist.89.*

Minusque relevat quod consuetudo ista, quæ ob favorem Cultus Divini contenditur reduci in coactivam, non fuerit univoca, & nunquam interrupta, quia aliquoties assumpti fuerint Presbyteri extranei ad supplendam deficientiam Beneficiatorum, quia licèt aliquando, non quidem absolutè, & indistinctè, sed in casu præciso, quo Beneficiati tumultuariè deserentes Officia, nè Cultus Divinus detrimentum, & Ecclesia diminutionem servitii paterentur, Capitulum Capellanos cæteros provisionaliter elegerit, ut *in Summario Communitatis num. 5. lit. A. & numer.7. §. Super secundo, & §. Super tertio;* Non exinde tamen vel interrupta fuit consuetudo, vel destitutum jus coactivum favore Capituli, quia cum Beneficiati subinde officia reassumpserint, & quidem recognoscendo Capituli Jurisdictionem, & superioritatem, ut contigit in anno 1653. de quo infra differendum erit, ab hac contradictione cum subsecuta Be- 7
neficiatorum acquiescientia, fortior evadit quasi possessio Capituli, ut dixit *Adden. ad Gregor. dec.126. lit. C. Posth. de Manut. observ.53. num.28. & Rota in Barchinonen. Parochialis del Prato 13. Junii 1695. §. Non relevat, & 2. Decembris ejusdem anni §. Innegabilis, in fine cor. Me,* & deputatio illa provisionaliter, & usque ad exitum litis facta, minimè destruit jus coactivum Capituli, quin potius illud confirmat, dum in tanta temporis inter- 8
capedine unus, vel alter actus affertur, ex ipsomet facto Beneficiatorum revocatus, & elisus, ut observat *Rota dec.739. num.4. & per totam cor. Buratt. dec.214. num.3. part.4. tom.2. dec.107. num.12. part.7. & dec.160. numer.4. & seqq. part.10. rec.*

Denique nec urget, quod observantia etiam uniformiter inducta contra particulares Beneficiatos, nequeat constituere quasi possessionem contra Communitatem, & successores in ea. Quoniam licèt actus particularium Deputationum respexerint materialiter signatas Beneficiatorum personas, tamen in ratione formali afficiebant illas, uti de corpore Communitatis, & Communitatem respiciebant, ideoque inducta dicitur consuetudo eligendi Beneficiatos, sed uti de corpore Universitatis, quæ ratio universalis cum fuerit animativa consuetudinis, quia non attenditur qualitas personarum, sed effectus ipsius Cau- 9
sæ, ut ponderat *Natt. consil.325. Thesaur. decis.16. sub num.7. Posth. de Manutent. observat.73. num.141. & seqq. & Adden. ad Burat. dec.38. num.81. & Rota coram eodem decis.22. num.10. & 11.* efficit proindè, ut ex multiplicitate actuum, & ratione Causæ universalis, coactio, & possessio acquisita contra 10
singulos, constituat Agentem in quasi possessione manutenibili quoad omnes, ut in specie prosequitur *Posth. de Manutent. observat.73. num.167. versic. prout quasi possessio,* & dixit *Rota post eum dec.646. num.1. & seqq.* & individualiter *Coccin. dec.1817. num.13.*, ubi concordantes.

Et hoc retento motivo conductio ad certum tempus, cum constitutione mercedis, non destruit obligationem Beneficiatorum, inserviendi in officiis, ad quæ eliguntur, nec efficit contractum voluntariæ locationis operarum, quia temporalis deputatio, & taxatio 11
salarii respicit particulares Personas Beneficiatorum, quibus ratione laboris aliquid subministrandum est, ut notat *Pacion. de Locat. & Conduct. cap.15. num.35. & seqq.*, sed nihil commune habet cum Communitate, quæ non temporaliter, sed perpetuò destinata est ad

hæc

hæc officia subeunda, & ratione continuati servitii Capitulum est in quasi possessione illam cogendi, sicuti illa est in quasi possessione habendi electionem passivam, absquè eo, quòd illa alteretur à temporali certi Beneficiati destinatione, quia illa eam non respi-
12 cit, nec respectu illius verificatur, nisi in ratione causæ universalis actus animativæ, quæ est, ut Capitulum eligat ex gremio Communitatis, & ex gremio Communitatis electi officia acceptent, ut in similibus dixit *Rota coram Coccin. dec.*1817. *num.*11. *cum seqq.*, *& in dec.*54. *part.*4. *tom.*2. *& dec.*107. *numer.*26. *part.*7. *rec.*

Seclusо autem etiam favore Cultus Divini, seu adminiculativi ad illum, secundo pro coactiva facultate electionis in Capitulo, militat methodus ipsa eligendi Beneficiatos, & acceptatio practicata ab electis; nam in Capitulo Paschali cujuslibet anni Capitulum independenter, & de per se nominat certos Beneficiatos ad omnia controversa, & nominatione notificata, simpliciter, & absque ulla solemnitate Beneficiati officia acceptant, & exercent, nec ullus eorum requiritur consensus, ut deponunt Testes Beneficiati *in Summ. Capituli num.*22. à qua libera, & prompta acceptatione sub sola, & nuda notificatione Decani Capitularis, inducitur pernecessè quædam cognitio propriæ obligationis, & quod necessariò possint ad onus subeundum cogi, cum aliàs non tam de facili absque eorum
13 consensu electionem factam acceptarent, quæ proindè in dubio, uti involvens præjudicium, & servitutem odiosam, potiùs censetur assumpta ex causa necessaria, quàm voluntaria, ad tradita per *Castren. cons.*133. *num.*3. *circa med. lib.*2. *Cravett. cons.*106. *num.*48. *Rot. coram Gregor. dec.*236. *n.*3. *& in rec. decis.*309. *num.*36. *part.*9.

Nec regit in facto, quod antè actum electionis Capitulum interroget Beneficiatos, illosque requirat, An velint officia acceptare, quia licèt hoc deponere cogatur unus ex Beneficiatis, lite pendente informiter examinatus, & exhibitus *in Summario Communitatis num.*7. illius tamen depositio, uti tendens ad proprium commodum, nullam fidem facit ex notis Juribus. Potissimè cum veritas in oppositum probata remaneat à pluribus Testibus Beneficiatis à Capitulo adductis *in Summario num.*22., quibus, & uti numero
14 pluribus, & uti testantibus in proprium præjudicium, & ad assumendam servitutem ipsismet deponentibus gravantem, & odiosam, summoperè deferendum est, ut firmavit *Rota dec.*107. *num.*27. *cum seqq. part.*7. *rec.*, & alibi millies.

Tertiò quoquè consurgit pro patentissima demonstratione Juris coactivi, actus gestus de anno 1668., & 1669. per extensum datus in *Summario Capituli num.*36. *& seqq.*, ex quo elicitur, quod cum Capitulum mulctasset Beneficiatos *per falli commessi, e per non voler fare la servitù, che come Beneficiati li toccava.* Communitas universa Beneficiatorum, adhibita etiam intercessione Magnatum, -- *li detti Beneficiati riconosciuti li loro falli*, veniam à Capitulo petierunt, & insimul reintegrationem, reassumendo officia dimissa. -- *hanno tornato a servire*, & Capitulum indulgendo officiis interpositis, prævia tamen gratiarum actione, & recognitione facta per Beneficiatos Juris, & potestatis Capitularis, eos ad suum beneplacitum reintegrarunt, cum hac tamen notabili circumstantia, quod illos adhuc retinuit mulctatos in uno solido pro quolibet, à quibus omnibus non solùm probatur omnimoda potestas in Capitulo, per eosdem Beneficiatos confessata, sed ulterius virtualis agnitio, quòd possent cogi ad reassumenda officia, dum fassi fuerunt errorem dimissionis, & recusatæ servitutis, ibi -- *per falli commessi, e per non voler far la servitù, che li toccava*, qui stare non potest sine præcisa obligatione officia exercendi, ut in puncto ratiocinatur *Rota coram Bich. dec.*522. *numer.*14. ex ea viva ratione, quod deficere 15
in adimplemento non dicitur, qui non debet 16
per *Text. in l. non illis* 3. §. *Mulcta*, *ff. de Jur. Fisci*, & certò certiùs sine tali præexistenti obligatione non supplicassent Capitulo pro reintegratione, gratias non reddidissent, nec passi essent retentionem uniùs solidi pro quolibet, quæ sicut superioritatem Capituli indicat, ita subjectionem Beneficiatorum demonstrat, & apprimè excludit materiam facultativam, cum totiès continuata gratia, & voluntas non præsu- 17
matur, juxta regulam de qua *Posth. de Manutent. observ.*53. *num.*20. *Tondut. Quæst. Civil.*169. *num.*8. *&* 9. *part.*2. *Rocca disput.*167. *num.*47. *&* 48. *tom.*2. *Rot. coram Seraphin. decis.*212. *num.*2. *coram Merlin. dec.*583. *num.*8. *& in recent. dec.*85. *pariter n.*8. *part.*5. *& in Gerunden. Anniversariorum super pactis* 15. *Junii* 1696. §. *Quia facultativa qualitas*, *cor. R. P. D. meo della Tremoille.*

Quartò denique extra classem nudæ possessionis, & pro titulo saltem allegabili, ad nudum effectum manutentionis, concurrit pro statuenda quasi possessione coactiva Capituli, quod antiquitus in Cathedrali Urgellen. onus hoc officiorum, tam in Choro, quàm extra Chorum explendorum, spectabat ad possessores stadoriarum, ut ex confessione Capituli, *in Summario Beneficiatorum num.*2., & hodiè istis stadoriis suppressis, aliquæ unitæ fuerunt Canonicatibus, aliquæ verò Mensæ Capitulari, & ex earum redditibus impinguata massa, ex qua extrahuntur Distributiones quotidianæ, quæ proportionabiliter distribuuntur inter Canonicos, & Beneficiatos, qui ad libitum Capituli ad earum perceptionem admittuntur, *ut in ejus Summ. num.*10., & ad illarum lucrum habilitantur *eodem Summario num.*19. *&* 31. hinc proindè benè inolevit consuetudo ad mensuram lucri, & redditùum repartiendi onera inter gaudentes redditibus stadoriarum, & sicuti Canonici ex hac præcisa causa pondus susceperunt in diebus Festis, & solemnibus canendi Epistolam, & Evangelium, ita æquum erat, ut ad Beneficiatos participantes de emolumentis stadoriarum vigore annexionis, & impinguationis massæ Capitularis, cætera onera pertinerent ex regula, qui sentit commodum, debet sentire & incommodum, ex qua in necessariam consequentiam excluditur omnis quæstio facultati-

vi-

18 vitatis, quia assumptio dicitur necessaria, uti originem trahens à participatione emolumentorum, & inducta correspectivè ad illam, ut punctualiter dixit *Rot. in recent. dec.*701. *n.*4. *versic. ultra quod ex dispositionibus part.*4. *tom.* 3., & priùs dixerat *in dec.*54. *num.*10. *ad fin. vers. & etiam*, *quia participant part.*4. *tom.*2. Quamobrem sicut necessariò Canonici certis statutis diebus officia cantus Evangelii, & Epistolæ subire debent, ita cætera, quæ ex præsumpta distributione dicuntur pertinere Beneficiatis, ab eis adimplenda sunt, ut eis obventa correspectivè ad titulum lucrativum participationis redditnum stadoriarum.

Neque subsistit, Beneficiatos non participare de Mensa Capitulari, sed solùm de distributionibus pro interessentia in Choro, nam ex documentis exhibitis *in Summar. Capituli num.*49. *&* 50. liquet, distributiones quotidianas solvi ex redditibus Massæ Capitularis, immo unicam esse massam distributionum, ex qua proportionabiliter participant Canonici, & Beneficiati, & Jure quidem merito, nam distinctio inter Massam Capitularem, &

19 distributionum, procedit quoties Canonici non habent inter se Præbendas distinctas, quandò verò, prout in Cathedrali Urgellen. Præbendæ Canonicorum sunt peculiares, & separatæ, unica Massa distributionum fit, ex qua omnes de gremio Capituli participant, ut distinguunt *Monet. de Distribut. part.*3. *quæst.*6. *n.*19. *& Cardin. de Luca de Canonic. disc.*16. *num.*5. *&* 6.

Cum ergo æqualis sit participatio, æqualia debent esse onera illi correspectiva; quæ idcircò dicuntur assumpta ex quasi possessione coactiva, quæ ex tot relatis titulis optimè confovetur, maximè in judicio summarissimo manutentionis, quod levioribus probationibus contentatur, ad Jura notissima.

Quibus omnibus si addatur assumptum generale, potestatis Ecclesiæ regendæ, & statuendi circa Chorum, ejusque servitium, & Cultum

20 Divinum, quæ juxta Juris Communis dispositionem residere penes Capitulum dignoscitur, juxta *Gloss. in cap. Constitutionum* 2. *in V. Statutum de verbor. significat. in sexto*, & communiter Doctores *in cap. cum omnes de constit.*, & signanter *Fagnan. numer.*37.., & consuetudo ipsa particularis Beneficiatorum, qui agnoscendo Jurisdictionem, & Superioritatem Capituli, in possessione adeptionis eorum Beneficiorum solemni Jurejurando promittunt Capitulo, tanquam Superiori, præstare obedientiam manualem, necnon servare omnia Statuta, & Consuetudines Ecclesiæ,

21 ac resolutiones, & ordinationes Capitulares, ex his potentior efficitur Jurisdictio coactiva in Capitulo residens, eaque adminiculatur ad effectum, ut non valeant Beneficiati hodiè impugnare exercitium officiorum, quod in favorem Capituli ex consuetudine, vel de Jure debetur, *cap. cum Contingat*, *de Jurejuran. cap. Quamvis eodem tit. Garz. de Benefic. part.*3. *cap.*2. *num.*434. *& Rota dec.*159. *n.*3. *part.*17. *recentior.*

Et ita utraque &c.

Emo PRIOLO.

Urgellen. Plebaniæ.

Lunæ 25. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Literas Apostolicas, vigore *Regulæ IV.* Cancellariæ expeditas, non esse exequendas firmat hic *S. Rota*, non probata qualitate Collegialitatis. Ex quibus probetur, & respectivè excludatur Collegialitas.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ, non verificata illarum narrativa, executionem non merentur.*
2 *Qualitas Collegialitatis de Jure non præsumitur, nisi in Cathedralibus, & Regularibus Ecclesiis.*
3 *Sed à Proviso debet concludenter probari, vel ex primæva Institutione, vel ex subsequenti Privilegio Apostolico.*
4 *Non probatur ex servitio Ecclesiæ, Missarum celebratione, catu pro tractandis negotiis, & Sede Plebani digniori præ cæteris in medio Chori, cum hæc conveniant, etiam simplici Congregationi Presbyterorum.*
5 *Ex quibus probetur, & respectivè excludatur Collegialitas.*
6 *In gratiæ impetratione narrari debet præjudicium, quod ex ea alteri inferretur; alioquin dicitur subreptitia.*
7 *Licet Pontifex censeatur quandoque velle Ordinariis Collatoribus præjudicare, nunquam tamen personis, in fundatione vocatis.*
8 *Ex Collatione, facta vigore unius Regulæ Cancellariæ, non bene infertur ad potestatem Collationis, faciendæ vigore alterius.*
9 *Per Indultum Apostolicum posterius, Regulis Cancellariæ contrarium, illis censetur expressè derogatum.*
10 *Major derogatio dari non potest ea, quæ oritur ex incompatibilitate Gratiæ.*
11 *Quando Concedens disposuit adversativè ad aliquam Constitutionem in perpetuum, dicitur illi derogasse.*
12 *Regula tertia, seu quarta Cancellariæ cessat per contrariam consuetudinem.*

DECISIO XLVII.

HAbet Parochialis Ecclesia S. Mariæ Balagarii Urgellen. Diœcesis nonnullos Clericos Beneficiatos, honestiori Canonicorum titulo nuncupari solitos, cum suo Rectore, seu Plebano, qui de tempore vacationis, juxta præscripta antiquæ cujusdam Concordiæ, Apostolico Beneplacito *Pauli III.* confirmatæ usque de anno 1539. ille debet esse, qui inter eosdem primus ad perceptionem distributionum quotidianarum admissus reperiatur, ut *in Summ. Pleb. num.*1. Hac autem Rectoria nuper vacante, illius Collationem tanquam de

de reservata vigore *Regul. IV. Cancell. olim tertia* Hieronymus Oller ad sui favorem impetravit, sed cum Literarum executioni se oppofuerit Ignatius Revert antiquior Clericus prædictæ Parochialis Ecclesiæ, & qui ad formam prænarratæ Concordiæ jam in possessione reperiebatur, Consului DD. an Literæ Apostolicæ sint exequendæ, & negativum responsum accepi.

Indubitati enim Juris est, quod Literæ Apostolicæ, quarum eximia esse solet auctoritas, quemadmodum quando sunt justificatæ, celeri mandantur executioni, ita è contra non verificata illorum narrativa facta Papæ, in pœ-
1 nam obreptionis, & subreptionis nullam merentur executionem *Rot. coram Cavaler. decis.266. num.6. & cor. Rembold. dec.365. n.1. dec.341. num.2. cor. Roxas, & decis.147. n.1. & sub num.21. part.10. & dec.331. n.2. part.12. rec. & in Urgellen. Canonicatus 4. Maji 1703. coram Reverendiss. D. Labacen.*

Obreptio manifesta apparebat, cum enim Hieronymus Oller in impetratione hujus Parochiæ, duo Pontifici exposuisset, & quod sit prima Dignitas in Collegiata Ecclesia, & quod excedat annuum redditum ducatorum decem auri de Camera, neutrum illorum subsistere compertum est, & principaliter assqualitas Collegialitatis in dicta Ecclesia, quia
2 cum hæc de Jure non præsumatur nisi in Cathedralibus, & Regularibus Ecclesiis, ad tradita per *Hostien. in cap. Nobis sub num.2. circa medium vers. quicquid etiam de Jure Patron.* ubi etiam *Jo. Andr. sub n.10. vers. diu etiam, Felin. in cap. accedentes sub num.2. de præscript. Rot. decis.147. num.1. part.10. rec.* debuerat à Hieronymo tanquam fundamentum,
3 & substantia Gratiæ concludenter probari, vel ex primæva legitima institutione, vel ex subsequenti Apostolico Privilegio, *Innocen. in cap. postulasti in princip. de Jurepatr. Rot. dict. decis.147. num.3. part.10. rec. & in Placen. prætensæ Collegialitatis §. Cum enim, cor. R. P. D. meo Urbis Subgubernatore*, quorum neutrum cum minimè fuerit hucusque exhibitum, probata idcircò dici non debet prætensa Collegialitas.

Et quamvis etiam ex aliis signis, & longævo exercitio actuum, illam necessariò præseferentium, probari aliquando soleat, hujusmodi tamen Indolis non dignoscebantur esse actus, quos afferebat Provisus Apostolicus, nam servitium Ecclesiæ, Missarum celebratio, cœtus pro negotiis tractandis, & Sedes Plebani dignior præcæteris in medio Chori, cum
4 sint actus convenientes etiam simplici Congregationi Presbyterorum, nihil concludere videbantur pro inducenda legitima, & superlativa Collegialitatis probatione *Gonzalez ad reg.8. Cancell. gloss.19. num.15.* & latè *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.14. à num.55. ad 59. Rot. dec.56. num.9. & seq. part.5. dec.143. num.16. & 17. & dec.216. num.2. & seq. part.7. dec.147. num.11. & seq. part.10. dec.177. n.7. & dec.192. num.10. & 11. part.14. dec.469. num.41. part.19. & in Romana tenutæ Campi Salini 30. Martii 1705. §. Deficientibus, & seq. coram R. P. D. meo Lancetta.*

Fortius verò resistente prædicta Bulla Pauli, in qua non appellantur Capitula, sed Parlamenta, & inservientes Ecclesiæ denominantur Clerici, cum hac additione *Canonici nuncupati*, exemplo fortassè denominationis ejusdem Loci Balagarii, qui cum sit merum Oppidum Urgellen. Diœcesis, Civitatis tamen nomine gaudet, ut in nostro *Summ. Rever. n.2.* Quibus accedebat non probari, quod iis tradatur possessio capitularis, cum assignatione Stalli in Choro, & vocis in Capitulo, nec quod in ingressu præstent juramentum de servandis Constitutionibus, & Statutis parti-
cularibus Ecclesiæ, itaut nullatenus de illorum existentia doceretur, & hæc omnia esse 5
validissimum argumentum pro exclusione Collegialitatis, firmat *Rota cor. Merlin. dec.495. num.7. & in dicta dec.216. num.13. part.7. rec. & in Mediolanen. Præpositur æ 26. Novembris 1691. §. Prout nullæ, coram Reverendiss. meo Molines Decano, & in d. Placentina prætensæ Collegialitatis 19. Novembris 1703. §. Circumstantiæ, coram R. P. D. meo Urbis Gubernatore.* Et cum nihilominus concurrentibus etiam prædictis signis, voluerit Papa, quòd dicta Plebania semper spectaret antiquiori inter dictos Clericos, in dubio dicendum venit, quod neque Ecclesia sit Collegiata, neque Plebania prima Dignitas, aliàs enim gratia fuisset de vento, quod supponendum minimè est.

Sed cessare videbatur quælibet imaginaria difficultas, attento etiam altero defectu subreptionis ipsius gratiæ, quia cum vigore Concordiæ jam reperiretur in possessione præfatus Revert, tanquam antiquior; Hieronymus tamen id in impetratione gratiæ reticuit: Evidens quo circa apparet illius subreptio,
cum Papa ignoraverit præjudicium, quod inferebatur instituto ad formam concordiæ, 6
quo casu gratiam non concessisset, vel difficiliùs, nec Juri jam quæsito ita derogasset, cum ei nisi ex certa scientia solitus sit derogare ad *Text. in cap. cum nostris de concess. præbendæ;* Aut saltem debuerat narrare, hanc Parochialem ex præscripto Concordiæ debitam esse certo personarum generi, nempè Clerico antiquiori Ecclesiæ, quæ sanè qualitas si Pontifici innotuisset, verisimile est gratiam minimè concessurum fuisse, eo quia Pontifex censetur velle quandoque Ordinariis Collatoribus præjudicare, nunquam tamen Perso-
nis in fundatione vocatis, & quibus de Jure 7
Beneficium debetur *Lotter. de Re Benef. lib.1. quæst.34. num.17. Rota cor. Seraph. dec.1420. num.3. & cor. Puteo dec.368. num.1. & coram Bichio dec.189. num.16.*

Nec relevare visum est objectum, quod alias de dicta Parochiali provisum fuerit ab Apostolica Sede, ut satis probari videbatur ex binis Sententiis *R. P. D. Farsetti, & Spadæ*, necnon ex binis *Decisionibus nostri Tribunalis editis 5. Decembris 1689. & 6. Martii 1690. coram Reverendiss. Turonen.* Quoniam cum in dictis Sententiis non appareat titulus, quo usus fuerit Pontifex pro collatione Parochialis, de qua agitur, & è contra constet, illius vacationem secutam fuisse de mense Octobris ad Sedem Apostolicam spectantis, præsumendum est illam contulisse vigore reser-

servationis sancitæ in *Regula nona*, cujus pariter vigore facta fuit provisio, de qua agebatur in *Decis. Reverendiss. Turonen.* Ideoque cum dicta *Regula nona* nihil commune
8 habeat cum *Regula quarta*, non benè ex collatione facta vigore unius, infertur ad potestatem Collationis faciendæ vigore alterius, quia derogationes contentæ in *Regula nona* trahi non possunt ad *Regulam quartam*, ut benè *De Luc. de Benef. disc.6. n.11. Spad. cons.48. à num.3. & seq. lib.2. Rot. dec.767. num.4. & seqq. part.2. & dec.200. num.3. & seq. part.4. tom.1. recent.*

Quinimmo ex dicta Apostolica Provisione usquè ad evidentiam patebat, quod eadem Parochialis verè non esset principalis Dignitas in Collegiata, quia aliàs pro illius impetratione opus non fuisset recurrere ad *Regulam nonam Cancellariæ*, dum concurrebat perpetua, & realis reservatio vigore *Regulæ quartæ*, quæ afficiebat Beneficium quocumque in mense vacaturum.

Advertebant insuper DD. quòd cum *Regula quarta* sit longè anterior Concordiæ, de qua agitur, ex Indulto, seu Pontificia Confirma-
9 tione desuper promulgata, censetur dictæ *Regulæ* expresè derogatum, ut in puncto similis Indulti tradit *Card. de Luc. de Benefic. disc.13. & disc.107. num 6.* & sanè derogatio dictæ *Regulæ*, quæ sufficit etiam virtualis, & per verba æquipollentia, in hypothesi nostra apertè demonstrari contigerat, quia cum in dicta *Regula* quælibet prima Dignitas sit perpetuò Sanctæ Sedi reservata, tamen in Indulto, de quo agitur, Pontifex voluit, ut controversa Plebania perpetuis futuris temporibus, occurrente vacatione, statim antiquiori Clerico, Canonico nuncupato, deferretur, qui ad illam deputatus, & institutus censendus esset absquè alia ordinaria, seu Apostolica deputatione, nominatione, aut possessionis appræhensione; Quamobrem cum Indulti dispositio sit prorsùs incompatibilis
10 cum sanctione *Regulæ*, major dari non potest derogatio, quàm ea, quæ oritur ex incompatibilitate prædicta, *Gemin. in cap. si propter, num.11. de rescriptis in 6. Calder. cons.1. numer.1. de rescript. Gomez ad Reg. Cancell. quæst.6. proem. num.1. §. Et ideò, Marescott. Var. Resol. lib.2. cap.40. num.16.* & individuè *Moder. Roman. discept. Ecclesiast. 25. num.1. & seq.*

Præterea cum in eadem *Regula* expresè reservata legatur Collatio omnium Beneficiorum, quæ vacatura forent per obitum illorum, qui fuerunt Familiares, & Commensales continui Cardinalium, è contra verò in Indulto, de quo agitur, mandaverit Summus Pontifex, ut Clericus antiquior optaret Plebaniam, etiamsi Plebanus defunctus fuerit familiaris alicujus Cardinalis, ut *in Summ. Rever. n.1.* Hinc profectò nullus relinquebatur dubitandi locus, quin Pontifex voluerit dictæ *Regulæ*
11 derogare, dum adversativè ad illam disposuit favore Canonici antiquioris in perpetuum ad notata *per Federic. de Sen. cons.47. num.3. Gabr. cons.118. num.58. lib.1. Spad. cons.47. num.5. lib.2. Fagnan. in cap. Nonnulli n.29. de rescript. Rot. in Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. Utique, coram R. P. D. Ansaldo.*

Quibus omnibus adstipulatur observantia duorum ferè Sæculorum, nam ab anno 1539. usquè in præsens semper Clericus antiquior assecutus fuit possessionem Plebaniæ, absque eo quod per Sedem Apostolicam unquam provisa fuerit tanquam Principalis Dignitas vigore *sæpedictæ Regulæ quartæ*, ut testantur Archivistæ Communitatis Presbyterorum dictæ Ecclesiæ *eodem Summ. num.3.* talis enim observantia operatur, ut quamvis *Regula* per expressa verba Indulti non excluderetur, ad- 12
huc tamen per contrariam consuetudinem quælibet interpretatio esset facienda pro illius exclusione, ut benè *Card. de Luca de Benef. disc.6. n.12. Rota coram Buratt. dec.570. n.2. & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Ponderabant, coram R. P. D. Scotto Urbis Gubernatore.*

Et ita utraque &c.

Eĩo PRIOLO.

Urgellen. Statuti.

Mercurii 27. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Capitulum habet potestatem statuendi super iis, quæ concernunt ordinationem Chori, & administrationem Distributionum, sed hac facultate non potest uti, in solum præjudicium Beneficiatorum, & in particulare Canonicorum commodum, cum tali casu Statutum propter inæqualitatem dicatur injustum, nec potest abrogare inveteratas Ecclesiæ consuetudines, nisi se confomaret Juri Communi, vel Decretis Sacræ Congregationis.

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*
2 *Sententia arbitramentalis acceptata, & observata habet vim rei judicatæ, & reputatur transactio.*
3 *Quod fit in Claustro Ecclesiæ, dicitur fieri in ipsa Ecclesia.*
4 *Observantia declarat Sententiam in ea parte, in qua aliqua cadere posset ambiguitas.*
5 *Observantia non censetur interrupta per actus contrarios, si post illos secuta fuit acquiescentia.*
6 *Punctator non potest dare licentiam abessendi à Choro, in præjudicium aliorum interessentium.*
7 *Capitulum non potest condere Statutum, quod solùm tendat in præjudicium Beneficiatorum.*
8 *Neque valet statuere contra inveteratas Ecclesiæ consuetudines.*
9 *Limita in casu, quo consuetudo esset Juri conformis, vel Decretis Sacræ Congregationis.*
10 *Declara dummodo Statutum sit omninò conforme prædictis Decretis;*

DE-

DECISIO XLVIII.

SAncivit Capitulum Urgellenſe, nè illi, qui celebrant Miſſas in Capellis ſitis intra Clauſtrum Eccleſiæ, de eo tempore lucrarentur Diſtributiones quotidianas: Undè, occaſione hujus Statuti, excitata controverſia ſuper illius executione, A. C. Orlgus mandavit manuteneri Beneficiatos in poſſeſſione lucrandi dictas Diſtributiones quotidianas,
1 ſive Miſſam celebrent intra Navim Eccleſiæ, ſive intra illius clauſtrum, & Signarura, agnita juſtitia judicati, illud comprobavit, reſcribendo cum clauſula ſine præjudicio; delata modo mihi cauſa in ulteriori gradu appellationis, dedi dubium ad Inſtantiam Capituli, An, & de cujus bono Jure conſtaret, etiam ad effectum Manutentionis, & in hodierna audientia illud reſolutum fuit favore Beneficiatorum.

Ratio ita decidendi deſumpta fuit ex Sententia arbitramentali lata uſque de anno 1532. in hac enim ſtatuitur, quod, *ut melius percipiantur Diſtributiones abſque ſcrupulo conſcientiæ, & ut melius Deo ſerviatur, illæ ſolùm concedantur intereſſentibus Divinis Officiis, niſi aliquod juſtum impedimentum cauſet, ut à Choro egrediantur, & redeant ante finem horæ ad Chorum, niſi eveniat, quod Miſſam celebrent, & iſti tales habeantur, uti præſentes:* undè ſi Beneficiati quando Miſſam celebrant habentur ac ſi eſſent actualiter præſentes, non poteſt illis denegari Diſtributionum participatio, nè intervertatur diſpoſitio Sententiæ, quæ cum fuerit ab ipſo Capitulo acceptata, & obſervata, habet vim rei judicatæ, & dicitur potius vera tranſactio, quam Sen-
2 tentia, & laudum, ut ait *Bald. conſ.*415. *numer.*2. *lib.*1. *Honded. conſ.*61. *numer.*12. *lib.*1. *cum aliis pluribus relatis in Albanen. laudi* 4. *Maji* 1696. §. *Agitur ſiquidem*, *cor. bon. mem. Emerix confirmata* 24. *Januarii* 1698. §. *Hoc unum*, *coram Me*.

Non relevante, quod Sententia intelligi debeat dumtaxat in eo caſu, quo Miſſæ celebrantur in ipſa Navi Eccleſiæ, ideoque ſuffragari non poſſit Beneficiatis in alio caſu, quando nempè, egrediendo extra navim Eccleſiæ, illas celebrant in Clauſtro ipſius Eccleſiæ.

Quandoquidem hoc objectum, ſuper quo principaliter inſiſtebant Scribentes pro Capitulo, viſum fuit omnino inſubſiſtens, non ſolùm quia Sententia, quæ generaliter loquitur, eſt etiam generaliter intelligenda, & id, quod fit in Clauſtro Eccleſiæ, fieri dicitur in ipſa Eccleſia, cum Clauſtrum ſit pars ip-
3 ſius Eccleſiæ, & notant, *Bart. in l. ſi quis fugitivus ff. de edilit. edict. Bertach. in repert. V. clauſtrum*, *& del Ben. de Immunit. tom.*2. *cap.*16. *dub.*9. *ſeſſ.*6. *n.*1. *cum ſeqq.*

Sed fortius, quia ſi verba Sententiæ fuiſſent dubia, & ambigua, declarata remanſiſſent ex ſubſecuta obſervantia; conſtat enim poſt latam Sententiam arbitramentalem, quod Beneficiati, quoties celebrarunt in Clauſtro, participarunt etiam de Diſtributionibus, ac ſi fuiſſent actualiter præſentes in Choro: Undè ſi Sententia mandat, quod illi qui Miſſam celebrant, iſti tales habeantur uti præſentes, certè quod illa compræhendere voluit, tam ipſam Eccleſiam, quàm Clauſtrum Eccleſiæ, quia alias ſi utrumque locum non compræhendiſſet, Capitulum non permiſiſſet in tanto temporis defluxu, Beneficiatos celebrantes in Clauſtro, participaſſe de Diſtributionibus tanquam præſentes, ideoque fit, ut tanta ſit vis, & efficacia obſervantiæ, ut iſta aperte declaret, quomodo veniat intelligenda Sententia in ea parte, in qua cade- 4
re poſſet aliqua ambiguitas ad *Text. in l. ſi de interpretatione ff. de legib. Rot. in recentior. dec.*158. *n.*11. *& dec.*385. *n.*36. *cum ſeqq. part.* 19. *& alibi ſæpe*.

Nec obſervantia dici poteſt interrupta ex reſolutionibus Capituli in contrarium emanatis; nam cum poſt illarum publicationem Beneficiati, adhuc celebrando in clauſtro, participaverint de Diſtributionibus, tanquam præſentes, hoc ſanè demonſtrat, prohibitiones per Capitulum factas, non fuiſſe in hac parte executioni demandatas, quia nullibi conſtat contravenientes fuiſſe etiam per unicam vicem mulctatos, immo ſubſecuta acquieſcentia Capituli clarius oſtendit, conſuetudinem participandi Diſtributiones etiam in caſu, quo Miſſæ celebrantur in Clauſtro, ſemper fuiſſe in viridi obſervantia, per ea, quæ tradunt *Lotter. de Re Benef. lib.*2. *quæſt.*31. 5
*num.*29. *Poſth. de Manut. obſerv.*53. *n.*28. *Rota in rec. dec.*797. *num.*16. *cum ſeqq. part.*18. *& in Cavallicen. Bannalitatis Furni ſuper Manutentione* 26. *Junii* 1697. §. *Nec talis obſervantia*, *cor. Me*.

Citra quod replicari poſſit, Beneficiatos in tantum non fuiſſe mulctatos, quia quando celebrarunt in Clauſtro, hoc fecerunt cum permiſſione, & licentia punctatoris Capituli, nam hæc replicatio non ſubſiſtit in facto, Teſtes enim deponunt, non fuiſſe à Beneficiatis petitam licentiam, ſed potius Punctatorem fuiſſe per eos requiſitum, nè eos punctaret, quia ibant ad celebrandam Miſſam in Clauſtro; ideoque ſi allegando juſtam cauſam non fuerunt punctati, dicendum eſt, hoc factum fuiſſe in ſequelam Sententiæ, & obſervantię in Eccleſia vigentis, quia Punctator ratione proprii Officii, nec potuiſſet dare licentiam, & permiſſionem abeſſendi à Choro, & quatenus Beneficiati, celebrando in Clauſtro, reputari debuiſſent, ac ſi eſſent abſentes, habilitari non potuiſſent per Punctatorem in præjudicium aliorum intereſſentium, ut in fortioribus terminis cenſuit *Sacra Conc. Congr.* 6
relata per *Garz. de Benef. part.*3. *cap.*3. *n.*51. *verſ. ad* 3. *non poteſt Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. part.*3. *alleg.*61. *n.*24. *& de Canonic. & Dignit. cap. fin. n.*75.

Nec bonum Jus Capituli fundari poteſt ſuper abſoluta, & generali poteſtate ſtatuendi, quam habet ſuper iis, quæ ſpecialiter concernunt ordinationem Chori, & adminiſtrationem Diſtributionum; nam cum Canonici Miſſam celebrare ſoleant in Navi Eccleſiæ, Beneficiati verò in Clauſtro, hoc Statutum totaliter redundaret in commodum ſtatuentium, & ſolummodo tenderet in præjudicium Benefi-

ficiatorum, undè etiam fi effet juftum ratione conftitui, redderetur tamen, propter illius inequalitatem, injuftum, & iniquum refpectu conftituentium, quia hoc effe debet cujufcunque legis univerfale principium, ut quod quifque Juris in alterum ftatuerit, eo uti debeat, quo neglecto, quicquid fit, ex ma-
7 lo zelo procedere dicitur, ut advertit *Textus in cap. cum omnes ibique Baldus, de conftit. & egregiè Rot. in Syguntina Praeminentiarum 21. Februarii 1687. §. Cum etiam quia, & 9. Julii ejufdem anni §. Undè quamvis, coram Reverendifs. Turonen.* ultra quod etiam fi tenderet in utilitatem Ecclefiæ, & in augumentum Cultus Divini, adhuc tamen illius difpofitio remanere deberet fine effectu, quia Capitulum nec poteft, nec debet ftatuere contra inveteratas Ecclefię confuetudines, ut videre eft *in d. cap. cum omnes ibique Gloff. V.*
8 *inftitutum*, cum qua concordant, *Innoc. in princ. & num.2. Panormit. pariter num.2. & alii repetentes relati in dicta Sypuntina Praeminentiarum 21. Februarii 1687. §. Nullitas, cum aliis feqq. coram Reverendifs. Turonen.*

Nec dicatur, quod Capitulum uniformando fe cum *Decretis Sacræ Congregationis*, & ita redeundo ad jus commune, potuerit etiam contra confuetudinem ftatuere, juxta ea, quę
9 tradit *Rota dec.375. num.4. part.2. rec.* nam decreta in contrarium adducta indiftinctè prohibent celebrationem Miffæ de tempore Divinorum Officiorum fub pœna amiffionis Diftributionum, Statutum verò non prohibet indiftinctè, fed excipiendo Ecclefiam, prohibet folùm in cafu, quo Miffæ celebrantur in illius clauftro: Undè cum ex hoc apertè dignofcatur quanta fit difformitas inter Statutum, & Decreta, & ifta difformitas folùm fit prçordinata ad Beneficium ftatuentium, nullo pacto dici poteft, quod Capitulum voluerit fe cum illis uniformare; & fatis eft, quod adfit confuetudo, & Sententia in contrarium, prout hic, ut decreta locum non habeant in exeuntibus à Choro pro celebrando Miffæ
10 Sacrificio, ut in puncto tradunt *Garz. de Benefic. part.3. cap.2. num.401. Monet. de Diftribut. part.2. quæft.11. n.56.*

Et ita omiffis aliis levioris ponderis, refponfum fuit, utraque &c.

R. P. D. C R I S P O.

Vvormatien. Decanatus fuper Declaratoria.

Lunæ 13. Maji 1709.

ARGUMENTUM.

Danda eft Declaratoria contra Capitulum contumax in reftituendis integrè fructibus, redditibus, ac Diftributionibus quotidianis Canonico fpoliato; quæ omnia eidem reftituenda funt, etiamfi non refederit, propter impedimentum fibi præftitum à Capitulo.

S U M M A R I U M.

1 *Non docto de paritione mandato de Manutenendo, tam per effectivam traditionem poffeffionis, quam per fructuum reftitutionem, contra inobedientes relaxanda venit declaratoria.*

2 *Fructus, redditus, ac Diftributiones quotidianæ, Canonico fpoliato competentes, veniunt in fequelam manutentionis.*

3 *Canonicus refidere impeditus ex facto Capituli, licitè fructus fuæ Præbendæ, ac Diftributiones quotidianas poteft lucrari, eidemque per Capitulum, quicquid fibi appropriavit, eft reftituendum, & n.4.*

5 *Etiam lis fuper fructibus, & Diftributionibus quotidianis dat juftam caufam abfentiæ.*

6 *Simplex fides Notarii, quæ non fit de actu, coram fe rogato, nullum probationis gradum conftituit.*

7 *Non poteft Capitulum auctoritate propria ad fui beneplacitum erogare fructus, fpectantes ad Canonicum, impeditum refidere ex pofitivo facto Capituli.*

8 *Non obftat, quin relaxetur declaratoria, illiquiditas fummæ reftituendæ, nifi oftendatur animus parendi, petendo liquidationem, facto depofito alicujus modicæ fummæ, cum oblatione folvendi refiduum, poftquam fuerit liquidatum.*

9 *S. Rot. Tribunal hanc pietatem adhibere folet in materia declaratoriæ relaxandæ, ut alicujus menfis tempus ad parendum indulgeat.*

D E C I S I O II.

POftquam Michael Staffen. in Ecclefia Collegiata Sancti Pauli Vvormatien. de Decanatu fuerat à S. Sede provifus, ac vigore mandati de immittendo per Reverendiffimum Nuncium executorem Literarum Apoftolicarum Decreti, actualem quoque poffeffionem per Canonicum Scholafticum, nomine aliorum Canonicorum abfentium, ipfi traditam feliciter reportaverat; Canonici ægrè ferentes, prædictum Michaelem in Decanum ipfis præfidere fub prætextu, quod Decanatus poffeffionem capitulariter non apprehendiffet, poft alicujus temporis decurfum ipfius poffeffionem Joanni de Berges tradiderunt, ac de facto de Decanali poffeffione, ac Præeminentia præfatum Michaelem fpoliarunt. Hinc ipfe poft varia Judicia, & acta, prius in partibus gefta, recurfum habuit ad Signaturam Juftitiæ, ut fibi vim à Canonicis indebitè illatam repararet, atque ab eadem obtinuit, Caufę cognitionem delegari noftro Tribunali cum claufula *purgatis attentatis*, cujus refcripti vigore Signaturæ Auditor manutentionem dicto Michaeli fpoliato conceffit in quafi poffeffione Decanatus, & Jurium Decanalium, ac reftitutione Vinearum, quod tamen propter Capituli pervicaciam in parendo, per longum tempus executioni demandari non potuit, ita quod pluries, & pluries contra Capitulum per dictæ Signaturæ Auditorem literæ declaratoriæ fuerint decretæ, donec tandem ad priftinam poffeffionem Decanatus fuit reftitutus; Ac interim etiam *cor. bo. me. Muto*, cui vigore dicti refcripti,

ad Rotam, devoluta fuerat Causa super manutentione inter Joannem, & Michaelem proposito dubio: *An, & cui ex ipsis esset danda manutentio*, favore Michaelis responsum emanavit, ut in *dec. emanata sub die 19. Junii 1705. cor. d.bo. me. Muto*, illiusque vigore deventum etiam fuit ad Causæ expeditionem *coram Me*, in locum dicti *bo. me. Muti* suffecto, ac expedito deinde mandato de manutenendo, Canonicis postea personaliter notificato, ac servatis solitis terminis ad docendum de paritione, nec adhuc Canonici dicto mandato de manutendo, mediante restitutione fructuum, doceant integraliter paruisse; ad Instantiam igitur ipsius Michaelis, in præsenti propositum per me fuit dubium; *An sit danda declaratoria, & illam esse dandam præfixo, termino trium mensium à die intimationis faciendæ in partibus*, Domini responderunt.

Siquidem cum Decanus obtinuerit à nostro Auditorio manutentionem in quasi possessione sui Decanatus, postquam servati apparent soliti termini ad docendum de paritione, nisi Canonici doceant in omnibus integrè pa-
1 ruisse mandato de manutenendo, tam per effectivam traditionem possessionis, quàm mediante restitutione fructuum Decanatus, qui veniunt in sequelam prædicti mandati, venit contra ipsos tanquam inobedientes, ad hoc, ut se protinus emendent, relaxanda declaratoria *Posth. de Manut. observ.103. num.5. Rot. cor. Mobedan. dec.1. de sent. Excom. coram Royas dec.170. n.2. cor. Emerix Jun. dec.179. num.1. & in rec. dec.320. num.1. part.10. & dec.142. num.1. & 2. part.12.*

Nec valet dici, quod Canonici jam paruerint, ex quo per publicum Instrumentum declaraverunt recognoscere Michaelem in Decanum, eique tradidisse Claves Sacristiæ, & sigillum Capitulare, & sic restituerint ad pristinum Statum possessionis, ad quem vigore mandati de manutenendo fuit reintegratus; Quoniam actus prædicti non important integram reintegrationem, ac totalem executio-
2 nem mandati de manutenendo, ex quo adhuc restituendi remanent fructus, & redditus Præbendæ Decanalis, ac Distributiones quotidianæ, qui veniunt in sequelam manutentionis, & habentur, ac si essent specificè in mandato de manutenendo comprehensi, ut probat *Posth. de Manut. observat.74. n.1. & 2. Corrad. Prax. Benef.lib.2. cap.16. num.31. & 32. Rot. cor. Roy. dec.173. n.1. & 3. & in rec. dec.220. num.20. & 21. part.10.*

Nullatenus relevante duplici exceptione, qua Canonici pretensorum fructuum, & Distributionum restitutionem evitare contendunt, quod videlicet cum Michael Decanus non resederit, fructus suæ Decanalis præbendæ prætendere non valeat, nec minus Distributiones quotidianas, ac dato etiam, quod licèt absens fructus, & Distributiones lucrari potuisset, adhuc, cum illi consumpti fuerint in necessaria Ecclesiæ refectione, non possint hodie à Capitulo restitui.

Quoniam neutrum objectum visum fuit relevare, nam & si de absentia sermo habeatur, illa liquido constat non secum ferre amissionem fructuum, & Distributionum, quia cum Decanus ab ipsomet Capitulo de Decanatus possessione fuerit spoliatus, grave habuit impedimentum sibi per Capitulum præstitum non residendi, & sic durante spolio commisso ex facto positivo Canonicorum, ac ab eisdem residere impeditus, fructus Decanalis Præbendæ, ac Distributiones quotidianas licitè potuit superlucrari, ac id, quod 3
Capitulum indebitè sibi appropriavit, eidem Decano omni Jure restituendum venit *Prob. ad Monach. cap.1. n.22. de Cler. non resid. in 6. Calder. cons.15. de præben. Barb. de Canon. & Dignit. cap.24. num.4. Corrad. in Prax. Benef. d. lib.2. cap.18. num.32. Card. de Luc. de Jud. disc.18. num.6. Pignat. consult.48. n.16. & 17. tom.6. Rot. cor. Mobed. dec.6. de præb. & cor. Coccin. dec.21. num.1. & per tot.*

Signanter etiam sic disponente specificè *Constitutione B. Pii V.* incipiente -- *Cordi nobis est* in ordine *la* 104. in qua præcisè cavetur, ut si Canonicus impediatur per Capitulum, nè in Ecclesia resideat, quod tunc fructus, & Distributiones non possit Capitulum 4
sibi appropriare, sed illos deponere teneatur, ad hoc ut lite terminata, in casu victoriæ Canonico restituantur, de qua apud *Pignattel. consult. Canonic.48. num16. & 17. tom.6. Rota cor. Pænia dec.733.*

Et quamvis spolium duraverit usque ad annum 1703. quo tempore ad possessionem Decanatus Michael fuit reintegratus, attamen etiam post dictum tempus fructus erant debiti, non obstante absentia, nam adhuc lis duravit cum Capitulo, & Joanne Berges, à dicto Capitulo vigore electionis in possessionem Decanatus immisso, prout resultat in *Decisione Vvormatien. Decanatus 19. Junii 1705. cor. bo. me. Muto*, ac etiam cum Capitulum detrectaret restituere fructus, & Distributiones, durabat etiam antiqui spolii residualis, per quam abesse ex causa prædictæ litis opus habuit, necnon etiam cum Capitulum esset sub censuris ad instantiam ipsius Michaelis innodatum per Auditorem Signaturæ Ju- 5
stitiæ ob non paritionem, hæc omnia justam, & legitimam Causam non residendi præbuerunt, ac ex eo fructus, & distributiones, non obstante absentia, erant debiti *Pignattell. consult.150. num.1. tom.4. & consult.117. num.17. Gratian. discept. foren. cap 591. num.34. Ventrigl. in Praxi Ecclesiast. part.1. annot.19. §.1. num.12. & 13. Adden. ad Gregor. dec.341. sub lit. A.*

Ejusdem pariter irrelevantiæ recognita fuit altera exceptio, quod fructus Decanatus Capitulum erogaverit pro refectione Ecclesiæ, occasione belli combustæ; De hoc enim non exhibetur sufficiens documentum, ac simplex fides Notarii, qui de hoc testatur, referendo se ad libros, & computa ipsi à Canonico Se- 6
niori exhibita, cum non versetur in actu coram se rogato, nullum penitus gradum probationis constituere valet *Rot. decis.184. num.3. & dec.471. num.9. coram Dunozett. Jun. & dec.710. num.6. cor. Merlin. & in rec. decis.562. n.21. part.19. tom.2.*, signanter quia ex attestatione contraria Canonicorum Juniorum *Summ. Michaelis num.11.* contrarium

evincitur, qui deponunt etiam, quod computa, & libros nunquam Canonici exhibuerint, & quod ex redditibus Ecclesiæ absumpserint
7 duodecies mille florenos; Addito etiam, quod non erat in facultate Capituli pro sui libito fructus Decanatus, quos vigore Constitutionis *B. Pii V.* tenebatur reservare pro Decano, postquam in lite Victor evasisset, illos erogare in restaurationem Ecclesiæ sine consensu ipsius Decani, & sine superioris authoritate; Ex eo igitur restitutionem evitare non valet.

Constito ex his, quod Canonici teneantur ad fructuum, & distributionum restitutionem, non venit attendendum ad effectum suspendendi declaratoriam, quod fructus prædicti debeant prius liquidari ad hoc, ut Capiulum possit videre ad quid, & quantum teneatur, nè sub incertitudine summæ declaratoria relaxetur. Etenim ad effectum, ut Capitulum mandato de manutenendo paruisse doceatur, debebat petere liquidationem, ac se promptum, & paratum restituendi fructus exhibere, facto deposito alicujus licet
8 modicæ summæ, cum obligatione solvendi residuum, postquam fuerit liquidatum, sed illud cum nihil ex parte sua expleverit, ex quo argui posset de ejus animo prono parendi mandaris rotalibus, & semper continuavit, prout adhuc continuat in ejus pertinacia, Impugnando totis viribus restitutionem fructuum, eo casu declaratoria relaxatur, ad hoc ut monitus postea fructus restituere incipiat. *Postb. de Manut. observ.*103. *num.*20. *& seqq. Add. ad Dec. Buratt. dec.*947. *lit. B. & prius in Addit. ad dec.*17. *num.*6. *Rota in rec. dec.*220. *num.*17. *&* 18. *part.*10. *& dec.*137. *num.*9. *& seqq. part.*19.

Verùm Domini benignius agendo, licèt potuerint sine ulla temporis dilatione statim devenire ad concessionem declaratoriæ, tamen indulserunt terminum trium mensium, à die intimationis faciendæ in partibus, ad hoc ut Capitulum agnoscere possit, in quo defecerit, & hoc interim curet sui debiti satisfactionem, ut sic parendo evitet excommunicationem, prout passim observat Pietas Tribunalis, &
9 præcipuè dum agitur de inferendo hoc spirituali vulnere contra Ecclesiasticos, eisdem alicujus mensis tempus ad parendum semper indulgens, ut alias fuit observatum, & signanter dictum fuit in *Baren. Testamenti super declaratoria* 4. *Junii* 1708. §. *Potuisset, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Et ita utraque Parte informante &c.

R. P. D. M U T O.

Vvormatien. Decanatus.

Veneris 19. *Junii* 1705.

A R G U M E N T U M.

Quis dicatur legitimus possessor sui Beneficii, ad effectum obtinendi Manutentionem.

S U M M A R I U M.

1 *Possidenti auctore Pretore, ritè, & rectè procedente, deneganda non est manutentio.*

2 *Rescripta Signaturæ Justitiæ refricare non licet.*

3 *Quando Canonici, propter bellum, seu aliam causam, se congregare non possunt, sed reperiuntur dispersi in longinquis partibus, tunc totum Jus Capituli dicitur residere penes Canonicum præsentem, etiamsi unicus existat.*

4 *Ratificatio Canonicorum, & Capituli sufficit ad convalidandam possessionem, quæ Capitulariter capta non fuerit.*

5 *In concursu duorum possidentium, manutenendus est qui habet possessionem anteriorem.*

6 *Possessio capta, non citato altero, in possessione existenti, est nulla, spoliativa, & non manutenibilis.*

D E C I S I O L.

EO sub fundamento, quod electio ad Decanatum in Ecclesia Collegiata Sancti Pauli Vvormatien. facta in personam Canonici Joannis de Berges per Capitulum ejusdem Ecclesiæ, esset nulla, quodque intra novum terminum ad faciendam electionem præfixum, ad eam deventum non fuerit, obtinuit Michael Staffen unus ex Canonicis Capitularibus dictæ Ecclesiæ usque de anno 1697. de dicto Decanatu à Sede Apostolica provideri, directisque Literis Reverendissimo Nuncio Colonien. coram eo, tam Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Capitulariter congregatum, quàm Joannes Berges citati fuerunt, Causaque prosecuta, obtinuit Provisus Apostolicus Sententiam super executione suarum Literarum, & illius vigore mandatum de immittendo ad sui favorem expediri obtinuit, executioni demandatum mediante possessione ei tradita à Canonico Scholastico, nomine Capituli, in aliorum Canonicum absentia.

Habita istorum notitia à cæteris Canonicis Capitularibus dictæ Ecclesiæ, hinc indè in exilium dispersis, Literas congratulatorias eidem Michaeli tanquàm Decano scripserunt, aliasque interesse Ecclesiæ concernentes. Verum quia post lapsum aliquorum annorum, nempè die 30. Junii 1699. nonnulli Capitulares congregati in Domo Scholastici possessionem dicti Decanatus tradiderunt præfato Joanni de Berges, hinc introducta lite, discussaque Causa prius coram Vicario Vvormatien. & deindè coram Decano Collegiatæ Ecclesiæ S. Cuniberti, quia hoc interim in spretum litis pendentiæ Michael coactus fuit restituere Claves Sacristiæ, SigillumCapitulare, & bis centum Florenos penes ipsum existentes, ad instantiam ejusdem fuit Capitulum condemnatum ad purgationem attentatorum priùs in partibus, & deindè à Signatura Justitiæ, quæ Causam nostro Tribunali commisit cum clausula *purgatis attentatis*, & in istius rescripti sequelam obtinuit idem Michael mandatum de manutenendo in quasi possessione Decanatus Clavium

vium Sacriſtiæ, Sigilli Decanalis, aliorumque, quibus fuerat per Capitulum pendente lite de facto ſpoliatus.

At quia his non obſtantibus Capitulum, & Joannes Berges ab ipſo electus, freti ſuis Juribus, credebant ipſis debitam eſſe manutentionem, ideo commiſſionem Signaturæ mihi præſentari curarunt, & ſubſcribi à me dubium -- *An & cui ſit danda manutentio* -- quod cum in hodierna audientia propoſuerim, reſponſum obtinui -- *Dandam eſſe manutentionem Michaeli*.

Docet enim Michael ſe fuiſſe à Sancta Sede proviſum anno 1697. de controverſo Decanatu, & obtinuiſſe Sententiam à Nuncio Colonien. ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, citatis tam Capitulo, quàm Joanne Berges ab eo electo, & ſucceſſivè vigore mandati de immittendo quietè, & pacificè Decanatus poſſeſſionem adeptum fuiſſe, eique per Capitulum traditas fuiſſe Claves Sacriſtiæ, & Sigillum Capitulare, ac proindè ei-
1 dem poſſidenti auctore Prætore ritè, & rectè procedente, debita eſt manutentio *Poſth. de Manut. obſerv.12. num.1. Rot. poſt eum dec.233. num.1. & 2. & dec.235. num.1.*

Potiſſimè quia Michael reputatus fuit pro poſſeſſore legitimo à Signatura Juſtitiæ, dum pro effectu purgationis attentatorum illi manutentionem conceſſit, & Literas declaratorias contra Capitulum ob non paritionem dicto mandato relaxavit, & propterea amplius
2 illa non poteſt controverti, cum reſcripta, & geſta à Signatura Juſtitiæ refricare non liceat, *Rota in Senogallien. Legatorum 13. Junii 1697. §. Validitas, coram Reverendiſſimo D. meo Decano Romana Montis 27. Novembris 1699. §. Inevitabiliter, coram R. P. D. meo Anſaldo, Romana Locorum Montium 3. Februarii 1700. §. Omnemque, coram eodem, Romana, ſeu Neapolit. Pecuniaria 2. Decembris 1701. §. Validitas, cor. R. P. D. meo Scotto cum aliis adductis in Romana Status Zagaroli 27. currentis anni §. Ex quibus, coram Me.*

Non attento quod poſſeſſio Michaelis, tanquam non capta Capitulariter, non ſit manutenibilis; Quia cum omnes Canonici eſſent abſentes, & per varias partes diſperſi, dempto unico Canonico Scholaſtico, qui nomine Capituli poſſeſſionem vigore mandati de immittendo decreti à Reverendiſſimo Nuncio Colonien. Michaeli tradidit, illa dicitur capta Capitulariter, nam ubicumque Canonici propter bellum congregare ſe non poſſunt, & neque in Eccleſia, neque in Civitate reſi-
3 dent, ſed reperiuntur diſperſi in exilio in longinquis partibus, tunc totum Jus Capituli, & tota poteſtas Capitularis dicitur permanere penes Canonicum præſentem, etiamſi unicus exiſtat, ut tradunt *Innocent., & Panormitan. in cap. cum nobis, de electión. Laiman. de Prælat. Eccleſ. quæſt.36. Encell. de elect. poteſt. §.1. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.1. ſub num.74., & cap.19. num.46. & ſub n.86. Bonacin. de Legibus diſput.1. quæſt.1. punct. 3. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæſt.18. n.6. Lavor. Var. Lucubrat. tit.4. cap.6. num.26. Rota in Majoricen. Beneficii 15. Junii 1699. §. Arriſit, cor. R.P.D. meo Anſaldo, & 26. Martii 1700. §. Minus obſtat, cum duobus ſeqq. coram Me.*

Fortiùs quia cæteri Capitulares abſentes, poſt traditam nomine Capituli à Scholaſtico poſſeſſionem, illam verbis, & facto ratificarunt, nam omnes Capitulares Epiſtolas congratulatorias eidem Michaeli tanquam Decano conſcripſerunt, & univerſum Capitulum de anno 1697. à Decano convocatum, ſe excuſavit, non poſſe congregari propter metum belli, eumque uti Decanum recognoviſſe liquet ex confeſſione judicialiter emiſſa, de qua in *Summario Michaelis num.*10. Proinde- 4
que hæc ratificatio Canonicorum, & Capituli ſufficit ad convalidandam poſſeſſionem, quæ capitulariter capta non ſit, *Poſth. de Manut. obſerv.30. num.6. & 7. Adden. ad Gregor. dec.364. num.6. circa finem, Rot. cor. Caſſador. dec.17. num.3. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. in recent. dec.91. n.6. part.1., & apud Poſth. de Manut. dec.95. n.3.*

Minùs obſtat poſſeſſio capitulariter capta à dicto Joanne de Berges. Tum quia iſta tanquam capta de anno 1699. eſt poſterior, & non manutenibilis, in concurſu poſſeſſionis duobus annis ante captæ à Michaele, qui eſt 5
manutenendus, excluſo Joanne habente poſſeſſionem poſteriorem, *Rot. apud Poſth. de Manut. dec.92. num.1.*

Tum etiam quia Joannes non cæpit poſſeſſionem de manu Executoris, neque citavit Michaelem legitimum Poſſeſſorem Decanatus, qui in vim Sententiæ eodem Joanne citato, obtentæ à Nuncio Colonien. reperiebatur 6
in poſſeſſione, ac propterea illiùs poſſeſſio, uti nulla, & ſpoliativa non eſt manutenibilis, in puncto *Rot. apud Poſth. de Manuten. dec.14. num.4. dec.16. num.3. & 4. deciſ.173. num.2.*

Et ita DD. prætermiſſa diſputatione validitatis, vel invaliditatis Electionis à Capitulo factæ in perſona Joannis, de quo agendum erit in alio Judicio, non in præſenti, ad ſimplicem manutentionem reſtricto, in quo attendi debet ſola poſſeſſio, reſponderunt.

Utraque &c.

V O T U M

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D.

C A R D I N A L I S S P E R E L L I

In Cauſa

Minerbinen., ſeu Nullius Cerignolæ Concordiæ.

A R G U M E N T U M.

Prælatus Inferior, prætendens Territorium ſeparatum, debet docere de privilegio claro, vel de immemorabili, canonizata per rem judicatam, vel ſaltem de quadragenaria cum titulo colorato. Epiſcopo Viciniori competit Jus Viſitandi tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato loca Nullius Diœceſis, etiamſi Prælatus Inferior exerceat Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territo-

rito-

ritorio separato. Concessio Dimissorialium, sive ordinatio Subditorum Secularium Prelati Inferioris spectat ad Episcopum Viciniorem. Procuratio est debita Episcopo Viciniori visitanti loca Nullius Dioecesis.

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti series.*
2 *Probatio Territorii separati debet fieri vel per privilegium literale, vel per immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo colorato.*
3 *Alioquin locus præsumitur esse intra fines Diœcesis.*
4 *Ex Mappa Topographica, judicialiter non confecta non probatur Territorium.*
5 *Oppidum censetur esse de Diœcesi, cui adhæret.*
6 *Episcopo Viciniori competit Jus visitandi loca Nullius Diœcesis.*
7 *Episcopus Vicinior debet admitti ad plenariam Visitationem in locis Nullius Diœcesis.*
8 *Prædictam Visitationem potest Episcopus explere quolibet anno.*
9 *Episcopum Viciniorem non posse visitare loca, in quibus Prælatus inferior, præter exemptionem passivam, exercet Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, tenent aliqui DD.*
10 *Hujusmodi opinio reprobatur ex mente* Sac. Congreg. Concilii, & Rotæ Romanæ.
11 *Contraria opinio procedit respectu Ecclesiarum Regularium, quia Concilium loquitur tantùm de Ecclesiis Secularibus.*
12 *Non adversatur prædictæ Sententiæ praxis Sacr. Congregationis Episcoporum, quæ solet aliquando in hujusmodi locis Nullius Diœcesis, deputare speciales Visitatores, & affertur ratio.*
13 *Prælati inferiores, etiam cum Territorio separato, non possunt amplius vigore* Concilii sess.23. cap.10. de reformat. *conferre Ordines minores, vel dimissorias concedere eorum Subditis Secularibus.*
14 *Reprobantur DD. sentientes, Prælatos Inferiores cum qualitate nullius, posse concedere prædictas Dimissorias, & firmatur hoc competere Episcopis Vicinioribus, nisi habeant speciale indultum post* Concilium Trident.
15 *Universitas Laicalis non potest obligari ad solvendam procurationem Episcopo visitanti sine Principis assensu.*
16 *De Jure, & generali consuetudine Universitas Laicalis non tenetur ad dictam procurationem.*
17 *Procurationis solutio ab Universitate Laicali præsumitur facta ex mera liberalitate, quæ non producit titulum coactivum.*
18 *Est in facultate eorum, qui visitantur, vel subministrare Visitatori moderata victualia, vel solvere in pecunia juxta solitum.*
19 *Resolvitur Episcopum Minerbini posse visitare locum Cerignolæ, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum, ad formam* Concilii sess.24. cap.9. de refor.
20 *Resolutio hujus Causæ* in Sac. Congregatione Concilii.

DECISIO LI.

Episcopus Minerbini, Archipresbyter, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Terræ Cerignolæ in Apulia porrexerunt Sanctissimo Domino Nostro preces, ad hanc *Sac. Congregationem* remissas, pro confirmatione Concordiæ, quam sub reservatione Beneplaciti Apostolici inierunt, ut aliquando finem imponerent antiquissimæ controversiæ, primò *in S. Rotæ Auditorio coram Lancellotto* introductæ, ac subindè in hac *S. Congregatione* prosecutæ.

Controversiæ summa in eo constituebatur, num scilicet Archipresbyter Cerignolæ, qui à Jurisdictione Minerbinen., & alterius cujuscumque Episcopi se exemptum esse, ac in dicto Oppido Cerignolæ Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato habere, & exercere contendit, Literas Dimissoriales pro collatione Ordinum, ad quoscunque Catholicos Antistites directas, suis Subditis concedere posset; vel potiùs teneretur eosdem Subditos ordinandos cum Literis Commendatitiis, seu Testimonialibus, remittere ad Episcopum Minerbini, uti Viciniorem. 1

Disceptabatur insuper, an eidem Episcopo Minerbinen. competeret Jus visitandi ratione Vicinioritatis dictam Ecclesiam Cerignolæ, quæ in Nullius Diœcesi existere dicitur, & ab Archipresbytero regitur, tanquam à proprio Prælato cum prætensa Jurisdictione quasi Episcopali, ac Territorio separato.

Succubuerat in omnibus Archipresbyter: Sacra enim Congregatio, audito etiam Episcopo Asculano, qui eadem Jura Vicinioritatis vendicare conabatur, sub *anno* 1660. declaravit, *Jus visitandi dictam Ecclesiam competere Episcopo Minerbini, uti Viciniori.*

Cumque sub *die* 16. *Maji* 1699. conquestus esset Episcopus Minerbini, quod rejectis Literis Dimissorialibus ad ipsum directis pro ordinatione nonnullorum Subditorum dicti Archipresbyteri, ausus fuerat idem Archipresbyter cum similibus Literis Dimissorialibus eosdem ordinandos remittere ad Episcopum Asculanum; Auditis omnibus interesse habentibus, ac audito desuper etiam Episcopo Lavellen., qui interea insurrexerat, & in possessione controversæ Vicinioritatis se esse affirmabat, *Sacra Congregatio* censuit -- *manutenendum esse Episcopum Minerbini in possessione, vel quasi exercendi ea, quæ sunt Ordinis, & Jurisdictionis ratione Vicinioritatis.*

Hisce Resolutionibus non acquieverat Archipresbyter, qui adnitens se, suamque Ecclesiam in omnimoda libertate confovere, *Anno* 1704. sub prætextu antiquæ litis pendentiæ ad *S. Rotæ Tribunal* divertit, *& coram bon. mem. Muto* Monitorium extorsit, quo inhibebatur Episcopo Minerbini, nè ad Visitationem Ecclesiæ Cerignolæ procederet. Re tamen ad Signaturam Sanctissimi delata, sub *die* 22. *Decembris* 1705. prodiit Rescriptum, *ejusmodi Causæ cognitionem ad hanc Sacr.* Con-

Congregationem spectare declarans.

In hoc rerum statu deventum fuit ad Concordiam, pro cujus confirmatione supplicatur; Ac præmissa luculenta narrativa, qua exemptio, tam passiva, quàm activa dicti Archipresbyteri cum Territorio separato, & Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum dicti Oppidi Cerignolæ stabilitur, & asseritur, primo loco conventum fuit: Quod Archipresbyter pro tempore, ceù Ordinarius Cerignolæ, teneatur in posterum cum Literis Testimonialibus, seu Commendatitiis suos Subditos Prima Tonsura initiandos, vel ad Minores, & Majores Ordines promovendos mittere ad Episcopum Minerbini, uti Viciniorem; Ita tamen ut Episcopus in casibus, quibus legitimo impedimento detentus Ordinationes habiturus non esset, valeat eosdem Subditos Archipresbyteri ad alium Episcopum dimittere, & in casibus absentiæ ab Ecclesia, & Diœcesi Minerbinen. debeat Episcopus facultatem tribuere ejus Vicario Generali, eosdem Subditos Archipresbyteri ad alios Episcopos dimittendi, ac in Ordinum collatorum Testimonio, vel in Literis Dimissorialibus, quas contingeret in prædictis casibus ab Episcopo, vel ejus Vicario Generali concedi, fiat expressa mentio Literarum Commendatitiarum Archipresbyteri, ceù dictæ Terræ Cerignolæ Ordinarii; Sede verò Episcopali Minerbini vacante, licitum sit Archipresbytero suos Subditos ordinandos cum Literis Commendatitiis mittere ad alios Episcopos sibi benevisos, non tamen ad Episcopos Asculanum, & Lavellen.

II. Processus, seu Inquisitiones, faciendæ occasione Promotionis Subditorum Archipresbyteri ad Ordines, super eorum Vita, & Moribus, ac super constitutione Sacri Patrimonii, fieri debeant ab Archipresbytero privativè quoad Episcopum Minerbini, cui reservatur Jus eosdem Ordinandos examinandi quoad Doctrinam.

III. Sacramentum Confirmationis in dicta Terra Cerignolæ administretur ab Episcopo Minerbini, à quo pariter omnes aliæ Functiones, quæ pertinent ad Ordinem Episcopalem, in eadem Terra peragantur, & exerceantur; Ita tamen ut in casibus, quibus Episcopus renueret pro dictis Functionibus peragendis ad dictam Terram accedere, prævia protestatione apud Acta publici Notarii emittenda super ejusmodi renuentia, licitum sit Archipresbytero advocare alium, quem maluerit Catholicum Antistitem, non tamen Episcopum Asculanum, aut Lavellen.; Idemque elapsis sex Mensibus in casibus impotentiæ, vel absentiæ Episcopi à residentia suæ Ecclesiæ, & transacto anno in casibus vacationis Sedis Episcopalis servari debeat.

IV. Quolibet Biennio valeat Episcopus Minerbini Jure Vicinioritatis visitare Collegiatam, aliasque Ecclesias in Oppido, & Territorio Cerignolæ existentes eodem modo, & forma, quibus Episcopus Gravien. simili Jure Vicinioritatis consuevit, & solet visitare Secularem, & Collegiatam Ecclesiam Altamuræ nullius Diœcesis; Ita tamen ut Visitatio ultra decem dierum spatium non protrahatur, & intra limites Visitationis localis, & realis Episcopus se continere debeat, ac à personali, & ab ea dependentibus, tam quo ad Archipresbyterum, quàm alios Sacerdotes dictæ Terræ Cerignolæ prorsus abstineat. Executio provisionum, seu Decretorum, in hujusmodi localibus, & realibus Visitationibus edendorum, committatur eidem Archipresbytero; Eique tanquam dictæ Terræ Ordinario reservata censeatur facultas visitandi cumulativè easdem Ecclesias. Procuratio verò Episcopo visitanti debita, quæ in certa summa ducatorum 40. taxatur, pro rata ducatorum 30. à Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, & pro rata ducatorum decem ab Universitate seculari dictæ Terræ Cerignolæ persolvenda sit.

V. Conventum fuit, & firmatum, omnimodam Jurisdictionem, & cognitionem Causarum, etiam criminalium, & matrimonialium, ac Censurarum, & Immunitatis, ac Libertatis Ecclesiasticæ, necnon approbationem Confessariorum tam secularium, quàm Regularium in dicto Oppido Cerignolæ pertinere debere, prout in præteritum pertinuisse supponitur, ad Archipresbyterum, uti Ordinarium, & Prælatum inferiorem cum Territorio separato, & Jurisdictione quasi Episcopali; Sede verò Archipresbyterali vacante, ad Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri ejusdem Oppidi, seu illius Vicarium privativè quoad alios; Itaut Episcopus Minerbini nequeat se ingerere, præter quam in causis extractionis Reorum ab Ecclesiis, Locisque immunibus ad formam *Constit. 7. fa. me. Gregorii XIV.* §.4., ac in iis, quæ in superioribus Concordiæ capitibus ipsi reservantur ratione Vicinioritatis.

Fuit demum adjecta conditio resolutiva Concordiæ in casu, quo Jura Vicinioritatis alteri Episcopo adjudicari contingeret.

Verùm enim verò adversus hujusmodi Concordiam ponderandum occurrit, sine ullo fundamento supponi, Ecclesiam Collegiatam Cerignolæ extra fines cujuscumque Diœcesis existere, & Archipresbyterum, uti Prælatum inferiorem, & Ordinarium in ea exercuisse, & exercere Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato: Non enim docetur de Privilegio Apostolico claro, & literali, neque de immemorabili canonizata per rem judicatam, neque de quadragenaria cum titulo colorato; quibus non concurrentibus, vel non probata originali illa, seu nativa 2
Libertate, & Territorii distinctione, de qua *Fagnan. in cap. Nullus à numer. 12. ad 16. de Paroch. & Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 28. Junii 1700. à §.1. ad §. Tot autem, coram Eminentissimo de la Tremoille*; Firma remanet Juris præsumptio, quod omnia Loca Mundi intra fines alicujus Diœcesis exi- 3
stant, juxta innumeras *SS. Congreg. & Rotæ* resolutiones, quas cumulat *Pignattell. consult. 26. num. 18. & 25. tom. 2. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 1. num. 12. & disc. 3. n. 2. in fine & num. 4. R. P. D. Petra in suis doctissimis Comment. ad Constit. Apost. 6. Alex. III. sect. 1. num. 16. 32. 63. & seqq. tom. 2. Rota cor. Emerix jun. dec. 411. à num. 4. & per tot. post Card.*

de

*de Luca ad dictum tract. de Jurisd. decis.*20. *num.*1. *in rec. part.*19. *tom.*2. *dec.*485. *n.*13. *& seqq.* ac supponitur in *Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. *cor. Muto*, *& in dicta Nullius*, *seu Fulden. Jurisdictionis*, *& in illius Confirmatoriis* 16. *Februarii* 1703. *&* 27. *Aprilis* 1705. *coram Reverendissimo Domino Molines*, in quibus neglecta nativa, & originali distinctione Territorii, de qua in 1. *dec. coram Eminentissimo de la Tremoille*, deciditur, ex sola Quadragenaria cum titulo, derivante à Privilegiis Apostolicis, etsi minùs claris, potuisse acquiri à Prælato Inferiori Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato; Et censuit hæc *Sacra Congregatio in Clusina Jurisdictionis* 21. *Aprilis* 1703. *&* 5. *Aprilis* 1704.

Nec dici potest, ex ipsa situatione deprehendi, Oppidum Cerignolæ non esse in Diœcesi Minerbinen., propriumque, ac separatum Territorium habere, cum medium inter Cerignolæ Territorium, & Minerbinen. Diœcesim jaceat Canusium, Nullius pariter Diœcesis: Tum quia non apparet, quod Mappa Topographica, ad id probandum mihi
4 exhibita, fuerit judicialiter confecta, ut ad hunc præcisum effectum requiri firmat *Rota post Tamburin. de Jur. Abbat. dec.*71. *num.*11. Tum quia non constat, Oppidum Canusii esse Nullius Diœcesis; cumque censeri debeat in Diœcesi Minerbinen., cui adhæret, idem judicari poterit de Oppido, & Territorio Cerignolæ, quod Canusino conjungitur, ut in ter-
5 minis Insularum docuit *Bart. in tract. de Insulis*, quem laudat & sequitur *Rota in Melevitana Expensarum* 24. *Junii* 1700. §. *His ita firmatis*, *coram Eminentiss. D. Card. de la Tremoille*.

At etiamsi liquidò constaret, Oppidum Cerignolæ, illiusque Territorium separatum esse, ac distinctum à Diœcesi Minerbinen., & Archipresbyterum, uti verum Prelatum, & Ordinarium, exercuisse in illo, & exercere Jurisdictionem quasi Episcopalem in vim Privilegii Apostolici clari, vel immemorabilis Possessionis, canonizatæ per tres conformes, vel Quadragenariæ cum titulo colorato, vel etiam originalis, seu nativæ libertatis; Læsiva nihilominus, ac nimium præjudicialis juribus Episcopi Minerbini dijudicanda esset Concordia: Cum enim revocari non valeat ampliùs in dubium, eundem Episcopum esse saltem Viciniorem Ecclesiæ Cerignolæ juxta *Declarationes Sacræ Congregationis*, editas, ut innuebam, contradicentibus tam Archipresbytero, quàm Episcopis Asculano, & Lavellen., ei utique tanquam Sedis Apostolicæ Delegato competit Jus visitandi sæpedictam
6 Ecclesiam, quantumvis exemptam, & in Nullius Diœcesi existentem, ut declaravit eadem *Sacra Congregatio*, & disponit nostrum *Concilium in cap.*9. *sess.*24. *de reform.* ubi derogatur Privilegiis, & Consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus.

Hoc autem Jus Visitandi non poterat in Concordia restringi ad Realem, & Localem Visitationem: Quia Episcopi Viciniores, quibus in *d. cap.*9. fuit delegata facultas visitandi Ecclesias seculares Nullius Diœcesis, admitti debent ad Visitationem plenariam ejusmodi Ecclesiarum, earumque Cleri, & Populi, habentque potestatem emendandi, corrigendi, & puniendi, tam in Capita, quàm in Membra, ut decisum referunt *Fagnan. in cap. Grave n.*22. *de Off. Jud. Ord. & in cap. Nullus num.*29. *de Paroch. Franc. Leo in Thesaur. Fori Eccles. part.*2. *cap.*2. *n.*74. *in fine Barbos. ad Conc. d. sess.*24. *de reform. cap.*9. *num.*4. *&* 8. *& de Off. & Potest. Episc. part.*3. *alleg.*74. *num.*7. *Pignatell. consult.*8. *num.*63. *& num.*66. *in fine tom.*7. 7

Rursus non poterat in pactum deduci, ut Episcopus Minerbini nonnisi semel quolibet biennio accederet ad Visitationem Ecclesiæ Cerignolæ: Concilium enim *d. cap.*9. decrevit, ut in Visitatione Ecclesiarum secularium Nullius Diœcesis, ab Episcopo Viciniori eadem observentur, quæ de adhibenda ab Ordinariis diligentia in Beneficiatorum, etiam exempto- 8
rum Visitatione, constituta fuerunt in *eod. Concilio sess.*7. *& sess.*21. *utrobique cap.*8. *de refor.* ubi annis singulis id explendum esse præcipitur.

Non suffragante ad astruendam æqualitatem Concordiæ opinione nonnullorum DD., existimantium *in dicto cap.*9. non fuisse concessam Episcopo Viciniori facultatem visitandi Ecclesias illas, in quibus præter Exemptionem passivam Prælatus inferior exercet Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Ter- 9
ritorio separato; *Gratian. discept. for. cap.*212. *n.*30. *& seqq. Rosa de vera resid. cap.*4. *sess.*6. *num.*488. *Crispin. de Visit. Pastorali part.*1. §.13. *num.*39. *& seq.*

Quia revera *Concil.* in sæpè allegato *cap.*9. extendit, & ampliat facultatem visitandi Ecclesias exemptas Exemptione passiva, in præcedenti *sess.* 7. *&* 21. delegatam Episcopis, etiam ad illas Ecclesias Seculares, quæ extra fines cujuscumque Diœcesis existunt, & à suis Prælatis cum Jurisdictione quasi Episcopali, & Territorio separato reguntur, ut perspicuè colligitur ex eo, quod hujusmodi Ecclesiarum Visitationem commisit Episcopo, cujus Cathedra est illis proximior, ac per consequens supposuit, non adesse Episcopum Diœcesanum, & omnimodam Jurisdictionem Ordinariam cum Territorio separato residere penes Prælatum. Et hanc fuisse mentem *Concilii* docent, & resolutum re- 10
stantur *Fagnan. in cap. Grave num.*21. *de Off. Jud. Ord. in cap. Nullus num.*23. *& seqq. de Paroch. & in cap. Accedentibus num.*33. *de Excess. Prælat. Barb. ad Concil. sess.*24. *dicto cap.*9. *num.*2. *&* 5. *& de Off. & Potest. Episc. part.*3. *alleg.*74. *num.*5. *& seq. Pignatell. consult.*8. *num.*66. *&* 67. *tom.*7. *Rota rec. part.*2. *dec.*501. *num.*5., ubi quod si Locus Nullius est in aliqua Diœcesi, Visitatio spectat ad Episcopum, in cujus Diœcesi situs est, non ad Viciniorem, *post Tamburin. de Jure Abbatum dec.*65. *in princ. num.*3. *& per tot. & dec.*67. *num.*3. *in fine & num.*5. *& dec.*71. *num.*14.

Dicendum est ergo, *DD.*, qui contrarium tenuerunt, vel fuisse hallucinatos, vel esse intelligendos de Ecclesiis Regularibus, in Nullius Diœcesi existentibus, ac Prælato itidem Regulari pleno Jure subjectis, quæ ab Episcopo

copo Viciniori viſitari non poſſunt, cum *in dicto cap.9.* Concilium diſpoſuerit de Eccle-
11 ſiis Secularibus dumtaxat, ut obſervant *Fagnan. in dicto cap. Grave num.19. & 24. de Offic. Ordin. in cap. ſignificaſti num.32. de Off. Archid. in cap. Nullus de Paroch. à numer.33. ad 39. in cap. Cum dilectus num.33. de Relig. Domib.*, ubi quod ſæpè *Sacra Congregatio* ita cenſuit, *Pignatell. dicta conſult.8. num.66. tom.7.*

Ejuſdem ponderis eſt Argumentum deductum ab obſervantia, & Praxi *Sacræ Congregationis* Epiſcoporum, & Regularium, depu-
12 tandi alios Epiſcopos, qui cum facultatibus Viſitatoris Apoſtolici accederent ad viſitandam Eccleſiam Cerignolæ, ut ſignanter ſervatum fuiſſe docetur anno 1581. & anno 1677., quo munus hujuſmodi commiſſum fuit Eminentiſſimo D. Cardinali Urſino, tunc Archiepiſcopo Sypontino: Eatenus enim opus fuit, etiam poſt Concilium, deputare pro dicta Eccleſia Cerignolæ Viſitatores Apoſtolicos, quatenus, pendente lite paulo poſt Concilii publicationem, & confirmationem, anno nempè 1579. introducta in *Sacræ Rotæ Auditorio* inter Archipresbyterum ejuſdem Eccleſiæ, ac Epiſcopum Minerbini ſuper Jure Vicinioritatis, quod ſucceſſivè in hac *Sacra Congregatione* vendicare conati ſunt Epiſcopi Aſculanus, & Lavellen., non conſtabat, Epiſcopum Minerbini eſſe Viciniorem dictæ Eccleſiæ; Ideoque ex hujuſmodi deputationibus non ſequitur, quod, ſecluſa Concordia, Epiſcopus Minerbini, cui tandem fuerunt adjudicata Jura Vicinioritatis, neque in præſentiarum valeat, uti Delegatus Sedis Apoſtolicæ, viſitare Sæcularem Eccleſiam Cerignolæ ex diſpoſitione *dicti cap.9. ſeſſ.24. de refor.*

Nullius demum momenti ad reparandum præjudicium, illatum Epiſcopo in Concordia, eſt onus aſſumptum ab Archipresbytero mittendi ad eundem Epiſcopum Minerbini cum Literis Teſtimonialibus, ſeu Commendatitiis ſuos ſubditos prima Tonſura initiandos, vel ad Minores, & Majores Ordines promovendos, attributa deſuper facultate Epiſcopo concedendi eiſdem ſubditis Archipresbyteri Literas Dimiſſorias, ut ab aliis Epiſcopis ordinentur: Epiſcopus enim non obtinet vigore hujus pacti, niſi id, quod de Jure ipſi competit, etiam circumſcripta Concordia, cum attento *Decreto Concilii ſeſſ.23. de ref. cap.10.*
13 non liceat ampliùs Prælatis Inferioribus, ſive Regulares ſint, ſive Seculares, Tonſuram, & Minores Ordines conferre, vel Dimiſſorias concedere eorum Subditis Secularibus.

Et licèt non deſint *DD.*, qui crediderunt, in dicta Concilii diſpoſitione non fuiſſe comprehenſos Prælatos illos, qui habent Territorium ſeparatum, ac exercent Juriſdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in Clerum, & Populum; *Gratian. diſcept. for. cap.212. num.2. & ſeqq.*, aliique cumulati *per Barboſ. de Offic. Epiſcop. part.2. alleg.7. num.6. & ſeq. & per Pignatell. conſult.8. num.60. tom.7. & conſult.59. num.3. & ſeq. tom.8.*

Sacra tamen hæc Congregatio ejuſdem Concilii Interpres perpetuò tenuit, conceſſionem Dimiſſorialium, ac Ordinationem Subditorum Secularium Prælati Inferioris ſpectare, vel ad Epiſcopum, intra cujus Diœceſis fines exiſtunt Loca ſubjecta Juriſdictioni Prælati, vel ad Epiſcopum Viciniorem, ſi Prælatus inferior habeat proprium, & ſeparatum Territorium extra fines cujuſcumque Diœceſis; Ita ut hodiè nullus Prælatus Inferior reperiatur, cui liceat Tonſuram, & Minores Ordines conferre, aut Dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos concedere ſuis Subditis Secularibus, etiamſi in eos habeat omnimodam, & quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem, & ſive illius Territorium ſit intra fines alicujus Diœceſis, ſive extra, niſi doceat de Privilegio Apoſtolico poſt Concilium ſupervento, ut contra omnes Prælatos Inferiores Italiæ, & ſignanter contra Caſſinen., Caven., & Farfen., quibus tamen ex ſpeciali Indulto Sanctæ Sedis fuit poſtea tributa facultas concedendi Dimiſſorias etiam Subditis Secularibus, de- 14
claratum fuiſſe teſtantur *Fagnan. in cap. ſignificaſti num.12. & ſeq. & num.24. & ſeq. de Offic. Archid. Barboſ. de Jure Eccl. lib.1. capit.14. num.21. poſt med. de Off. Epiſc. part.2. alleg.7. n.8. in fine & ad Concil. dicta ſeſſ.23. cap.10. num.10. in fine Pignatell. conſult.26. num.25. tom.2. & conſult.8. à num.55. tom.7. & conſult.59. à num.14. tom.8. Criſpin. de Viſit. Paſtor. §.13. num.40. in fine part.1. R.P.D. Petra in Comment. ad Conſtit.6. Alex. III. n.17. in fine*, ubi de Archimandrita Meſſanen.

Quoad onus, Univerſitati Seculari Terræ Cerignolæ impoſitum, ſolvendi ratam Procurationis, Epiſcopo viſitanti debitæ, ponderandum eſt, obligationem ſuſceptam ab eadem Univerſitate non ſuſtineri, niſi accedat Regius Aſſenſus ad formam *Text. in l.3. C. de Vendendis Rebus Civit. lib.11.* Fuit qui- 15
dem hujuſmodi aſſenſus expreſsè reſervatus in Concordia; verùm illius impetratio videtur nimis ardua, cum de Jure, vel generali Conſuetudine Epiſcopi viſitantes, procurandi non ſint ab Univerſitatibus Laicalibus, præſertim ubi Procuratio exigi vellet, ut in præſenti, intuitu Adminiſtrationis Sacramenti Confirmationis; *Gloſſ. in cap.1. V. Laicos de Cenſibus in 6. ibique Hoſtien. num.14. & Ge-* 16
minian. in fine, Fagnan. in cap. Venerabili, num.29. eodem tit. Pignatell. conſult.47. n.4., & per tot. tom.1., & aliis cumulatis *Monacell. in Formular. tit.5. form.2. à num.20. ad 23.* Et cenſuit *Sacr. Congregatio in Amalphitana 18. Julii 1699. ad dub.2.*

Et quamvis, concurrente contraria Conſuetudine particulari, quandoque permiſſum fuerit Epiſcopis, ut continuarent in poſſeſſione exigendi Procurationem etiam à Laicis; Id tamen permiſſum fuit cum illa modificatione — *Quoad ipſi Laici voluerint; quod ſi recuſarent, compellendi non eſſent*, ea ratione, quia procuratio præſumitur in præteritum ſoluta à Laicis ex mera liberalitate, & facultate, quæ non producit titulum coactivum; *Paſſerin. in cap. Exigit, de cenſibus in 6. nu-* 17
mer. 15. Barboſ. de Offic., & Poteſt. Epiſcop. part.3. alleg.73. num.45. & ad Concil. ſeſſ.24. de reform. cap.3. num.37. Pignatell. dicta conſult.47. n.4. & ſeqq. tom.1. Antonell. de Jurib., & Onerib. Cleric. lib.2. part.6. cap.17. n.83.

Præterea quoad eandem Procurationem, in certa summa ducatorum 40. taxatam, reservanda fuisset ad favorem Cleri, & Populi visitandi, facultas subministrandi Procurationem in Victualibus: Licèt enim Jure novissimo valeant Episcopi visitantes Procurationem recipere etiam in pecunia juxta *Constit. Bonifacii VIII.* relatam *in cap. Felicis, de Censibus in 6.*; semper tamen esse debet in optione eorum, qui visitantur, si malint moderata Victualia subministrare, vel solvere id,
18 quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum, ut totidem verbis decrevit nostrum *Concil. in cap.3. sess.24. de reform.*, & monent *Passerin. in dicto cap. Felicis, num.1. de Censib. in 6. Barbos. de Off. Episc. lib.3. alleg.73. num.56., & ad Concil. dicto cap.3. num.33. Antonell. de Jurib., & Oner. Cleric. lib.1. part.3. cap.42. num.7.* Et respondit *Sacra Congregatio in Potentina 24. Januarii 1705. ad primum*, & nuperrimè *in S. Marci 7. Julii 1708. ad primum*.

Censerem propterea, non esse locum petitæ Confirmationi, & injungendum esse Episcopo Minerbini, ut ad Visitationem Collegiatæ, aliarumque Ecclesiarum, in Oppido, & Territorio Cerignolæ existentium,
19 uti vicinior, & tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus omnino procedat ad formam *Concilii sess.24. de ref. cap.9.*, sine tamen præjudicio Jurium eidem Episcopo competentium quoad Situationem dicti Oppidi in sua Diœcesi Minerbinen.

Hæc omnia subiiciens Prudentissimo Judicio EE. VV., quæ dignatæ sunt mihi præcipere, ut super ista Concordia meam Sententiam proferrem, earundem EE. VV. manus humillimè deosculor. Romæ 19. Septembris 1708.

EE. VV.

Humillimus, & Devinctissimus Famulus
S. Card. Sperellus.

20 CAusa prædicta proposita fuit *in Sacr. Congregatione Concilii die prima Junii* 1709. sub hoc dubio.

An Concordia, de qua agitur, sit confirmanda?

Et responsum fuit. *Negativè*.

Et iterum proposita *die* 16. *Novembris* 1715. *Sac. Congregatio* stetit in decisis, & cum fuisset propositum aliud dubium.

An Episcopo Minerbinen. competat Jus visitandi Jure delegato? *ead. Sacr. Congregatio* respondit *Affirmativè*, & amplius.

R. P. D. FALCONERIO.

Barchinonen. Mulctæ.

Veneris 10. *Januarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Capitulum quando habeat propriam Jurisdictionem in Canonicos. Et an absque illa condere possit Statuta pœnalia. Habet semper impropriam, & œconomicam Jurisdictionem, qualis competit Patrifamilias, & omni Collegio; vi cujus, & Constitutiones, statum verò generalem Ecclesiæ non tangentes, vel Episcopi jura, facere valet pro sui regimine; & Canonicos inobservantes punire in levibus, subtractione fructuum, & vocis in Capitulo ad tempus absque figura judicii. Quam potestatem exercere potest etiam, ubi ejus usus alicui Canonico specialiter commissus fuerit; omnis enim Jurisdictio regulariter censetur cumulativè concessa. Absque eo quod Superiori Judici prohibitum sit hujusmodi punitos à Capitulo judicialiter plectere, supplendo pœnam delicto æqualem.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum absque Jurisdictione an facere possit Statuta pœnalia?*
2 *Jurisdictionem acquirit concessione, præscriptione, vel consuetudine, & etiam ex tacito consensu Episcopi per longum tempus.*
3 *Consuetudo hujusmodi approbatur à Jure.*
4 *Et inducitur sola longi temporis possessione absque titulo.*
5 *Est favorabilis, & pleniùs interpretatur, quam præscriptio, à qua differt.*
6 *Talis Jurisdictio in Gallia, & Hispania exercetur à pluribus Capitulis, vel eorum Decanis.*
7 *Capitulum etiam sine propria Jurisdictione condere potest Statuta pro sui regimine, Ecclesiæ statum generalem, vel Episcopi jus non tangentia.*
8 *Item Canonicos inobservantes, absque forma Judicii, punire subtractione distributionum, & vocis in Capitulo ad tempus.*
9 *Sicuti Pater castigare valet Filium, Magister Discipulum, & Senior propinquum.*
10 *Omne Collegium habet impropriam, & œconomicam Jurisdictionem in membra, pro sui directione.*
11 *Eamque exercere potest, etiam si specialiter alicui de Collegio commissa sit, cui tantùm cumulativè concessa intelligitur.*
12 *Observantia optimè declarat præcedentem conventionem.*
13 *Pœna per modum unius inflicta ultra fines Jurisdictionis, est nulla in totum.*
14 *Vel corrigenda est in excessu.*
15 *Dispositio loquens de Beneficiatis non trahitur ad Canonicos.*
16 *Beneficiati non sunt de Capitulo.*
17 *Contradictio, & correctio instantanea, non est in dispositionibus admittenda.*
18 *Modus pœnarum à solito regulandus est.*
19 *Suspensio ab Officio amovibili non dicitur pœna.*
20 *Et venit in consequentiam interdicti ab ingressu Capituli, sub cujus directione exercetur.*
21 *Pœna gravis de Jure Canonico non censetur, quæ est infra depositionem.*
22 *Privatio distributionum etiam per paucos dies quando, & quibus dicatur pœna gravis?*

23 *Jurisdictio œconomica, & correctoria competens Collegio in membra, procedit in levibus delictis.*
24 *Supposita propria Jurisdictione, Collegium, & Capitulum cognoscere potest etiam de gravioribus.*
25 *Dummodò pœna Degradationis imponenda non sit,*
26 *Idem delictum duplici pœna puniri non debet.*
27 *Plures limitationes hujus regulæ indicantur.*
28 *Puniri potest ab uno extrajudicialiter vi potestatis œconomicæ, & etiam à Superiori judicialiter vi propriæ Jurisdictionis, supplendo integram pœnam.*
29 *Mulcta extraordinaria non tollit pœnam delicto debitam.*
30 *Idem delictum ob illius duplicem deformitatem dupliciter puniri potest.*

DECISIO LII.

MUlctam à Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Barchinonen. Irrogatam, seu verius coercitionem adhibitam in Canonicum Dalmatium de Copons, pro quibusdam excessibus, eum arcendo per tres menses ab Ingressu in Capitulum, Participatione distributionum, ac Administratione Hospitalis, illi per Capitulum jam prius commissa, idem Canonicus ab hoc Sacro Auditorio, prævia Commissione appellationis ad S. Sedem interpositæ, vel irritam declarari ex defectu Jurisdictionis, vel saltem esse moderandam expostulavit: Neutrum vero potuit obtinere, quia re cognita Domini super congruo dubio per Me hodie proposito -- *Mulctam sustineri* dixerunt.

De facultate siquidem Capituli similes pœnas irrogandi, & Canonicorum excessus puniendi, vix dubitandi locum reliquerunt plurima documenta, quibus apparebat Capitulum, ea facultate usum fuisse ab anno 1543. ad hæc usque tempora: sed insuper afferebatur Statutum expressum factum de anno 1588. à Capitulo, cum interventu Vicarii Generalis Episcopi, in quo enunciantur aliæ similes antiquissimæ Constitutiones, eisque inhærendo præscribitur, transgressores Canonicos puniendos fore arbitrio ipsius Capituli, vel privatione portionis quotidianæ panis, vel privatione distributionum, aut interdicto ab ingressu Capituli per tempus, prout rei qualitas exegerit &c. Quod Statutum subindè diutissimè observatum, & ab Episcopo nec modò, nec unquam impugnatum, cujus etiam observantiam singuli Canonici de more promittunt, cum primum in Collegio recipiuntur, prout ipse Canonicus de Copons jurejurando promisit, indubiam reddit consuetudinem
1 pro Capitulo. Proptera, quicquid sit, an Capitulum sine Jurisdictione posset facere Statuta pœnalia, quod explicat *Bald. in l. cunctos populos Cod. de Summ. Trinit., & Fid. Cathol. Felin. in cap. cum omnes, num.9. de Constit. Oldrad. consil.181. Fermosin. de capit. tract.3. quæst.4.* cessat quæstio, cum Jurisdictio Capitulo competit ex consuetudine, planum est enim posse Jurisdictionem acquiri, 2
vel concessione, vel præscriptione, vel consuetudine. *cap. Cum contingat cum ibi notat. de For. competent. Abbas in cap. duo sunt n.2. de Offic. Jud. Ordin. Gonzal. in dicto cap. Cum contingat, in fine, & ibi Felin. num.2. Cancer. part.2. cap.2. de Jurisdict. omn. Jud. n.69. Rot. part.3. rec. dec.20. sub num.6.* ubi quod sufficit consensus tacitus Episcopi per longam tolerantiam, *& part.4. tom.1. dec.606. num.1. in fine versic. Hoc autem multo magis &c. part. 19. dec.254. n.18.*

Eaque consuetudo expressè approbatur in 3
cap. Irrefragabili 13. §. Excessus, de Offic. Judic. Ordin. ubi Innocentius Pontifex, *excessus,* inquit, *Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ, qui consueverunt corrigi per Capitulum, per ipsum in illis Ecclesiis, quæ talem hactenus habuerunt consuetudinem, corrigantur &c.* Undè sequitur, quod irrationabilis, aut contra Jus talis consuetudo dici non possit, quam Jura ipsa sustentant. *Cap. Cum dilectus 8. de consuetud. cap. Abbate, de V. significat. Gloss. in cap. fin. V. Rationabilis, de consuetud. Innocent. ibidem num.1.* Nec titulum exigit, sed sola longi temporis possessione inducitur; Satis enim differt consuetudo à præscriptione, ut notant 4
Abb., & Canonistæ communiter *in cap. fin. de consuetud. Alex. in l. more majorum ff. de Jurisdict. omn. Judic. Felin. in cap. Statuimus n.5. de major, & obedien. Cravett. de antiquit. temp. part.4. n.1. & seqq. Balb. de præscript. part.1. principal. quæst.10. per tot., Rot. part.2. rec. dec.375. n.8. & dict. dec.20. part.3.* Nec odiosa reputari debet, *Felin. in cap. auditis, n.21. de præscript.*, ubi quod consuetudo favorabilis est, & plenioris interpretationis quam 5
præscriptio. *Innoc., & Butr. in cap. Dilecto, de Offic. Archidiac. Card. in Clem.1. de supplend. negligentia Prælator. Balb. in dicta quæst.10. n.9. de præscript. part.1. principali.*

Similem ex consuetudine Jurisdictionem exerceri à plerisque aliis Capitulis Hispaniæ, refert *Fagnan. in dicto cap. Irrefragabili §. Excessus num.21. de Offic. Judic. Ordinar.* De Ecclesiis Regni Galliæ, quod Decanus habeat ex consuetudine Jurisdictionem in Capi- 6
tulum, & in aliquam partem Cleri testatur, *Vanespen. Jur. Eccles. tom.1. tit.11. cap.2. n.6.* atque in hoc ipso Capitulo Barchinonensi eam admittere non dubitavit *Rot. in Barchinonen. Jurisdictionis 5. Julii 1693. §. Supposita namque &c. cor. b. m. Ursino*, ubi concordantes referuntur.

Quinimmo submota consuetudine Jurisdictionem tribuente, Capitulum adhuc haberet Juris assistentiam pro ejusmodi animadversione in Canonicos Refractarios; potest etenim Capitulum, etsi nullam habeat Jurisdictionem, particularia sibi condere Statuta pro sui re- 7
gimine, dummodo neque statum Ecclesiæ generalem tangant, nec Episcopi Jura, ut omnes fatentur post *Gloss. in cap.2. V. Statutum, de verbor. signific. in 6. Abbas in cap. Cum accessissent, num.4. de Constitut.*, & ibi *Dec. num. 9. Felin. in cap. Cum omnes, num.10. eodem tit. Fermosin. de Capitulo tract.3. quæst.4. n.2. Frances de Ecclesiis Cathedral. cap.14. num.172. Suarez de Legib. lib.4. cap.6. num.11. Rota* part.3.

part.3. recent. dec.20. num.6. & part.7. dec.76. num.1. & seqq. Itidemque poreſt Inobſervantes, Perturbatores, & Contumaces compeſcere per ſubtractionem fructuum, & diſtributionum, ſeu vocis in Capitulo ad tempus, non per viam contentioſæ Juriſdictionis, & in for-
8 ma Judicii, ſed per modum domeſticæ diſciplinæ; quemadmodum ſine uſu, & exercitio Juriſdictionis Pater caſtigat Filium *leg. Si Filius Cod. de Patr. poteſt.*, Magiſter Diſci-
9 pulum *leg. Sed*, *& ſi quemcunque* 5. §. *Si Magiſter in fine ff. ad leg. Aquil.* Senior Propinquum *leg. unic. Cod. de emendat. propinquor. Imol. in cap. Cum contingat, ſub num.6. de for. compet. Abb. ibidem num.28. Tondut. Quæſt. Benef. lib.1. cap.61. num.10., & cap.62. num.17. Vaneſpen. Jur. Ecclef. tom.1. tit.11. cap.2. num.7. & ſeqq. Cabaſſut. in Jur Canon. lib.2. cap.24. numer.39. Saravia de Juriſdict. adjunct. quæſt.33. num.19. & ſeqq.*, ubi quod omne Collegium habet, ſi non propriam Juriſdictionem, impropriam ſaltem, & œconomicam pro Collegii directione, qualem in caſu præſenti
10 Capitulum exercuit, procedendo ſine ſtrepitu, & figura Judicii per modum domeſticæ correctionis, quam unicuique Capitulo competere, dixit etiam *Rot. part.19. recent. dec.254. n.12.*, *& in Illerden. Statuti 16. Martii 1705. §. Non attenta &c. coram Muto.*

Minimè obſtante, quod hanc qualemcunque Juriſdictionem Capitulum exercere non poterat, poſtquam ea demandata fuerat Præcentori per Concordiam initam inter ipſum Capitulum, & Epiſcopum de anno 1602. à Sancta Sede confirmatam, ubi inter cætera diſponitur, quod -- *Poteſtas, ſive Juriſdictio privandi diſtributionibus, & ingreſſu Capituli Dignitates, & Canonicos propter interruptionem ſilentii, & exceſſus in Choro, & proceſſionibus ad Præcentorem, aut Succentorem, vel alias Perſonas per Epiſcopum, & Capitulum ad id deputatas, vel deputandas ſpectaret &c.* Advertebant enim Domini, ſenſum Concordiæ non fuiſſe, ut Capitulo quicquam detraheretur de facultate corrigendi Canonicos, quæ in controverſiam tunc non ducebatur, ſed potiùs eam Capitulo præſervatam videri, delegato miniſterio Præcentori, ſeu Succentori, qui ſunt pars, & membra Capituli, quique opportuniùs eam exercere poſſe dignoſcebantur pro exceſſibus commiſſis in Proceſſionibus, & Choro, cujus regimen cum quadam præeminentia ſpectat ad Primicerium, qui primus Cantor, & Chori Magiſter nuncupatur, ejuſque vice ad Præcentorem, & Succentorem *Can. Cleros §. Cantor diſtinct.21. Can. Perlectis §. Ad Primicerium diſtinct.25. cap. Inter Dilectos, de Exceſſib. Prælator, cap. unic. de Offic. Primicer.*, & ibi plenè ſcribentes *Bleynian, in rudiment. Jur. Canon. tit.5. lib.2. §. Septimo Præcentores &c.* ex eo enim, quod Præcentori, & Succentori talis poteſtas commiſſa fuerit, minimè remanſit à Capitulo abdicata, ut non poſſet, ſi vellet, per ſe ipſum eam exercere; nam omnis Juriſdictio regulariter
11 conceſſa intelligitur cumulativè, non privativè, *leg. final. Cod. de Juriſdict. Omn. Jud. l.1. Cod. de Offic. Præfect. Urbis cap. Dudum, §. Nos igitur, de Præbend. in 6.* cum aliis latè cumulatis per *Felin. in cap. Paſtoralis, de Offic. Judic. Ordin.*, *& Fagnan. in cap. Quanto, n.28. eodem titul. Guttierez Pract. Quæſt. lib.3. quæſt. 24. num.2. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.2. n.37. Grammat. dec.30. num.8. Rot. coram Coccin. deciſ.316. num.7. coram Buratt. dec.912. num.4.*

Idque confirmatur, & extra dubium ponitur ex obſervantia poſt ipſam concordiam ſecuta, quippè non ceſſavit Capitulum per ſe, quando voluit, Canonicos mulctare, & corrigere, nec Præcentore, nec Epiſcopo ſe op- 12
ponentibus: Obſervantia verò ſubſequens optimè declarat quid inter partes in conventione actum fuerit. *Leg. quadam 15. in principio ff. de Reb. Dubiis* ibi -- *Ex poſt facto retroducitur, & apparet quid actum eſt &c. Honded. conſ.92. n.30. lib.1. Mantic. de tacit. lib.2. tit.1. n.5. Rot. coram eodem dec.120. n.12. cor. Seraphin. dec.599. num.6. cor. Priol. dec.45. n.29. & dec.393. num.7.*

Nec ad præſentem Cauſam viſa fuit applicabilis eadem prædicta Concordia in ea parte, in qua diſponitur, quod -- *pro exceſſibus commiſſis per Beneficiatos, & Clericos Eccleſiæ intra Eccleſiam, eiuſque ambitum, & Clauſtra, poſſint per Capitulum privari diſtributionibus quotidianis, & per ſolum Epiſcopum condignè puniri juxta menſuram delicti &c.* Ut propterea ſi Capitulum ultra privationem diſtributionum, ademit etiam Canonico vocem acti- 13
vam, & paſſivam, atque adminiſtrationem Hoſpitalis, fines Juriſdictionis exceſſerit, & ſic pœna debeat in totum irrita declarari, velut inflicta per modum unius abſque competenti Juriſdictione, ad tradita per *Gloſſ. in l. fin. ff. de Juriſdict. Omn. Jud. Bald. in Authen. Quas actiones Cod. de Sacroſ. Eccleſ., & in l. certa ratione 5. Cod. quando appell. non eſt neceſſ. Rebuff. de Sentent. proviſional. art.2. gloſſ.4. Cancer. part.3. cap.17. num.332. & ſeqq. Gratian. cap.162. num.18.* Vel ſaltem ſit corrigenda in eo, quod permiſſam facultatem 14
excedit, ut in puncto dixit *Rot. in Barchinonen. Pœnæ 13. Junii 1695. cor. bon. mem. Muto.*

Etenim cum prædicta diſpoſitio loquatur de Beneficiatis, de quibus etiam agitur *in dicta Barchinonen. Pœnæ*, trahi non debet ad Canonicos, reſtringendo facultatem Capituli 15
eos coercendi per alias pœnas, prout antea conſueverat; Quod enim expreſsè non corrigitur, ſtare non prohibetur. *Leg. Præcipimus in fin. Cod. de appellat., ubi Bart. Gloſſ. in Clem.1. V. eligatur de Election. Jo: Andr. in cap. ſi Apoſtolicæ, de Præbend. in 6. Alciat. lib.2. de V. ſignific. num.34.* Et quemadmodum ſi dicta diſpoſitio pœnas augeret, Canonici nollent in ea comprehendi, quia nempè de Beneficiatis tantùm loquitur, ita fateri & nunc debent, quod illa ad ſe non ſpectet; non enim auditur quis petendo id, cujus contrarium in caſu contrario non eſſet petiturus. *Leg. penult. Cod. de ſolution. ubi Bald. Surd. dec.132. num.13.* præſertim quia non eſt eadem inter eos ratio, Nam Canonici propriè ſunt de Capitulo, & quoad ſe ſtatuere poſſunt, & ſinguli jurant obſervantiam Statuti pœnalis de ſilentio ſervando, facti de anno 1588., ubi datur facultas Capitulo privandi 16
etiam

etiam voce activa, & passiva: Beneficiati verò nec tale Juramentum præstant, nec de Capitulo propriè dicuntur. *Abb. in cap. Dilecti n.1. de major., & obed., & in cap. scriptum num.4. de Election. Rot. cor. Cavaler. dec.57. numer.4. part.6. rec. dec.309. n.4.*

Addito etiam quod si in ipsa Concordia anni 1602. statuitur, quod Canonici silentium rumpentes in Choro, & Processionibus, puniantur à Præcentore nedum subtractione distributionum, verùm etiam privatione Vocis in Capitulo, prorsùs dicendum est, quod sequens dispositio de Beneficiatis, ut puniantur à Capitulo sola privatione distributionum,
17 ad Canonicos non pertineat, de quibus jam dispositum fuerat, nè admittatur instantanea correctio, vel contradictio. Ad notata *in leg. non ad ea 89. ff. de condict., & demonstrat. Dec. in cap. Ex parte 13. num.5. de Offic. Judic. Deleg. Cravett. cons.26. num.7. & pleniùs in respons. pro gener. num.301. & seqq. Rota coram Mantic. decis.136. num.4. part.7. rec. dec.31. num.7.* Et hoc etiam sequens diuturna observantia declaravit, quia Capitulum in Canonicos, aliis etiam pœnis, præter distributionum privationem, animadvertit, quæ quidem observantia tollit omne dubium, ut supra dictum est. Undè planum fit, quod quicquid à *Sac. Rota* in Causis Beneficiatorum decretum est, ad præsentem Causam Capituli cum Canonico non pertinet.

Sicut autem ex prædictis, Pœna, seu Mulcta, per Capitulum imposita, non est extra illius facultatem, ita nec eam Domini supra meritum Delinquentis, aut immodicam agnoverunt. Ex facto enim resultabat, quòd Canonicus Copons, in publica celebritate Capituli, probris incesserat Canonicum alterum, qui supplicem libellum duorum Musicorum à Capitulo suspensorum, & reintegrationem exorantium, exponere volebat; & rem ita clamoribus turbavit, ut Capitulum nihil decernere posset, & satius duceret negocium differre. Post mensem audiens idem Canonicus, qui & Musicam profitetur, supplicantes prædictos fuisse à Capitulo reintegratos, id molestissimè ferens, juxta vetus proverbium -- *figulus figulo infensus &c.* à verbis contumeliosis in Capitulum non temperavit, dicendo, quod ea determinatio processerat à Mentecaptis. Alia verò die cum Anniversaria Missa per Capitulum solemniter caneretur, & unus ex reintegratis ad Musicorum Capellam pro suo munere accederet, ipse Copons conceptæ indignationis tenax, eum insecutus fuit, Chorum ingressus, ut reperiebatur, absque Vestibus Choralibus, & brachio arreptum à Capella rejecit, qui patienter paruit, nè major tumultus inter Divina Mysteria fieret. Pro his igitur admissis, quibus Canonicus Constitutionem à se juratam violaverat, & vim privatam Reintegrato intulerat, & reverentiam Capitulo debitam excusserat, & neque locum Ecclesiæ, neque tempus Divinorum Officiorum reveritus fuerat, levissima potius visa fuit animadversio Capituli, privantis eum ad tres Menses Distributionibus, Voce activa, & passiva, atque Administratione Hospitalis; quando præsertim pro similibus, aut

levioribus easdem pœnas ad longius tempus 18
adhibere consueverat, & modus pœnarum à solito, & consueto regulandus est. *Gloss. in leg. hodie ff. de pœn. Bartol. in leg. penultima §. Ad Crimen ff. de publ. Jud. Abb. & Felyn. in cap. inter cæteras, de rescript. Gabriel. de consuet. concl.1. n.65. Diaz. in prax. Crim. Canon. cap. 147. n.1. & ibi Salced. Tiraquell. de pœnis temperan. in præfation. n.4.*

Sed quod magis commendat lenitatem Capituli, & Canonici contumaciam auget, illud est, quod nec ab initio Capitulum ad certum tempus pœnam terminavit, sed eam indixit -- *usquequo Canonicus congruam Capitulo Satisfactionem præberet* -- quod idem est, ac pœnæ durationem in arbitrio ipsius Canonici posuisse, nec tam pœnæ inflictio dici potest, quàm exhortatio ad resipiscentiam, cum exhibitione Veniæ. Tantum verò abfuit, ut Canonicus oblatam veniam grato animo exciperet, & Capituli contemptum aliqua demissione purgare vellet, ut intercessorem etiam Episcopum, qui ad hoc eum hortabatur, quique ad ejus domum accedere dedignatus non fuerat, minimè vellet exaudire, ac tum demum pœnæ terminum ad tres menses Capitulum statuit, quando scilicet excessus jam noti, & obfirmata Canonici contumacia, dissimulari non poterant, nè tali exemplo, cæteris ad similia provocatis, authoritas Capituli pessundaretur, ac domestica disciplina dissolveretur, ut enim ait *D. Thomas 2.2. part.2. quæst.72. post D. Gregor. super Ezechiel. homil.9. -- Oportet contumelias illatas quandoque compescere propter duo: primo propter bonum ejus, qui contumeliam infert, ut ejus audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet: Secundo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas &c.* & opportunè *quæst.108. -- Vindicatio*, inquit, *virtus est, si intentio fertur ad bonum aliquod, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem ejus, qui peccavit, aliorum quietem, justitiæ conservationem, & Dei honorem &c.*

Nulloque probabili fundamento dicebatur, quod saltem esset excessiva interdictio Administrationis Hospitalis: tum quia Capitulum erat in consuetudine removendi similes Administratores; tum quia perspecta Origine talis administrationis, illa erat principaliter commendata Capitulo cum facultate deputandi, & pro 19
libito removendi Administratorem. Quapropter pœna dici non meretur illius administrationis interdictio, quam pro suo libito Capitulum revocare poterat, qui enim utitur Jure suo, non facit injuriam, *leg. Injuriarum §.1. ff. de injur. cap. Cum Ecclesia Vulterrana, de elect.* Et *pœna non est, qua non privat aliquem jure quæsito, vel incohoato quæri*, ut sunt verba *Bald. in leg. Nemo Martyrem num.5. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis post Jo: And. in cap. fin. de elect. in 6.* Quale Jus non habent amovibiles ad nutum *Gonzal. in regul.8. Cancel. gloss.5. §.6. num.47. Saravia de Jurisd. adjunct. quæst.33. num.30. Rot. cor. Peutinger. dec.15. & dec.53. coram Carill. decis.96.*, & plenè *in Leodien. Capellaniarum super manutentione 3. Martii 1719. cor. R.P.D.* meo

meo *Foscaro*. Quod autem Capitulum per livorem id fecisset, gratis asserebatur, ex quo enim excessus Canonici corrigere voluit, id potiùs quam ad livorem, referendum est ad justitiæ, & charitatis affectum, juxta aurea verba *D. Augustini in Enchiridion. Non solum in eo, qui dimittit ex corde, atque orat, verum etiam in eo, qui corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam facit, quoniam Misericordiam præstat &c.* & alibi idem *D. Augustinus -- non omnis*, inquit, *qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus; Melius est cum severitate diligere, quam*
20 *cum lenitate decipere &c. can. non omnis 6. quæst.5.* Præter quam quod ipsa interdictio ab ingressu Capituli secum trahebat suspensionem administrationis, quæ fieri non poterat nisi dependenter à Capitulo, & sub illius directione.

Frustra denique prætendebatur incompetens mulcta per Capitulum irrogata, quia scilicet pro ejusdem excessibus Canonicus fuit etiam ab Episcopo postea judicialiter punitus, unde desumebatur hoc dilemma, quod aut excessus erant leves, & non debuit Capitulum pro eis tam graves pœnas imponere; aut excessus erant graves, & non poterat Capitulum de illis notionem assumere. Peccat enim argumentum in utroque supposito; & primò verum non est, quod gravem pœnam Capitulum inflixerit, removendo per tres men-
21 ses à participatione distributionum, voce activa, & passiva, & administratione Hospitalis; nam in Jure Canonico pœna gravis non dicitur infra depositionem. *Abb. in cap. tuæ discretioni, n.4. de pœnis, & in cap. Cum contingat, num.28. de For. compet. post Archid. Jo: Andr., & Hostien. in cap. ad hæc, de Offic. Archid. Chartar. dec.66. num.*120. non obstante quod *Rota* gravem existimaverit
22 mulctam privationis distributionum per tres dies *in Illerden. Juris Mulctandi 25. Januarii* 1702. *coram bon. mem. Muto*, & rursùs *in Illerden. Statuti 16. Martii 1705. coram eodem*, quia ibi agebatur contra Beneficiatos, in quibus Capitulum, nec Jurisdictionis consuetudinem probare potuit, nec Statutum aliquod ostendere, præter decretum in Visitatione factum ab Episcopo, quo facultas Capitulo dabatur, eos in Choro delinquentes puniendi, sola privatione distributionum illius horæ, in qua deliquissent, & sic erant diversæ facti circumstantiæ, à quibus nulla est illatio.

Parique laborat insubsistentia suppositum alterum, quòd Capitulum nequeat de gravibus Canonicorum excessibus cognoscere; quia ut sub initio dictum fuit, Capitulum, quæ
23 Collegium est, retinet in sua membra domesticam, & correctoriam disciplinam in levibus, ut omnes *DD.* cum *Rota* admittunt; graviora verò cognoscere, & punire non potest, quia non habet Jurisdictionem; Sed hanc Jurisdictionem potest consuetudine acquirere,
24 & hanc consuetudinem simpliciter, & absolutè Pontifex approbat *in cap. Irrefragabili* §. *Excessus de Offic. Judic. Ordin. ubi Imol. n.*3.
25 excipit solùm, si esset imponenda pœna degradationis, *Ancharan. ibid. num.5. Abbas in capit. Cum contingat, num.28. de for. compet.* ubi -- *Quod Prælati inferiores in Subditos habent levem Jurisdictionem, non gravem, nisi aliter habeat consuetudo, Saravia post alios de Jurisdict. adjunct. quæst. 33. num.35.* Ubi quod nec per *Sacr. Concil. Trident.* talis consuetudo fuit sublata, & *prius quæst.1. n.21. Rot. part. 19. rec. decis.254. num.18. & num.21. & seqq.* Quamobrem si Capitulum in præsenti non excessit consuetudinis terminos, nihil refert ad competentiam Jurisdictionis, quod excessus fuerint graves, aut leves.

Neque obstat, quod ita Canonicus pro eisdem excessibus duplici pœna puniatur contra 26
Text. in cap. De his, de accusat., & in l. Senatus 14. ff. eodem tit. ibi -- *Senatus censuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret &c.* & *l. Sanctio legum 41. in fin. ff. de pœnis.* Prætermissis enim pluribus limitationibus, quæ huic regulæ dantur à Doctoribus, de 27
quibus post veteres *Covar. lib.2. Var. cap.10. Facchin. lib.3. cap.1. per tot. Gomez Var. capit.12. lib.3. n.39. Farinacc. de Inquisit. quæst.4.* illa in præsenti sufficit, quod Capitulum non processit judicialiter, & exercendo suam facultatem ad normam consuetudinis, coercitionem quidem adhibuit intra modum solitum, & consuetum, non verò pœnam delicto parem imposuit; quo casu potest Superior Judex illam supplere, neque tunc pluribus pœnis Reus plecti dicitur, sed unicam 28
patitur integram, ac delicto adæquatam, *Bald. in l.2. per illum Text. num.3. vers. quartò noto &c. C. de Sportul., & in l. cunctos populos n.44. & 47. C. de Summ. Trin. & Fide Catholic. Alex. ad Bart. in l. lex Cornelia §. Si quis librum ff. de injur. Castren. in d. l. cunctos Populos, num.7. Felin. in cap. Quod olim sub n.3. vers. fallit.3. de Judæis, & Saracen. Franc. in cap. Felicis §. Hoc quoque, n.4. de pœn. in 6. Abb. in cap. Tuæ num.5. de pœn. & ibi Ancharan. n.3. Alciat. in repet. cap. Perniciosam, sub num.128. de Offic. Ordin.* ubi quod extraordinaria mul- 29
cta non tollit pœnam delicto debitam per *Tex. in dicta l.2. C. de Sportul. Aretin. cons.58. numer.10. Scacc. de Judic. lib.1. cap.12. num.88. & seqq. Farinacc. quæst.4. n.8. & 12. Sperell. dec.92. num.3. & 4. & dec.133. n.75. Rot. part.1. rec. decis.17. num.2.* ubi quod delictum potest etiam dupliciter puniri ob duplicem deformitatem, quod pariter dixit *Bald. in l. Placet 9. num.16. Cod. de Sacros. Eccles.* Quamquam hoc potiùs cum Episcopo videtur discutiendum, quia quod attinet ad Capitulum, sat est, quod modum consuetudinis non fuit prætergressum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. HERRERA.

Burgen. Præeminentiarum.

Veneris 24. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Canonici Ecclesiæ Cathedralis ob eorum Dignitatem, à cæteris Beneficiatis, & Clericis inferioribus distingui debent; & maximè in habitu, à quo præcipuè disparitas gra-

gradus in Ecclesia indicatur: Quibus propterea usus indumenti canonicalis, & etiam communis clericalis more Canonicorum prohibitus manet; prout hic in specie prohibetur delatio Superpellicei cum manica elevata, juxta hunc modum à Canonicis gestari soliti, ea tantùm permissa cum manica super brachiis revoluta, vel demissa.

S U M M A R I U M.

1 *Diversitas inter indumentum æstivum, ac hybernum apud Canonicos approbatur.*
2 *Delatio Superpellicei cum manica elevata more Canonicorum, Clericis inferioribus prohibetur*, & n.20.
3 *Item prohibetur usus Cappæ, & Mozzettæ.*
4 *Superpelliceum est habitus communis omnibus Clericis in functionibus Ecclesiasticis.*
5 *Ex habitus æqualitate desumitur æqualitas gradus.*
6 *Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ debetur distinctio à reliquis Beneficiatis.*
7 *Constituunt unum Corpus cum Episcopo.*
8 *Et Ecclesiam repræsentant, ubi Collegialiter incedunt.*
9 *Clerici primi gradus nuncupantur, ad differentiam Beneficiatorum inferiorum.*
10 *Habitus est signum præcipuum distinctionis debitæ inter Clericos superiores, & inferiores.*
11 *Graduum confusio evitanda est.*
12 *Submovetur ex diversitate indumenti.*
13 *Distinctio indumentorum designata in Romana Republica recensetur.*
14 *Item qualitas distincta habitus, deferendi in Conciliis, ab Episcopis, & Abbatibus exemptis, vel non exemptis.*
15 *Usus vestis ornatæ cum pellibus à Canonicis, aliisque gradu dignioribus deferri consuetæ, prohibetur Ecclesiasticis inferioribus.*
16 *Magistri Cæremoniarum in his rebus, ad eorum Officium spectantibus, plenè probant.*
17 *In materia præeminentiarum Juris assistentia pro eo stat, pro quo militat consuetudo.*
18 *Maximè immemorabilis.*
19 *Inter Regulares diversi Ordinis aliqua distinctio habituum servanda est.*
21 *Appetentia æmulationis, & æqualitatis cum Canonicis, non est toleranda in inferioribus Clericis.*
22 *Observantia difformis, nec universalis quoad omnes Beneficiatos in gestatione habitus non constituit possessionem manutenibilem favore Universitatis eorundem.*
23 *Centenaria tribuit omnem meliorem titulum, cum omnibus qualitatibus ad sui firmitatem necessariis.*

D E C I S I O LIII.

JUS deferendi in Processionibus, aliisque Ecclesiasticis Functionibus, Superpelliceum cum manicis elevatis super humeros, licèt in Metropolitana Ecclesia Burgensi privativum esse consuevisset tantùm illius Dignitatum, & Canonicorum; Attamen commune sibi authumavit Universitas Cleri inferioris dictæ Civitatis; Undè in eam se erexit prætensionem gestandi in Processionibus Rogationum Superpelliceum cum manicis pari forma elevatis, idve ab eo momento, quo Processio egreditur ab Ecclesia Cathedrali, usquequo pervenit ad Ecclesiam, ubi Missa celebranda est. Cui prætensioni, etsi per provisionale decretum priùs rejectæ, cum in Judicio possessorio postmodum adhæsisset Reverendissimus Archiepiscopus; Hinc appellatione per Capitulum interjecta, causaque mihi delegata, Dubium proposui in Audientia diei primæ Julii proximè preteriti -- *An, & cui danda esset manutentio* --, sed demandato tunc, quod videretur de bono Jure; Dominos hodiè requisivi -- *An, & de cujus bono Jure constet, etiam ad effectum manutentionis* -- Responsumque accepi in omnibus Capitulo favorabile.

Fundata siquidem apparuit intentio Capituli, contendentis Beneficiatos Cleri inferioris, non posse deferre manicas Superpellicei elevatas super humeros, quia cum Canonici ejusdem Ecclesiæ tempore hyemali Cappam, & Mozzettam, tempore verò æstivo Superpelliceum cum manicis, sic super humeros elevatis deferant, tanquam proprium, & peculiarem habitum Canonicalem, quam diversitatem inter unum, & alterum indumentum, 1
æstivum nempè, & hybernum, usitatissimam, & ab Ecclesiastico ritu approbatam notat *Thomasin. de veter. & nov. Eccles. disciplin. tom.1. part.1. lib.2. cap.52. num.4.*; Ideò clarum remanet, rectè per dictum Capitulum impugnari reliquis Beneficiatis inferioribus gestationem dicti Superpellicei cum manicis, ita 2
elevatis ad *Text. in l. Maximè Cod. de Episcopal. Audient. Ancharan. in cap. Dilecta, numer.13. de Excessibus Prælator. Bartol. de Arm. & Insign. col.1. Pignatell. consult. Canon.59. n.6. tom.6. Gratian. discept. forens. cap.852. n.53. Card. de Luc. de regalib. disc.21. num.10. Rota in Tarraconen. Insignium 11. Decembris 1702. §. Ponderato, coram bon. mem. Muto.* Non dispari sanè ratione, qua repellere valeret dictos inferiores Beneficiatos, quatenus illud perturbare contenderent in privativa delatione Cappæ, & Mozzettæ hyemali tempore, cum ad idem in præfata Ecclesia se habeat Cappa, & Mozzetta tempore hyemali, ac 3
Superpelliceum cum manicis elevatis tempore æstivo, & per consequens non dissimili subiicendum judicio, *Mans. consult.266. n.22. Rot. cor. san. mem. Gregorio XV. dec.63. n.24. cor. Emerix Jun. dec.1166., & dec.1237. utrobique num.4., & in rec. dec.380. n.7. part.2. & in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium super Immissione 30. Januarii 1713., §. Quinimmo, coram Eminentissimo Domino Cardinali Scotto.*

Nè aliàs sequatur, quòd sicuti Superpelliceum est indumentum in Ecclesiasticis Functionibus commune omnibus Clericis cujuscumque Ordinis, ad notata per *Piscar. Prax. Ceremonial. lib.2. sect.1. cap.19. num.1. Durand. in rationa. Divin. Offic. lib.3. cap.1. Gavant.* 4
in

in Rubr. Missal. part.2. tit.1. V. Superpelliceum.
Thomassin. de veter. & nov. Eccles. Discipl.
tom.1. part.1. lib.2. cap.52. sub n 4., Ita, simul
convenientibus æstivo tempore in Functioni-
bus Ecclesiasticis Capitulo, & Beneficiatis
inferioribus, manicas pari forma elevatas su-
per humeros indistinctè deferentibus, vel om-
nes Canonici, vel omnes Beneficiati videren-
tur, cum æqualitas habitus argumentum sit
æqualitatis etiam gradus, & conditionis, ut
ponderant Altograd. cons.1. lib.2. Pignatell.
consult. Canon.54. tom.6. Barbos. Summ. Apo-
stolicarum dec. Collect.122. n.12. & Collect.584.
num.8. 10. Tamburin. de Jur. Abbat. disput.27.
quæst.1. num.4. tom.1. Rota in recent. dec.252.
num.13. part.6.
Quod profectò nedum esset destructivum
6 illius distinctionis à cæteris inferioribus Be-
neficiatis, quam deberi Canonicis Ecclesiæ
Metropolitanæ advertit Felin. in cap. Pasto-
ralis n.12. de Offic. deleg. Valenzuel. cons.34.
n.50. 51. Manriquez de Præced. Canonic. quæst.
10. num.2. Gambar. de Offic. Legat. lib.7. nu-
mer.136. Barbos. de Canonic. & Dignit. cap.18.
7 num.85.; Cum ipsi, tanquam Collaterales, &
Fratres Episcopi, unumque corpus cum eo
constituentes, cap. Novit. de iis, quæ fiunt
à Prælat., ibi -- Novit tuæ discretionis pru-
dentia, quatenùs tu, & Fratres tui unum cor-
pus sitis -- ibique Abb. num.1. Rota cor. Coc-
cin. dec.1691. num.3.; Ipsamque idcircò Me-
8 tropolitanam Ecclesiam, dum collegialiter
conveniunt repræsentantes, Cassan. in Catha-
log. Glor. Mund. part.4. considerat.32. vers.
Sed intellige &c. & vers.5. pro hac parte, Pa-
nimoll. dec.1. annot.6. num.8. Rota dec.18. n.7.
post Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. &
dec.111. num.9. part.5. recent., nuncupentur
9 Clerici primi gradus, ad differentiam alio-
rum Beneficiatorum inferiorum, qui in secun-
do ordine Clericorum recensentur, cap.4. de
iis, quæ fiunt à Prælat. Innocent. in cap. Se-
des de rescript. Menoch. cons.52. num.83. &
seqq. Bott. de Synod. part.3. num.26. Pignatell.
consult. Canon.59. n.6. tom.6. Rodriguez quæst.
regular. tom.3. quæst.37. art.1.; Cujus sanè
10 distinctionis præcipuum signum in Ecclesia
Dei esse habitum, notant in his terminis, Pi-
gnatell. consult. Canon.104. num.2. tom.4. Ca-
pin. de Sacr. Polit. lib.3. quæst.2. num.4. Tho-
massin. de vet. & nov. Eccles. disciplin. tom.1.
lib.2. cap.15. Zacch. de Republic. Cristian.
cap.2. num.1. Corrad. in Prax. Benef. cap.1.
sub num.15.
Sed ulteriùs tenderet in ordinum, & gra-
duum confusionem, quam haud tolerabilem
11 notant Decian. cons.7. num.71. lib.3. Pigna-
tell. consult. Canon.104. n.6. tom.4. consult.54.
num.1. & 2. & consult.59. num.6. tom.6. Lotter.
de Re Benef. lib.1. quæst.16. num.46. Rota in
recent. dec.288. num.18. part.16. quamve sub-
moveri per contradistinctionem personarum, &
graduum, inductam ex aliqua diversitate in-
12 ter unum, & alterum indumentum, ambigi
non posse videtur, dum, omisso recensere ea,
quæ in ipsa Romanorum Republica ad istum
effectum ordinata fuerant in designandis di-
13 stinctis Togis, seu Vestibus Senatorum, Equi-
tum, Triumphantium, Magistratuum, Judi-
cum, aliarumque Dignitatum, ut apud Tho-
losan. syntagmat. Jur. lib.9. tit.19.; Certè quod
ex aliquali ista diversitate indumenti, in Ec-
clesiastica Hierarchia, disparitas quoque gra-
dus indicetur, satis clarè convincit, Text. in
cap. Ut Apostolicæ de Privileg. in 6., decer-
nens, quod in Synodis Provincialibus Episco-
pi deferre debeant Mitras cum laminibus 14
aureis, vel Argenteis, & gemmatis; Abbates
verò exempti Mitras aurifrisiatas; Non exem-
pti autem Mitras simplices, & albas, notant-
que Scribentes omnes super eodem Textu,
signanter Passerin. sub num.1. & 2. Geminian.
pariter sub num.1. Garz. de Nobilit. gloss.46.
§.3. sub n.63. Tamburin. de Jur. Abbat. part.2.
disput.10. quæst.2. Barbos. de Offic. & Potesta-
te Episcopi part.3. alleg.93. Cassan. in Catha-
log. Glor. Mundi part.1. consid.38. conclus.48.
num.9.; Unde est quod in Concilio Salisbur-
gen. celebrato anno 1386. in Canon.6. de dif-
feren. Habit. major. & inferior., ita habetur
-- Canonica testatur Authoritas, quod ex ma-
jori decore, & majoritate ornatuum, apparere
debet majoritas Dignitatum --; Et in Conci-
lio Dertonensi anni 1429. Canon.1. interdici-
tur Ecclesiasticis inferioribus usus habitus or- 15
nati pellibus, eo quia reservatum id erat Ca-
nonicis Ecclesiarum Cathedralium, nonnullis-
que Personis, gradu dignoribus, quemadmo-
dum refert Thomassin. de vet. & nov. Eccles.
Disciplin. tom.1. part.1. lib.2. cap.51. sub nu-
mer.3.
Gestationem verò Superpellicei cum mani-
cis, sic ut supra elevatis, privativam esse Capi-
tuli Metropolitanæ Ecclesiæ Burgensis, satis
convincenter demonstrare visa fuit immemo-
rabilis consuetudo, probata mediante deposi-
tione decem Testium, ad instantiam ejusdem
Capituli formiter examinatorum, & affirman-
tium, Canonicos dictæ Ecclesiæ in omnibus
Processionibus, aliisque Ecclesiasticis Functio-
nibus semper deferre consuevisse Superpelli-
ceum cum manicis super humeros elevatis,
idque ad distinctionem aliorum Beneficiato-
rum Cleri inferioris, qui Manicas prædictas
detulerunt, vel prolixas usque ad humum,
vel super Brachiis revolutas. Concurrente
enim favore Capituli hac immemorabili con-
suetudine legitimè, ut supra probata ex de-
positione plurium Testium, inter quos etiam
Magistri Cœremoniarum, quibus, utpotè de-
ponentibus de re ad eorum Officium perti-
nente, & de qua plenam notitiam ipsos habere 16
certum erat, omnimodam fidem in hoc adhi-
bendam esse sæpè notavit Rota in specie in Co-
lonien. Canonicatus primæ Gratiæ 2. Maji 1701.
§. Replicatio autem, coram Reverendiss. dell'
Olmo; Utique vana prorsus videbatur con-
tentio Beneficiatorum Cleri inferioris, cum
in hac Præeminentiarum materia notum sit,
consuetudinem obtinere vim Legis; itaut con-
suetudinem legitimam habens pro se, Juris 17
assistentiam habere dicatur ex Doctrina Bald.
in cap. Cum olim, num.1. versic. Nota de Con-
suetud. & in leg. Observare §. Antequam ff.
de Offic. Pro-Consul., Menoch. consil.51. n.49.
Manriquez. de Præcedentia quæst.5. num.4.
Rota in recent. dec.85. num.5. part.5. dec.224.
num.1. part.6. dec.102. num.17. part.10. dec.87.
num.6.

num.6. part.17. dec.781. num.5.6.part.18. decis.779. num.2. coram Merlin. in Pampilonen. Praeminentiarum 5. Februarii 1700. §. Fortius & 7. Junii 1701. §. Iterum, coram Reverendiss. dell' Olmo, & in Illerden. Juris Praesidendi in Extractione Priorum 27. Junii 1704. §. Praesertim, coram Eminentissimo Domino Card. Scot-
18 *to*. Maximè ubi talis consuetudo sit immemorabilis, *Rota in Colonien. Praeminentiarum 22. Junii 1701. §. Verùm etiam, cor. Reverendiss. dell' Olmo*.

In minimo non lædente responsione, quod sicuti Superpelliceum est indumentum commune non minus Canonicis, quam etiam omnibus aliis Clericis, & Beneficiatis inferioribus, ideo nullam privativam super illius delatione arrogare sibi valeat Capitulum prædictum, etiam in vim allegatæ consuetudinis, utpotè elisæ ab altera contraria, vigente pro parte eorundem Beneficiatorum, in quorum præjudicium talis consuetudo, nec allegabilis sit, non verificata ejus qualitate coactiva, nempè quod Beneficiati Cleri inferioris tentaverint deferre manicas sic elevatas, & ad Capituli contradictionem fuerint rejecti, talique rejectioni acquieverint. Cribratis quippè singulis objectionis hujus partibus, nulla utique alicujus ponderis apparuit; Nam quod Superpelliceum sit indumentum commune cuique in Clericali Ordine constituto, itaut privativam illius delationem nemo ejusdem Ordinis arrogare sibi valeat, incontroversum erat pro parte Capituli, cujus oppugnatio unicè residet circa modum, & formam gestandi Superpelliceum, quod utique dum ab immemorabili tempore deferri per ipsum consuevit cum manicis super humeros elevatis, idque in proprii Ordinis distinctionem, & tanquam peculiare suum indumentum; Ideò in his circumstantiis considerari amplius non poterat, uti simplex habitus proprius cuicumque Clericorum generi, sed particularis eorundem Canonicorum, etiamsi diversitas consistat in sola manicarum delatione, ut in fraternizantibus terminis Cucullæ Manicatæ, seu cum manicis amplis, & longis, gestari so-
19 litæ Monacos Benedictinos, adeoque non deferendæ à Monacis Basiliensibus, uti debentibus Cuculla cum manicis brevioribus, & arctioribus, nè inducatur promiscua confusio ex pariformitate Habitus, respondit *Rota in recentior. decis. 399. part. 12.*; Et per consequens optimo Jure valet dictum Capitulum pariformem Superpellicei gestationem impugnare cæteris Beneficiatis, &
20 Clericis Ordinis Inferioris, ex authoritatibus jam supra relatis, quibus addi possunt *Ciriff. consil.137. numero final., Pignatell. consult. Canon. 69. num.2. 3. tom.3. Gratian. disceptat. forens. cap.852. n.53. Barbos. in Summ. Apostol. dec. Collectan. 60. num.7. Card. de Luca de Regular. disc.1. n.79. & in Miscell. Eccles. disc.22. n.7. 8. Rota in rec. dec.399.part.12.*

Et profectò gestationem hanc Superpellicei cum manicis elevatis super humeros non esse propriam, & naturalem Clericali huic indumento, adeoque omnibus indistinctè communem, sed quidem omnimodam præseferre distinctionem, satis apertè indigitabat ipsamet prætensio eorundem Beneficiatorum, utpotè in votis non habentium deferre Manicas, sic ut supra elevatas semper, & ubiquè, sive quolibet anni tempore, & in omnibus Ecclesiasticis Functionibus, sed solùm in publicis Processionibus Rogationum, & pro eo tantùm tempore, quo conjuncti cum Canonicis processionaliter incedunt. Si enim delatio Superpellicei modo prædicto non sonaret in distinctionem inter unum, & alterum Ordinem, sed esset juxta generalem morem Regionis, naturalis supradicti indumenti, omnibusque propterea communis: utiquè Beneficiati prædicti parem adhiberent, vel adhibere contenderent gestationem manicarum in omnibus aliis Processionibus, & Functionibus Ecclesiasticis: Undè clarum erat, istam Beneficiatorum contentionem non aliò tendere, quam ut, sublato de medio unico isto exteriori signo, quo Capitulum discriminatur à Beneficiatis Ordinis inferioris, æquales apparenter se constituant Canonicis, & Dignitatibus Ecclesiæ Metropolitanæ, quod utiquè tumidam sapit injustæ æqualitatis, & æmulationis appetentiam, nullatenùs ferendam, ut monet 21
Honded. cons.80. num.4. Capyc. Latr. dec.50. num.4. & per tot. Pignatell. consultat. Canon.54. num.6. tom.6. Card. de Luc. de Servit. disc.14. sub num.4. & disc.41. n.6.

Allegata autem consuetudo, quæ Beneficiatis assistere asserebatur, circa parem delationem Superpellicei cum manicis ita ad humeros elevatis, in nihilo prodesse poterat; quia Testes ad illius verificationem inducti haud affirmabant, quod Beneficiati Ordinis inferioris universaliter omnes gestare semper consueverint manicas sic elatas, sed tantummodò affirmabant, se vidisse aliquos, & quidem paucos ex dictis Beneficiatis deferentes in Processionibus Rogationum Manicas, ut supra elatas, alios verò gestare eas consuevisse, vel prolixas, vel demissas, vel brachiis circumvolutas; Et propterea dum ex præfatorum Testium dicto allegata observantia elucebat varia, & difformis, non verò unisona, & universalis respectu omnium Beneficiatorum, utiquè nullo in calculo haberi promerebatur pro fundamento nedum boni Juris, verùm etiam possessionis manutenibilis 22
favore totius Universitatis, ut observant *Fagnan. in cap. In præsentia, num.103. de Probat. Honded. cons.79. num.29. lib.1. Rota cor. Mantica dec.259. num.6. in rec. dec.762. num.6. part.3. in Firmana Jurisdictionis 20. Martii 1702. §.11. coram bon. mem. Molines, in Bisinianen. Præeminentiarum 14. Junii 1713. §. De tali autem, cor. b. m. Ansaldo, & in Ravennaten. Aggregationis super Dubio Mandati Procuræ 7. Junii 1717. §. Nec subsistit, cor Eodem.*

Contraponendaque idcirco nequaquam videbatur observantiæ illi, quæ favore Capituli militare, ut supra compertum erat, utpotè communita Juris assistentia, & uniformiter semper servata à tempore, quamcumque hominum memoriam excedente, itaut ad illius firmitatem haud verificanda esset qualitas coactiva, ut pro parte dictorum Beneficiatorum contendebatur, cum immemorabilis, vel centenaria non sistat in puris terminis præscri-

criptionis, ad cujus verificationem extrema ista hìc essent probanda, sed inducens præsumptionem Privilegii, vel alterius cujuscunque Juris magis validi, ac efficacis, probatio-
23 nem perhibet tituli de Mundo melioris, cum omnibus qualitatibus ad sui firmitatem necessariis, ut ad objecti eliminationem præcisè advertit *Rota in Tyburtina Castri Sambuci 12. Junii 1711. §. Sed quatenùs, & §. Absque eo quod, cum seqq. coram Reverendissimo Aldrovando, & in Salisburgen. Vicariæ super bono Jure 4. Februarii 1715. §. Nec hujus, cor. Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ravennatensi.*

Bonum itaque Jus Capituli quemadmodum ex his satis fundatum crediderunt Domini, ita corollariè concedendam eidem Capitulo existimarunt Manutentionem in possessione gestandi in quibuscunque Ecclesiasticis Functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis super humeros privativè quoad alios Beneficiatos inferiores, ut in his circumstantiis, & consecutivè ad bonum Jus responderi passim consuevit, signanter *in Brixinen. Jurisdictionis 10. labentis Mensis Januarii §. finali, coram Reverendissimo Patre Domino meo Lancetta Decano.*

Et ita utraque &c.

M O T I V U M.

Trium Illustrissimorum DD.

AUDITORUM ROTÆ FLORENTINÆ.

in

Pistorien. Plebaniæ.

21. Aprilis 1715.

Relatore, & extensore Illustrissimo D. Jacobo de Comitibus, tunc Auditore Consultæ, nunc verò in eadem Signatura Libellorum supplicum Gratiæ, & Justitiæ primo Consiliario, & Proauditore Cameræ.

A R G U M E N T U M.

Juspatronatus quando dicatur hæreditarium, vel potius gentilitium. An & quando à Jurepatronatus gentilitio excludantur Naturales & illegitimi. Transactio super hujusmodi Jurepatronatus, ab Antecessoribus facta, an præjudicet Successoribus, ex propria persona venientibus.

S U M M A R I U M.

1 *Literarum Apostolicarum executio retardari non valet, justificata narratorum veritate.*

2 *In Jurepatronatus gentilitio, jus præsentandi, deficientibus masculis, ad fœminas agnatas spectat.*

3 *Sententia, declarans Juspatronatus ad aliquam Familiam spectare, absque mentione qualitatis hæreditariæ, & nulla facta portionum distinctione, qualitatem gentilitiam inducit.*

4 *Idem arguit limitata admissio fœminæ agnatæ cum exclusione extraneorum, & cum declaratione, quod post illius mortem Juspatronatus consolidari debeat in Agnatis.*

5 *Ita pariter nunquam facta per cursum antiquissimi temporis præsentatio ab extraneis, vel cognatis.*

6 *Hæc conjectura quando sit reiicienda,* & num.7.

8 *Juspatronatus familiare item probat Laudum, illud tale Canonizzans.*

9 *Sententia, lata super statu Beneficii, nocet etiam non citatis, & non intervenientibus.*

10 *Præsentationes, factæ à Patre cum filiis, excludunt in Jurepatronatus qualitatem hæreditariam, & quare.*

11 *Ad hunc effectum valdè attenduntur enunciativæ antiquissimæ, præsertim si alia concurrant.*

12 *Quando lis non est super substantia Jurispatronatus, sed super illius qualitate, sufficiunt leviores probationes.*

13 *Juspatronatus præsumitur potiùs hæreditarium, quam gentilitium.*

14 *Hoc tamen fallit in Jurepatronatus, cujus memoria non extat.*

15 *Conjecturæ æquivocæ, vel numero, & pondere minores, non attenduntur in concursu aliarum plurium, & urgentiorum.*

16 *Bertoldum de Guazzalobris non esse Spurium, ex damnato coitu, sed dumtaxat naturalem, definivit tam* Rota Romana, *quàm* Florentina.

17 *Naturales, & illegitimi excluduntur à Jurepatronatus, reservato per verba merè civilia; non autem quando reservatio facta fuit per verba naturalia.*

18 *Non constito de fundatione, & reservatione Jurispatronatus, præsumitur concepta potius verbis naturalibus, quam civilibus.*

19 *Nomen* Familiæ *an obstet vocationi Illegitimorum ad Juspatronatus gentilitium,* & num.20.

21 *Naturales, & Illegitimi ex consuetudine Italiæ, & Tusciæ dicuntur de Familia.*

22 *Et gaudent nobilitate paterna, avitis Insigniis utuntur, & ad illorum honores admittuntur.*

23 *Filii naturales, si fuerint legitimati per rescriptum Principis, non differunt à legitimis.*

24 *An, & quando legitimatio, à Principe seculari facta, prodesse possit, ad effectum succedendi in Jurepatronatus gentilitio,* & n.25. & seqq.

29 *Pro naturalium admissione in Jurepatronatus familiari multùm valet observantia.*

30 *Ad effectum inducendi observantiam, & adminiculandi, admittuntur etiam actus imperfecti, & qui exceptiones patiuntur.*

31 *Juspatronatus gentilitium, quod non probatur in plures lineas à principio divisum, vel ex subsecuta observantia, una linea defecta, consolidatur in altera superstite, & de ratione,* & n.32. & seqq.

35 *De-*

35 *Declarantur contrariæ Auctoritates.*
36 *In hujusmodi Jurepatronatus præsumptio stat, quod à principio non fuerit divisum.*
37 *Et hæc individuitas conjecturam præbet, seu adminiculum, quod universa Familia considerata fuerit, tanquam unicum Corpus.*
38 *Juspatronatus gentilitium quando dicatur spectare ad omnes de Familia per modum Collegii.*
39 *Individuitatem non tollit materialis linearum divisio, ex post secuta.*
40 *Non potest quis Sententiam impugnare, qua suus Auctor usus fuit.*
41 *Transactio non præjudicat non intervenientibus, neque habentibus causam ab illis.*
42 *In Jurepatronatus gentilitio, seu familiari transactio, facta ab Antecessoribus, non præjudicat Successoribus, ex persona propria venientibus*, & n.43.
43 *Ad inducendam tacitam ratificationem actus præjudicialis, requiritur scientia facti, & Juris specifica, & clara.*
44 *Adeout non sufficiat scientia generica, & implicita.*
45 *Quando taciturnitas referri potest alteri causæ, quàm ratificationi actus, maximè præjudicialis, illa semper excluditur.*
46 *Enunciativa, emissa in Sententia* Viso Instrumento &c. *nisi plura alia adminicula concurrant, non probat illius productionem.*
47 *Actus æquivoci, & ad plures casus referibiles, ratificationem præjudicialem excludunt.*
48 *Ubi actus fuit expressè impugnatus, ex subsecuta taciturnitate inducta nunquam censetur tacita illius ratificatio.*
49 *Recipiendo pecuniam non videtur quis approbare Contractum, quem expressè impugnaverat.*
50 *Producens Scripturam, vel Sententiam post impugnationem, vel appellationem, ex hoc non censetur eam tacitè approbare.*
51 *Præcedens contradictio operatur, ut posterior exactio fructuum non importet per necesse approbationem.*
52 *Tacita relocatio, per Statutum inducta, ob non factam in fine anni disdictam, locum non habet, quando Locator priùs egerat contra Conductorem, ut eum expelleret.*
53 *In Materia valde præjudiciali, sola patientia, & acquiescentia non inducit ratificationem, nisi etiam aliquis actus positivus concurrat.*
54 *Ratificatio, quæ ex facto inducitur, ad limites ipsius facti restringitur.*
55 *Judicium executivum Literarum Apostolicarum non admittit exceptiones, quæ altiorem indaginem requirant.*

DECISIO LIV.

PLebaniam S. Petri de Ajolo, olim Jurispatronatus Nobilis Familiæ de Guazzalotris vacantem per obitum Jacobi de Stanghis, à Domina Marchionissa Maria Eleonora de Medicis, uti hærede beneficiata, Canonici, & Marchionis Antonii de Medicis ejus Fratris, obtinuit Jacobus de Bettazzis, à RR. Monialibus S. Matthæi de Prato fuit præsentatus Joannes Baptista de Gattis, & à Sede Apostolica impetravit Joseph Maria Blanchinius; Exorta proinde triangulari Controversia inter Provisos, instructoque judicio coram Vicario Pistorien.; Provisus Apostolicus favorabilem ab eo reportavit Sententiam, definientem Literas Apostolicas, uti in omnibus justificatas, executioni fore demandandas.

Prosecuta postea Causa in gradu appellationis, cum ad provocationem Marchionissæ, & Bettazzi, ab ea præsentati, illa commissa fuerit Judici Sinodali de Voto nostro, decidenda, omnibus Dominis consuffragantibus, prodiit Sententia primi judicati confirmatoria.

Apparuerunt enim in omnibus justificatæ Literæ Apostolicæ, dum obitus ultimi, & immediati Rectoris de mense Octobris Sedi Apostolicæ reservato, non controvertebatur inter Partes; Quodque Juspatronatus spectaret ad Monasterium, & Moniales præfatas justificatum remansit; sicque omnium narratorum veritate justificata, Apostolicarum Literarum executio non valuit retardari ad *Text. in cap.* 1
si capitulo, & ibi Gloss. V. exequatur de Concess. Præbend. in 6. Rot. in recent. dec.468. num.1. & dec.508. n.1. & dec.532. num.2. part.19., & post De Luc. de Jurepatronat. in Mantis. dec.18. num.1.

De pertinentia autem hujus Jurispatronatus constitit Dominis, ex quo cùm versemur in Jurepatronatus gentilitio, & lis sit cum personis omnino extraneis, cum omnes Masculi de Familia jam defecerint, Alexandra Monialis, unica de Agnatione superstes, & Monasterium S. Matthæi de Prato ex ejus persona, admitti debet ad præsentandum. In Jurepatronatus quippe gentilitio, deficientibus Masculis, 2
jus præsentandi ad fœminas agnatas spectat, in specie *Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst. 11. num.72. Capon. discept.12. num.25. Ciarlin. controv.153. num.21., & controv.210. num.33. Castald. consult.250. num.2. Piton. discept.14. n.6. & seqq. & discept.26. num.1. seqq. Calderon. resolut.8. num.24., & resol.47. num.27. Rot. coram Merlin. dec.563. n.15. Pamphil. dec.313. num.1., & seqq. Emerix Jun. dec.830. num.13. post Vivian. de Jurepatronat. decis.69. num.3. in recent. decis.166. num.1. part. 6. decis.221. num.22. part.8. dec.162. num.9. part.11. decis.662. num.19. part.9.*, ubi etiamsi à principio fœminæ fuissent exclusæ, *& dec.662. n.2. 7.8. part.19. & in Comen. Capellaniæ apud Piton. discept. Ecclesiast.53. num.30. confirmata 4. Maji 1703. §. Sublata, & §. final. cor. Eminentiss. D. Card. Priolo, & in alia Causa hujus inclyti Dominii, dec. Volaterrana apud Palm. Nepot. dec.340. num.19. & seqq.*, ubi plurimi concordantes *Palm. Nep. ibidem in eadem Causa dec.342. num.17. Rot. Rom. cor. Royas dec.248. num.3.*

Istamque qualitatem gentilitiam resultare DD. visum fuit, ex pluribus. Et primò ex Sententia reintegratoria anni 1641., in qua de-

definitum fuit Juspatronatus, de quo agitur spectasse, & pertinuisse de jure ad Nobiles de Guazzalotris Diœcesis Pistorien. quæ Sententia cum absque mentione qualitatis hæreditariæ, & absque portionum distinctione declaraverit, Juspatronatus spectare in genere ad Familiam Guazzalotriam, prout in folle, & absque ulla distinctione præcesserat instan-
3 tia pro reintegratione, manifestò qualitatem gentilitiam inducit, ut in individuo dixit *Palm. Nep. alleg.159. num.29. Rot. Florentina de Ricasolis apud Vivian. de Jurepatr. lib.4.cap.1.n.71. versic. prædicta fol. mihi 87. in Veneta impressione anni 1670., & in rec. decis.220. num.10. & seq. part.11. & dec.192. n.7. part.19. Priolo dec.159. n.2. & in Faventina Beneficii apud Calderon. resol.8. num.58. & in dicta Comen. Capellaniæ apud Piton. discept.53. n.28. confirmata 4. Maji 1703. §. Sublata, coram Priolo*, ultra alias plures *Decisiones* recensitas *per Rotam nostram in dec.45. num.5. inter hactenus impressas, coram Me, & per Rotam Romanam in dec. ibi inserta* §.1. *num.5. 10. 23. 24. 25.*

Secundo hoc idem præsefert alia Sententia Vicarii Florentini de anno 1590., in qua fuit declaratum, quod post obitum Dominæ Liberæ de Guazzalotris, nuptæ in extranea Familia, Jurapatronatus deberent consolidari in Bertoldum, & Jacobum prædictum, & ejus filios legitimos, & naturales, & descendentes; nec in præjudicium hujus consolidationis potuisse, ac posse donari dicta Jurapatronatus per Dominam Liberam, aut quemlibet alium extra dictam Familiam, aut aliquam aliam Dominii translationem facere. Hujusmodi enim limitata admissio fœminæ
4 agnatæ cum exclusione extraneorum, & declaratione, quod Juspatronatus consolidari deberet in agnatos, arguit qualitatem gentilitiam illius, in specie *Rota in dicta Comen. Capellaniæ de anno 1702. cor. Eminentiss Card. dela Tremoille impress. apud D., & collegam meum Piton. disceptat. Ecclesiast. discep.53. num.29. versic. nec obstat, & num.30. confirmata 4. Maji 1703. §. Prout, coram Eminentiss. Cardinali Priolo.*

Tertio eandem qualitatem gentilitiam comprobat ponderatio, quod tertium nunc decurrit Seculum à die, quo prodiit dicta Sententia reintegratoria, absque eo quod extranei, aut filii Fœminarum unquam præsentaverint ad aliquod Juspatronatus, in eadem Sententia comprehensum; cumque verisimile sit, quod in Familia numerosa, in decursu duorum Seculorum, cum dimidio, plures Cognati, & extranei hæredes extiterint, ex nun-
5 quam facta ab ipsis præsentatione, infertur Juspatronatus fuisse, & esse gentilitium. *Piton. discept. Ecclesiast.53. num.7. & 21. Rota nostra dicta dec.45. n.7. inter impress. cor. Me Rota Rom. ibidem §.1. num.32., & 33. & in dicta Florentina de Ricasolis apud Vivian. de Jurepatron. §. Quinimmo, & post eundem dec.41. num.20. versic.5., cor. Ubag. dec.24. num.4. & seqq. Priolo dec.46. num.17. & dec.159. n.10. Cels. dec.106. num.9. Dunozett. Jun. dec.716. num.8. in rec. dec.679. num.14. part.18. & dicta dec.662. num.17. part.19. & in citat. Comen. Capellaniæ apud Piton., ubi supra n.29. confirmata 4. Maji 1703. §. Sublata, coram Eminentiss. Card. Priolo, & in Faventina Beneficii apud Calderon. dicta resol.8. num.56. & in Florentina Canonicatus apud eundem resol.47. num.42. post De Luc. de Jurepat. in Mantissa dec.7. num.6.*

Non obstante, quod cum in plerisque locis adsint Statuta, exclusiva fœminarum, & descendentium ex eis, dari potuerit casus, quod Cognati nunquam fuerint hæredes ob exclusionem Statuentium: & extranei, ex quo non fuerint hæredes relicti in Testamento; ob quam rationem, conjecturam hanc non esse concludentem, in his terminis ponderat 6
Cardinal. de Luc. de Jurepatronat. disc.60. num.12. versic. si enim, Dominus, & olim collega meus Piton. dicta discept. Ecclesiast.53. num.8. & 21. Calderon. dicta resol.47. num.21. ubi Concordantes *Rota in rec. dec.82. n.6. & seqq. part.19.*

Objectum enim procedere posset, si non adesset adeo longævus temporis cursus; sed concurrente duplici centenaria, cum dimi- 7
dia, inverisimile prorsus est, quod in tam diuturno lapsu temporis, nec Cognati, nec extranei ab aliquo nunquam fuerint hæredes instituti, sicque non factam ab ipsis præsentationem provenisse dicendum est, ex quo Juspatronatus, non in hæredes ex Testamento, sed in agnatos, ex lege fundationis transiverit, ut objecto in puncto respondet *Piton. dicta discept.53. num.21. Rot. Rom. cor. Priolo dicta dec.159. num.11. & in Firmana Jurispatronatus 1704. cor. bon. mem. Muto, impressa inter Decis. Rotæ Florentinæ citat. dec.45.* §.1. *num.33.*

Quartò in idem consonant assertiones in laudo de anno 1641. in quo Arbitrator asserit, sibi constitisse, Beneficia (sunt præcisa verba) verè fuisse, & esse de Jurepatronatu nobilis familiæ de Guazzalotris Terræ Prati, 8
& quod debitè non controvertitur, ut in puncto laudi canonizantis Juspatronatus familiare *Rota in Florentina de Ricasolis apud Vivian. de Jurepatronat. lib.4. cap.1. num.71. versic. Supradictis accedit laudum fol.87. in Veneta impressione.*

Quinto accedit Sententia Vicarii Pistorien. de anno 1691., confirmata in gradu appellationis ab Illustrissimo D. meo Archipræsul. Florentino, tunc Nunciaturæ Apostolicæ Auditore, in Contradictorio Judicio cum Ordinario, & in judicatum transacta, in qua licèt mordicus insisteretur pro qualitate hæreditaria, adducendo præcipuè ultimum Statum, fuit nihilominus pronunciatum pro exclusione Mensæ Pistorien., causam habentis ab hærede extraneo D. Joannis Francisci, & ad favorem D. Alexandræ, tanquam Agna- 9
tæ. Quæ Sententia, licèt lata inter diversas personas, attamen cum prodierit super statu Beneficiorum, nocet etiam non citatis, & non intervenientibus ad Textum in *l. Ingenuum ff. de statu hominis*, & in specie *Rota nostra decis.45. num.12. coram Me*, ubi plures auctoritates individuales referuntur, quibus addimus *Rot. Rom. coram Dunozett. Jun. dec.716. n.6. post Piton. discept. Ecclesiastic.53. n.28.*

*n.*28., & in individuo Jurispatronatus de quo agitur *Rot. dec.*471. *num.*9. *& seqq. & decis.*486. *num.*3. *& seqq. part.*4. *tom.*2. *coram Dunozet. Jur. dec.*490. *num.*4. 5. *&* 12.

Sextò ponderatione DD. digna visa fuit præsentatio de anno 1601., facta à Patronis tam Guazzalotrorum de Prato, quàm de Neapoli, quæ licet fuerit litigiosa, tamen in utraque linea Patres una cum filiis præsentarunt; idemque desumitur ex mandato procuræ à Guazzalotris de Neapoli facto in personam Marchionis Raphaelis de Medicis, quod cum
10 sequi non possit in Jurepatronatu hæreditario, ex quo viventis non datur hæreditas; hinc necessariò infertur pro qualitate gentilitia Jurispatronatus; in puncto *Calderon. resolut.*8. *num.*83. *resol.*30. *num.*5. *& resolut.*47. *num.*7. *Piton. disceptat. Ecclesiastic.*53. *n.*3. ubi alii *Rota Rom. apud eum ibidem num.*22. aliique relati *per Rotam nostram in dicta dec.*45. *numer.*16. *Rota Rom. ibidem* §.1. *num.*21. *& in rec. dec.*204. *num.*7. *part.*12. *dec.*237. *n.*5. 6. *part.*13. *& post De Luc. de Jurepatronat. in Mantiss. dec.*7. *num.*7.

Et septimò hoc idem demum præseferunt plures, & continuatæ enunciativæ, emissæ in præsentationibus, institutionibus Ordinariorum, supplicibus libellis, Literis Apostolicis, & in aliis pluribus actibus, quod Juspatronatus, de quo agitur, sit Nobilis Familiæ de
11 Guazzalotris, quæ enunciativæ cum sint antiquissimæ, numero plures, & per longissimum tempus continuatæ, aliis præsertim concurrentibus, benè probant in hac materia, ut in specie prosequitur *Rota Rom. inter Decis. Florentinas coram Me editas dec.*45. §.1. *num.*23. *&* 26., & pluribus individualibus auctoritatibus, ibidem relatis, nunc addimus *Calderon. dicta resol.*8. *num.*60., *& resolut.*47. *num.*43. *Rot. post De Luc. de Jurepatronat. in Mantiss. d. dec.*7. *num.*8. ubi alii adducuntur.

Itaque omnia validiora evadunt, si ponderetur, quod contentio in præsenti non est super substantia Jurispatronatus, sed super il-
12 lius qualitate, quo casu leviores sufficiunt probationes, in individuo *Rot. coram Merlin. d. dec.*563. *num.*23., *in recent. dict. dec.*630. *num.*6. *part.*19, *& inter Decisiones Florentinas impressas coram Me*, *dec.*45. §.1. *num.*19. *& in citat. Comen. Capellaniæ apud Piton. discept.*53. *num.*31. ubi plures concordantes, *confirmata* 7. *Maji* 1704. §. *Non obstat*, *coram D. meo Kaunitz*; quodque conjecturæ simul jungi debent, *Piton. d. discept.*53. *n.*15.

Neque DD. de Medicis assistit juris præsumptio, desumpta ex *Clementina plures de Jurepatronat.* juxta quam Juspatronatus, po-
13 tius hæreditarium, quàm Gentilitium præsumitur, ut in individuo hujus Patronatus *Rota post Vivian. de Jurepatronat. dec.*84. *num.*13., tum quia dispositio *textus in dicta Clementina plures*, locum non habet in Patronatu, cujus initii memoria non extat; isto enim casu
14 militat præsumptio in contrarium, quod nempe sit gentilitium, & in eo succedatur in capita, ad evitandas lites, & quæstiones inextricabiles, quæ aliàs orirentur, ut pluribus congestis firmat *Rot. Rom. inter Decisiones Florentinas cor. Me editas d. dec.*45. §.1. *n.*35. quibus addimus, *eandem Rotam in rec. dec.*515. *num.*34. *& seqq. part.*14., *& post De Luca de Jurepatronat. in Mantiss. d. dec.*7. *num.*5.

Nec conjecturæ, quia illæ, quæ adducebantur pro excludenda qualitate gentilitia, vel sunt æquivocæ, vel sunt minores numero, & pondere; ac propterea attendi non
merentur in concursu aliarum plurium, quæ 15
validissimæ urgent pro qualitate gentilitia suadenda, ut in præcisis terminis ponderat *Piton. d. discept.*53. *sub num.*5. *Decisio Lucana apud Palm. Nepot. allegat.*167. *num.*53. *Rota coram Merlino citata dec.*563. *num.*23. *Priolo dec.*46. *num.*19 *in rec. citat. dec.*670. *num.*30. *part.*19., *& post De Luc. de Jurepatronat. dict. dec.*7. *n.*12., *&* 13. *in Mantissa.*

Probata qualitate gentilitia Jurispatronatus, excludi non potuit Alexandra Monialis ab eo, ex quo descendat à Bertoldo Filio
spurio. Etenim, quod Bertoldus non sit spu- 16
rius, & natus ex damnato coitu, sed dumtaxat naturalis, articulo ex professo discusso, fuit decisum *in Rota Nostra die* 9. *Januarii* 1589. *lib. motiv.*67. *fol.*134. §. *Nec magis probari*, *& pluribus seqq. usque ad finem*, *& in Rota Romana post Vivian. de Jurepatronat.*, *decis.*84. *num.*12. *repetita in recent. dec. d. dec.* 471. *num.*18. *&* 19. *part.*4. *tom.*2., unde, tanquam talis, exclusus dici non potest ab hoc Jurepatronatus. Naturales enim, & illegitimi non semper excluduntur à Jurepatronatu reservato Familiæ, sed solùm quando agitur de reservatione per verba mere civilia, non
autem quando fit reservatio per verba natu- 17
ralia, & sanguinis vinculum denotantia, ut egregiè distinguit *Garz. de Benefic. part.*7. *capit.*15. *num.*46. 47. 48. *&* 49., plenissimè *Piton. post discept. Ecclesiast. in Parergon. n.*94. *& seqq.* ubi plurimi, magistraliter *Rot post Vivian. de Jurepatronat. dec.*146. *num.*6. 7. 8., *&* 18., *& decis.*126. *num.*1. *& seqq. part.*1. *decis.*262. *num.*6. *part.*8. *dec.*241. *num.*10. *part.*16. *rec.*, *& coram Emerix dec.*867. *num.*2. *& in Comen. Capellaniæ apud Piton. discept.*53. *n.*37. *confirmata* 4. *Maji* 1703. §. *Minoris*, *coram Eminentissimo Priolo.*

Et licèt in contingenti, de fundatione, & reservatione Jurispatronatus non appareat,
attamen ex hoc ipso oritur præsumptio, quod 18
fundatio sit potius verbis naturalibus, quàm civilibus concepta, ut egregiè in individuo ponderat *Piton. in Parergon. post discept. Ecclesiastic. num.*104. *Rota in dicta Comen. Capellaniæ apud eundem Piton. post discept.*53. *numer.*34. *versic. nam verò constabilita*, *& n.*35., *& seqq.* ubi concordantes, *confirmata sub die* 4. *Maji* 1703. §. *Minoris denique ponderis*, *coram Priolo*, *&* 17. *Martii* 1704. §. *Potuit tamen*, *cor. Kaunitz.*

Nihil refragante, quod in præcitata Sententia dictum fuerit, Jurapatronatus spectare ad Familiam Guazzalotriam; tum quia, cum Sententia sit reintegratoria, & supponat præcedentem fundationem, stat benè simul, quod
in Sententia enuncietur familia, & nihilomi- 19
nus fundatio fuerit concepta per verba naturalia, apta etiam naturales comprehendere, cum præsertim facile sit accipere pro sinonymis verba *Familiæ*, & *Consanguinitatis*. Tum quia

quia verbum *Familia* non ita abhorret intelligentiam naturalis sanguinis conjunctionis, ut ex observantia, & aliis circumstantiis, non possit etiam ad Naturales extendi; prout utraque responsione in individuo, objecto satisfacit *Rot. post dictam Pitonii discept.*53. *num.*36. 37. 38., ubi plures concordantes, *& in ejus confirmatoria coram Priolo* §. *Minoris denique*, *&* 17. *Martii* 1704. §. *Potuit*, *cor. Reverendissimo Kaunitz. Piton. in Parergon. num.*107., *& seqq. R. P. D. Ansald. in addit. ad dec.*100. *num.*72. quicquid contrarium adversus primam responsionem dixerit *Piton. d. discept.*53. *n.*43. cum contra dicta per eum fuerit judicatum in omnibus dictis tribus Decisionibus, editis in sæpe citata *Comen. Capellaniæ*.

Quod procedit, etiamsi verbo *Familiæ* sit adjuncta civilis denominatio nobilitatis, ut
20 in puncto *Rota in d. Comen. Capellaniæ coram Kaunitz.* §. *Ex his tamen*, *cum seqq.*

Considerata præsertim consuetudine Italiæ, & Tusciæ, juxta quam naturales etiam, &
21 illegitimi dicuntur de Familia, ut de consuetudine Tusciæ *Bart. in l. final. num.*1. *ff. de verb. signific. Marta de Success. Legal. part.*2. *quæst.*4. *artic.*5. *sub num.*20. *Rota apud Palm. Nepot. alleg.*242. *num.*14. *vers. hujusmodi*, & de consuetudine Italiæ *Menoch. consil.*754. *numer.*16. *& seqq. Marta de Success. Legal. part.*2. *d. quæst.*4. *artic.*5. *num.*23. *Calvin. de Æquitate lib.*3. *quæst.*102. *num.*67. *Paleot. de Noth.*, *& Spur. cap.*33. *num.*8. *Palm. Nep. allegat.*241. *num.*8. *&* 20. *Rota apud eundem alleg.*242. *numer.*3. *&* 14., *& allegat.*243. *num.*14. *& in d. Comen. Capellaniæ apud Piton. discept.*53. *n.*29. 7. *Martii* 1704. §. *Patuit*, *cor. Reverendissimo*
22 *Kaunitz.*; gaudentque Nobilitate paterna, Avitis insigniis utuntur, & ad illorum honores admittuntur *Bart. in tract. de Insigniis n.*3. *Angel. in l. ex facto* §. *Si quis rogatus ff. ad Trebellian. Geminian. in cap. Statutum column. final. vers. nota ex his de Hæretic. in* 6. *Mart. de Success. Legal. part.*1. *quæst.*2. *artic.*3. *n.*22. *Rot. apud Palm. Nepot. alleg.*242. *num*... . *& alleg.*243. *num.*14. *coram Ansald.* alios referente, *dec.*100. *num.*35. *&* 38. qui omnes de usu, & consuetudine Tusciæ testantur, & generaliter de aliis locis in citata *Comen. Capellaniæ* 1704. §. *Patuit*, *cor. Reverendiss. D. meo Kaunitz.*, ubi plures concordantes.

Certoque certius prædicta procedunt, attento quod Bertoldus fuit legitimatus per
23 Rescriptum Serenissimi Magni Etruriæ Ducis, qui proindè nihil à legitimis differt, *ad Textum in* §. *Illud vers. cui autem licentiæ*, *&* §. *Generaliter in Auth. quibus modis natural. efficiant. legitimi*; & cæteris omissis in subjecta materia Jurispatronatus *Rev. D. meus Ansald. in Addit. ad dec.*100. *num.*73. *Rot. coram Royas dec.*254. *num.*22. *&* 23., *& in Mediolanen. Archipresbyteratus* 27. *Januarii* 1710. §. *Hinc non repugnat*, *& per totam cor. Reverendissimo D. meo Falconerio*, & in individuo ad favorem memorati Bertoldi, dixit *Rota Nostra lib. Motiv.*67. *fol.*139. §. *Respondetur*, *&* §. *Siquidem legitimati*.

Non relevante, quod legitimatio Principis Sæcularis in rebus spiritualibus, & spiritualitati annexis, quale est Juspatronatus, prodesse non possit, quando agitur de Jurepatronatus non hæreditario, sed gentilitio, ut declarando contrarias authoritates, explicat *Rot. post De Luc. de Jurepatr. in Mantiss. dec.*17. *num.*9. *& pluribus seqq.* Duplici enim responsione sublatum fuit objectum præfatum. Prima quia cum Serenissimis Magnis Etruriæ Ducibus ob eorum insignia merita erga Sanctam Sedem Apostolicam, maxima sint concessa à Summis Pontificibus privilegia, quorum vigore plura jura spiritualia exercent; ista reddunt legitimatos ab eis capaces succedendi, 25
etiam ad Jurapatronatus familiaria, & gentilitia, ut de Serenissimis Magnis Etruriæ Ducibus ad hunc præcisum effectum firmavit *Rota Nostra d. lib. Motiv.*67. *fol.*139. §. *Et sanè nunquam fuit dubitatum*.

Altera, cum Alexandra sit legitima, & à Patre legitimo descendat, capax est succedendi in Jurepatronatus, ut in subjecta materia 26
*Gonzalez. ad reg.*8. *Cancell. gloss.*5. *num.*115. *Lotter. de Re Benefic. lib.*2. *quæst.*48. *n.*7. *&* 8. *Barbos. de Episcop. part.*3. *allegat.*65. *num.*18. *Lucidor. de Illegitt. cap.*10. *num.*39. *Piton. post discept. Ecclesiastic. in Parergon. n.*119. *& seqq. Rota coram Emerix Jun. dec.*867. *n.*4. ubi alii adducuntur, præsertim in Fundatione exarata per verba naturalia, respicientia 27
sanguinem, & naturam, quæ pariformiter descendentes ex legitimis, & ex illegitimus comprehendit, ut in puncto *Garzia de Benefic. part.*7. *cap.*15. *n.*53. *Gonzalez. ad regul.*8. *dicta gloss.*5. *num.*119. *& seqq.*, *& num.*121. *Dominus*, *& olim Collega meus Piton. post disceptat. Ecclesiastic. in Parergon. num.*121. *Rot. apud Spada cons.*25. *lib.*2. *cor. Royas dec.*254. *num.*5. *& seqq. & num.*19. *& seqq. Emerix Junior. dec.*867. *num.*2. *in rec. dec.*241. *num.*10. *part.*16. *dec.*313. *num.*9. *&* 10. *part.*17. & adductis hincinde Auctoritatibus, eas conciliando distinguit *dicta dec.*17. *numer.*12. *& seqq. post De Luc. de Jurepatronat. in Mantissa*.

Eoque validius in præsenti hypothesi, in qua quæstio non vertitur in concursu cum legitimis agnatis, sed cum DD. de Medicis omnino extraneis, quo casu majus absurdum repurandum est, quod Jurapatronatus transeant 28
ad omnino extraneos, quàm ad descendentes, ex naturalibus, ut in individuo Jurispatronatus firmant *Clericat. de Benefic. discord.*61. *n.*18. *Dominus*, *& olim Collega meus Piton. post disceptat. Ecclesiastic. in Parergon. n.*112. *&* 121. *Rot. in rec. dicta dec.*126. *n.*3. 5. 7. *part.*1. & pluribus relatis post *de Luc. de Jurepatronat. in Mantissa dec.*16. *num.*11. *in dicta Comen. Capellaniæ apud Piton. disceptat. Ecclesiastic.* 53. *num.*40. §. *Et tertia*, *& num.*41. *& coram Priolo* §. *Hæc autem*, *& cor. Kaunitz.* §. *Refragante*, *& in Bononien. Fidecommissi de Manzolis* 14. *Maji* 1700. §. *Nec obstat. versic. non obstantibus deductis per Garz.*, *cor. Eminentissimo Caprara*.

Fortius inspecta observantia, juxta quam idemmet Bertoldus Filius naturalis obtinuit à Vicario Florentino de anno 1590. per Sententiam in judicatum transactam declarari post mortem Dominæ Liberæ de Guazzalottis omnia Jurapatronatus in Bertoldum, & Jacobum ejus

ejus Filium consolidari debere; & successivè tam ipse Bertoldus, quàm ex eo descendentes præferantur, tanquam agnati, ad hujusmodi Jurapatronatus, & sunt actualiter in quasi possessione præsentandi, scientibus, & patientibus DD. de Medicis. Rursus à laudo anni 1641. declaratum fuit controverti non posse legitimam descendentiam Bertoldi, & dicti laudi vigore Guazzalotri admissi fuerunt ad præsentandum in occurrentibus vacationibus. Prout Jurapatronatus, de quibus agitur, spectare ad AlexandramGuazzalotriam, iterum declaratum fuit de anno 1691. per geminas Sententias. Hæc autem observantia pro naturalium admissione, facta etiam ab ipsis DD. de Medicis, reddit incontrovertibi-
29 lem capacitatem DD. de Guazzalotris in Jurepatronatus, de quo agitur, & omnem prætensionem spurietatis excludit, Dominus olim Collega meus *Piton. Parergon. post disceptat. Ecclesiastic. n.121. Rota in dicta Comen. Capellaniæ apud eundem Piton. post dicta discept. 53. n.41. versic. in quam Sententiam, & n.42. coram Priolo §. In Causa autem, & in confirmatoria, coram Kaunitz. §. Minus repugnat.*

Non obstante, quod laudum prædictum non afficiat DD. de Medicis; quia ad effectum
30 inducendi observantiam, & adminiculandi, admittuntur etiam actus imperfecti, & qui exceptiones patiuntur, ut per *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.22. num.8.* cum aliis *in Pisana Jurispatronatus 26. Junii 1709. §. ult. cor. Eminentiss. Priolo, impressa apud D. meum Piton. de controv. Patron. allegat.10. tom.1.*

Posita autem pertinentia Jurispatronatus ad Monasterium S. Matthæi, ex persona Alexandræ Guazzalotræ Monialis, obesse DD. visum non fuit, quod hoc ad summum verificari posset pro medietate, pro alia verò portione spectante ad Guazzalotrios de Neapoli transiverit ad DD. de Medicis, ab illis causam habentes: Quia cum Jurispatronatus, de quo agitur, nec à principio probetur divisum in plures stirpes, vel lineas pro æqualibus vocibus, vel ratis, nec id demonstretur ex subsecuta observantia; sequitur quod,
31 defecta linea Guazzalotrorum de Neapoli, Juspatronatus familiare pro hac rata non fuerit effectum hæreditarium, & ob id non transiverit in DD. de Medicis, sed consolidatum fuerit in altera linea superstite, ut egregie distinguit *Tondut. Quæst. Benefic. part.3. cap.157. numer. 37. cum duab. seqq. Calderon. Resolut.47. num.23. & seqq. De Luc. de Jurepatron. disc.35. num.10. Rota coram Bich. dec.206. numer.4. & in Nolana Beneficii 1. Aprilis 1686. §. Nullam, coram Rondinino, aliæque Auctoritates mox citandæ §. Non obstantibus.* Cum enim tali casu Juspatronatus retineat regulariter suam naturam individuam, hæc opera-
32 tur, ut in eo habeat locum Jus accrescendi, seu non decrescendi *Bellon. de Jure accrescend. cap.6. quæst.48. num.3. & seqq. De Luc. de Jurepatronat. disc.31. num.3. & disc.42. num.7., de Feudis disc.8. num.16. Decision Lucana apud Palm. Nepot. alleg.167. num.31. Rot. post Vivian. de Jurepatronat. dec.76. num.2. decis.78. num.1. & in recent. dec.539. num.22. dec.589. num.3. & dec.662. num.7. part.19.* & magis in specie, quod per deficientiam unius lineæ, non possit in extraneos transferri in præju- 33
dicium illorum de agnatione, quibus per jus accrescendi, seu non decrescendi acquiri debet *De Luc. de Jurepatronat. disc.33. num.3., & 4. & disc.35. num.10., alter De Luc. de linea legal. art.23. num.14. Clericat. de Benef. discordia 12. num.8. Tondut. Resol. Benef.157. num.39. Episcopus Rocca disput.193. n.11. 12. & 13.*, ubi plurimi concordantes, *Piton. disceptat.39. sub num.3. Fattinell. respons. 110. sub num.54., & 55. Rot. in rec. dec.217. n.18. part.6. dec.220. n.14. & dec.254. n.12. part.11. & dec.630. n.23. part.19.*

Aliàs si per extinctionem unius lineæ, superexistentibus illis de alia linea, & agnatione, Juspatronatus non ad istos, sed ad heredes ultimi de dicta linea transire deberet, illud esset pro parte hæreditarium, & pro 34
parte gentilitium, quod admitti non potest, ut prosequitur *Tondut. resolut.157. sub num.37. De Luc. de Linea Legal. art.23. num.14. Rota coram Bich. d. dec.206. num.6., & in alia Causa Florentina dec.336. num.4. part.5. rec., & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Nec refert, coram Reverendiss. Kaunitz.*

Non obstantibus contrariis auctoritatibus *Rot. cor. Merlin. dec.798. num.2. & seqq. & in rec. dec.667. num.10. 11. & 12. part.18.* quia illæ procedunt, quando Juspatronatus habuit originem à duobus patronis, duas lineas constituentibus, tunc enim cum stante divisione in duas voces, seu lineas, videantur quodammodo constituti duo separati Juspatronatus, non implicat, quod in singulis vocibus diversam qualitatem assumant, & per extinctionem masculorum unius lineæ evadat hæreditarium; secùs verò quando Juspatronatus spectat à 35
principio ad unicam personam tantùm, vel etiam ad plures, unicum corpus constituentes. Nam tunc quamvis in progressu exercitium juris præsentandi dividatur in duas lineas, seucolumnellos; nihilominus, defectis masculis unius lineæ, Jus præsentandi non fit hæreditarium, sed devolvitur ad masculos alterius lineæ, ut conciliando contrarias auctoritates explicat *Tondut. d. Quæst. Benefic. 157. num.39. Dominus, & olim Collega meus Piton. discept.26. num.17. & discept.39. num.3. Calderon. dict. resol.47. num.30. & seqq. De Luc. de Jurepatronat. disc.35. num.10. & disc.60. num.28. in fine, & num.29. Rot. coram Benincas. dec.90. num.16. & in rec. citat. dec.667. n.13. & 14. part.18. & in dicta Nolana Beneficii 1. Aprilis 1686. §. Nullam cor. b. m. Rondinino, & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Nec refert, coram R.P.D. meo Kaunitz.*

Quod autem Juspatronatus, de quo agitur, non fuerit divisum, constat, tam ex qualitate Jurispatronatus gentilitii, in quo præsumptio stat pro individuitate, cujus ratione 36
tota Familia reputatur, tanquam unum corpus, seu universitas, æque constituenda ab omnibus ejus membris, & partibus *De Luc. de Feud. disc.8. n.16. de Jurepatronat. d. dec.37. num.10.* egregiè *dec.54. num.5. & 7., & in Summa num.38. Bellon. de Jure accrescend. d. quæst. 48. sub num.4. & 11. Episcopus Rocca disp.139. num.13. Fattinell. respons.110. sub num.54. Decision.*

*sion. Lucana apud Palm. Nepot. dicta alleg.*167. *num.*31. *Rota in alia Causa Florentina dec.*217. *num.*17. *part.*6., *& dec.*539. *num.*20. *part.*19. *rec.*, *& post De Luc. de Jurepatronat. in Mantiss. dec.*15. *num.*8. Itaque individuitas inservit pro conjectura, seu adminiculo, quod universa Familia considerata fuerit tanquam
37 unum corpus, absque formali discretione linearum, & portionum, nisi ad solum effectum divisionis exercitii, quoties non constat de vera distinctione, & separatione linearum, & portionum *De Luca de Jurepatronat. disc.*35. *num.*10. *in fin.* §. *Individuitas*, *& dicto discurs.*54. *num.*7. *alter De Luc. de Linea Legal. art.*23. *num.*14. *vers. individuitas*.

Quàm ex Sententia reintegratoria anni 1641., in qua dicitur, illud spectare ad No-
38 biles de Guazzalotris; quod designat Juspatronatus spectare ad omnes in folle, & in capita, & per modum Collegii, *Vivian. de Jurepatronat. lib.*4. *cap.*2. *num.*28., *& seqq. De Luca de Jurepatronat. disc.*61. *num.*14. *&* 20. *Calderon. d. resol.*47. *num.*34. *Ansald. ad decis.*18. *num.*31., *&* 32. *& dec.*52. *à num.*28.

Nec ad hunc effectum sat est probare divisionem materialem linearum, ex post facto secutam, sed necesse est, quod à principio fuerit facta divisio formalis in plures lineas, vel quod ex observantia deducatur, quamlibet ex pluribus lineis distinctè, & de per se, pro suis ratis, & portionibus semper præsentasse; Cæterum si talis observantia deficiat, ut evenit in casu nostro, in quo utraque Familia Guazzalotria, Neapolitana, & Pratensis semper præsentavit in totum, & una ad exclusionem alterius, & primus stipes est uni-
39 cus, vel consideratus tanquam unum Corpus, & per modum Collegii, exclusa remansit necessaria divisio, etiamsi linea postea efformet plures Ramos, & Columnellos, ut in specie prosequitur *De Luca de Jurepatronat. discurs.*33. *num.*4.

Quinimo in præsenti, nedum deficit observantia inductiva divisionis, sed illa probatur in contrarium, nam facta donatione Juriumpatronatus Familiæ Guazzalotriæ ab Andrea de eadem Familia, usque de anno 1480. Mariano Vernato, & à D. Libera, tanquam ultima de Familia, Francisco Spighio, uterque donatarius fuit de anno 1590. exclusus, & declaratum, non potuisse dicta Jurapatronatus in eos transferri in præjudicium aliorum de Familia, solumque fuit admissa dicta Libera, ejus vita naturali durante, tanquam agnata; qua Sententia cum usi sint Guazzalotrii de Neapoli, à qubus jus suum desumunt
40 DD. de Medicis, non potest ab istis amplius impugnari, *Episcop. Rocc. disputat.*10. *n.*22. *Gobius consult.*121. *num.*31. *&* 46. *Peregrin. de Fideicom. artic.*53. *num.*33. *& seqq.*, *& consil.*19. *num.*17. *& cons.*44. *num.*18. *lib.*4. *Fusar. de Substitut. quæst.*502. *num.*2. *&* 3. *Rot. Nostra apud Saminiat. controv.*132. *n.*25. 28. *& seqq.*, ubi aliæ ejusdem Tribunalis Decisiones referuntur, *& in Florentina Fideicommissi Salvii de Borgherinis* 25. *Augusti* 1713. §. *final. cor. D. meo Auditore Piccinini Rot. Rom. cor. Gregor. dec.*556. *n.*4.

Ejusdem irrelevantiæ detecta fuit Transactio anni 1671. inita inter D. Marchionem Raphaelem juniorem de Medicis, & Matthæum de Guazzalotris, in qua, cum per deficientiam unius lineæ, fuerit conventa successio in hoc Jurepatronatus, ad favorem lineæ superstitis, extincta per mortem Matthæi, Bertoldi, & Joannis Francisci, linea Guazzalotrorum de Prato; jus præsentandi consolidatum fuerit in DD. de Medicis. Siquidem, cum in transactione præfata non intervenerit Joannes Franciscus, à quo causam habet Monasterium Monialium S. Matthæi, nec illam ratificaverit, tanquam res inter alias acta, 41
Monasterium afficere, eique præjudicare non potest, *toto titul. C. inter alios acta*, *Rota Nostra apud Magon. dec.*27. *in fine*, *& apud Venturin. dec.*21. *num.*9. *& post Gerond. de Gabell. decis.*7. *num.*14. *Rot. Rom. in rec. dec.*557. *num.*5. *part.*19.

In Jurepatronatu quippe gentilitio, seu familiari, transactio, etiamsi facta fuerit ab Antecessore, non præjudicat, nec nocet Suc- 42
cessoribus, ex propria persona venientibus, ut in specie *Ciarlin. controv.*107. *num.*82. *Vivian. de Jurepatronat. lib.*4. *cap.*9. *num.*8. *Palm. Nep. alleg.*159. *num.*40. *De Luc. de Jurepatr. disc.*60. *num.*24. *Urceol. de Transact. quæst.*27. *num.*11., *Rot. coram Penia dec.*448. *n.*7. cum de Jurepatronatu gentilitio in præjudicium 43
vocatorum disponi non possit *Palm. Nep. alleg.* 159. *num.*18., *& seqq. allegat.*160. *num.*31. *& allegat.*167. *num.*38. *& seqq. Piton. discep.*53. *num.*13. *&* 19. *ibique Rota num.*24. *cor. Merlin. dec.*563. *num.*7. *Priolo dec.*46. *n.*22. *in recent. dec.*630. *num.*23. *part.*19. *& post De Luc. de Jurepatronat. in Mantissa dec.*8. *la* 2. *num.*3. & in puncto hujus Jurispatronatus *Rot. Nostra dicto lib. Motiv.*67. *fol.*134. §. *Quibus ita sublatis*, *edito* 9. *Januarii* 1589.

Nec subsistit, quod attenta præsentatione de anno 1672. ad Plebem de Ajolo per D. Marchionem Raphaelem de Medicis, vigore dictæ transactionis, & acquiescentia Joannis Francisci institutioni præsentati, inducta censeatur transactionis ratificatio. Siquidem ad inducendam tacitam ratificationem actus præ- 43
judicialis, requiritur scientia facti, & juris specifica, clara, & indubitata, vigore cujus contrahens potuisset actum impugnare *Gabriel. conclus.*36. *sub n.*59. *&* 60. *lib.*1. *Gratian. disceptat.*429. *num.*22. *&* 29. *Carena resolut.*79. *num.*10. *&* 11. *Actolin. resolut.*33. *num.*18. *& seqq. Gob. consultat.*31. *num.*15. *&* 23. *Episcop. Rocc. disputat.*152. *num.*8. *Constant. ad Statut. Urbis annot.*44. *n.*532. *& seqq. D. meus Auditor Bonfin. ad Bannimenta General. Supplet ad cap.*77. *num.*87. ubi plures alios citat *Rota Lucen. apud Palm. Nep. dicta dec.*308. *n.*10. *&* 11. *Rota nostra apud Venturin. dec.*46. *numer.*79. *&* 80. *apud Urceol. dec.*10. *num.*7. *& apud Mans. consult.*440., *& in Florentina Fideicommissi de Capponibus* 31. *Januarii* 1710. §. *Respectu*, *coram D. Aud. Bonfinio*, *idem Urceol. de transact. quæst.*100. *num.*30. *Rot. Rom. post eum dec.*45. *num.*8. *& seqq. dec.*48. *num.*8. *& decis.*49. *num.*9. *&* 10. *& dec.*111. *n.*3. *cor. Ludovis. dec.*208. *num.*4., *ibique Adden. n.*8. *&* 9. *& in rec. dec.*208. *n.*9. *& dec.*533. *n.*12. *in fine part.*1. *dec.*130. *num.*21. *part.*16. *& dec.*306.

dec.306. num.28. part.18. & post Constant. ad Statut. Urbis dec.61. num.20. post De Luc. de Dote dec.44. num.5. dec.46. num.6. & 7. & decis.47. num.8.

Adeout non sufficiat scientia generica, &
44 implicita *Cyriac. controv. 289. num.36. & 37. Pacion. alleg.89. n.6. Constant. ubi supra n.534. & seqq. & num.537. Urceol. de Transact. dicta quæst.100. sub num.30. Rota post eum dicta dec.49. num.10. & in rec. dec.95. n.4. part.1. & dec.632. num.4. part.4. & post De Luc. de Dote dec.43. num.4.* nec scientia præsumpta *Cyriac. dicta controv.289. num.39. Actolin. resolut.100. num.45. Gob. dicta consult.31. numer.26. Pacion. allegat.200. num.57. Torr. variar. tom.3. tit.13. definit.24. n.26. & dicta annotat.44. numer.536. Rota nostra apud Venturin. dicta dec.46. num.80. & apud. Manf. consult.440. sub num.9. Adden. ad Burat. decis.410. num.15. Rota coram Ottobon. dec.204. num.6. & 7. Merlin. dec.384. num.5. in recent. dec.98. n.8. part.1. dec.172. n.7. & 8. part.5. dec.48. num.16. part.8. dec.139. n.15. part.15. decis.130. num.22. & 23. part.16. & dec.422. num.19. part.19.*

Undè cum Joannes Franciscus credere potuerit per extinctionem lineæ Guazzalotrorum Neapolis, Juspatronatus evasisse hæreditarium in ultimo ex dicta linea, & transire potuisse in hæredes illius, etiam extraneos, & donatarios familiæ de Neapoli; ejus taciturnitas
45 tribuenda est potius ignorantiæ sui juris, & credulitati, quàm ratificationi transactionis, sibi maximè præjudicialis; Quando enim actus ex alia causa fieri potest, semper excluditur ratificatio, ad quam inducendam actus debent esse univoci, & tales, qui ad aliud non sint referibiles *Palm. Nep. alleg.59. numer.3. Rocca dicta disputat.152. n.10. Gob. citat. consult.31. num.32. & seqq. Manf. dicta consult.386. num.19. & seqq. tom.5. consult.9. num.25. & consult.85. num.10. tom.10. & consult.6. num.57. & seqq. tom.11. Constant. ad Statut. Urb. annotat.44. num.535. Tartaglia de reservat. Statut. artic.41. num.26. D. Auditor. Bonfinius ad Bannimenta General. Supplet. ad d. cap.77. num.89. Surd. dec.267 n.5. & seqq. Rota coram Ottobon. dec.16. num.24. Coccin. dec.1536. n.10. Dunozet. Jun. dec.870. numer.11. post De Luc. de Donation. decis.38. num.22*, ubi innumeri concordantes, *& de Credito in Mantissa dec.51. num.7. in rec. decis.300. num.34. & 35. part.11. dec.479. n.15. & 16. part.13. & decis.267. numer.9. & seqq. part.18.*

Cujus generis non est productio transactionis, facta in Judicio, in quo fuit institutus Præsentatus à D. Marchione Raphaele. Quoniam ultra quod de tali productione non
46 docetur, & enunciativa facta in sententia, *Viso Instrumento Transactionis*, quæ ubi alia plura non concurrant adminicula, non probat, in specie *Cephal. cons.265. num.16. Gratian. discept.310. num.89. Marchesan. de Commission. part.3. tit.4. §.3. num.146. Pax Jordan. Elucubrat. diverf. tom.3. lib.14. tit.25. num.253. ubi multipliciter limitat. Genua de Enunciat. lib.2. quæst.9. num.2. ubi plures citat. Mascard. de Probat. conclus.35. num.2. & seqq. Rot. nostra apud Urceol. dec.47. num.36. Rot. Rom. coram Buratto dec.217. num.7. Royas dec.99. num.13. Coccin. dec.1455. n.4. in rec. dec.235. num.4. part.2.* non obstante contraria *Decisione Rotæ nostræ in Florentina Fideicommissi de Capponibus super rescripto, & observantia 12. Septembris 1713. §. Quo verò fol.38. cor. Me*, quia ibi plura adminicula concurrebant, realitatem productionis denotantia.

Cum plura alia tunc temporis fuerint producta Jura, & documenta, ex quibus, vel Judex moveri, vel Joannes Franciscus id credere potuerit, hoc sufficit ad excludendam ratificationem sibi præjudicialem; Cum actus 47
æquivoci, & ad plures casus referibiles sint illius destructivi, *D. Meus Auditor Bonfinius ad Bannimenta General. Supplet. ad cap.77. numer.89. Manf. dicta consult.6. num.58. tom.11. Rota nostra apud eundem alleg. consult.440. sub num.9. tom.5. & apud Torr. Variar. tom.2. Miscellan. part.1. tit.12. dec.26. num.39. Rot. Rom. coram Emerix Jun. dec.565. num.3.*

Maximè, quia Joannes Franciscus productioni præfatæ expressè contradixit, præsentando, & protestando in actis, se esse unicum, & indubitatum Patronum; Quo casu cum ab explicita impugnatione sublata remaneat voluntas, & animus approbandi præsentationem D. Marchionis Medices; ex subsecuta 48
taciturnitate, nunquam induci potuit tacita ratificatio actus expressè impugnati *Bartol. in leg. Procurator. la 2. §.1. ff. rem rat. habere Butr. cons.128. num.8. Gratian. discept.151. num.9. & 10. & dec. Marchiæ 205. in Add. n.3. Senatus Mantuanus apud Surd. dec.262. sub num.9. & dec.267. num.5. ibique Hodier. n.2. Rota nostra apud Torr. Variar. tom.2. Miscellan. part.1. tit.12. decis.26. num.37. & 38. fol.688. Rot. Rom. post De Luc. de Credit. in Mantissa dec.51. sub num.7.*

Unde promanat, quod recipiendo pecuniam non videtur quis approbare contractum 49
quem expressè impugnaverat. *Bart. in dicta leg. Procurator. §.1. part. opposet ff. rem. rat. habere Natta cons.101. num.12. Gratian. dicta dec. Marcb. 205. in Addit. num.3. Surd. dicta dec.262. num.10. & dec.267. num.3.* producens Scripturam, vel Sententiam post impugnationem, vel appellationem, ex hoc illam tacitè 50
approbare non censetur *Cravett. cons.175. n.7. vers. secundo respondeo, Gratian. discep.279. numer.25. & 27. Graff. de Except. except.14. n.89. & seqq. Surd. dec.267. num.3. & 4. Hodier. ad eundem dicta dec.267. num.1. Gratian. dicta dec. Marchiæ 205. in Addit. num.3. in fine Rot. diverf. dec.104. num.11. part.2.*

Sic etiam præcedens Contradictio efficit, ut posterior actus exactionis fructuum non 51
importet de necessitate approbationem *De Luc. de Feud. disc.24. num.9.* & tacita relocatio inducta per Statutum ob non factam disdictam in fine anni, non habet locum, quando locator prius egerat contra Conductorem, 52
ut eum expelleret, quia conjecturata mens Locatoris cessat, ubi constat de expressa *Alciat. de Præsumpt. reg.2. præsumpt.17. n.7. Mascard. de Probat. conclus.990. n.28. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.85. n.42. versic. contrarium Mantic. de tacit. lib.5. tit.15. n.20.* Pa-

Pacion. de Locat. cap.64. n.88. & seqq. Surd. citat. dec.267. num.4. Gizzarel. dec.68. per tot. Rot. in recent. decis.495. numer.8. & seqq. part.5.

Fortius, quia versamur in materia summopere præjudiciali, in qua sola patientia, & acquiescentia non inducit ratificationem,
53 nisi etiam aliquis actus positivus concurrat, ex quo consensus, & approbatio deducatur, juxta Theoricam *Bartoli in l. quo enim 12. §. Rem rat. habere*, quam constanter sequuntur *Dec. cons.98. num.3. Gabriel. consil.36. n.62. lib.1. Venturin. cons.6. num.34. & 35. lib.1.*, latè *Mans. consultat. 386. num.11. Rota Januen. de Mercat. dec.14. sub num.74. & 75. 80. & seqq. Torr. Variar. tom.2. tit.11. quæst.1. n.15. & seqq. fol.337. Rota nostra apud eundem dicto tom.2. Misc. part.1. tit.12. dec.26. n.39. fol.688.*

Et in omnem casum, cum in particula transactionis producta, non legeretur pactum, quod Familia superstes evadere deberet patrona in totum Plebis S. Petri de Ajolo, sed illa contineret solum alternativam præsentationem, conventam in casu existentiæ, & durationis utriusque lineæ contransigentis; quatenus etiam dici posset inducta ratificatio transactionis; hæc ad summum intelligenda esset respectu alternativæ in actis productæ; non verò respectu consolidationis Jurispatronatus in linea superexistente, conventæ in casu deficientiæ alterius ex dictis lineis; ratificatio enim, quæ ex facto inducitur restrin-
45 gitur ad limites ipsius facti *Rimінald. Jun. consil.662. num.45. Beniel. consil.70. num.23. Cyriac. controv.204. num.21. Gob. consult.31. numer.34. Cenc. de Censib. quæst.66. n.62. & seqq. Rota nostra apud Venturin. dicta dec.46. n.80. in fin.*

Quibus ita constitutis, retrahere DD. ab hac Sententia non potuerunt plura, quæ pro parte DD. de Medicis adducebantur contra qualitatem gentilitiam Jurispatronatus, unicitatem linearum, contra inefficaciam Transactionis, aliaque deducta ab ipsorum Defensoribus; Quia cum ista longa egerent disputatione, & altiorem indaginem requirerent pro illorum adæquato examine, reservata fuerunt jura talia qualia, D. Marchionissæ de Medicis competentia, experienda in Judicio petitorio, & ordinario. Judicium enim executionis Li-
55 terarum Apostolicarum, prout est istud de quo agitur, non admittit exceptionis, quæ incontinenti probatæ non sint *Rot. cor. Duran. dec.230. n.12. Cels. dec.282. n.21. Ottobon. dec. 154. n.6. & 7. Priol. dec.377. n.6. Ansald. dec.4. n.23. Benincas. dec.237. n.8., & in rec. dec.389. num.25. part.9. & dec.204. n.20. part.18.*

Et ita utraque &c.

Jo: Bonaventura Neri Badia Rotæ Auditor.
Jacobus de Comitibus Suæ Celsitudinis Regiæ Auditor, & Causæ Relator.
Hieronymus Vieri S.C.R. Auditor.

R. P. D. ALTHANN.

Casertana Beneficii.

Lunæ 15. Junii 1716.

ARGUMENTUM.

In Jurepatronatus Familiari, seu Gentilitio, an, & quando admittantur fœminæ agnatæ. An etiam descendentes ab eis. In defectum fundationis quando procedat præsumptio Juris pro qualitate hæreditaria. Ad evertendum ultimum statum, quæ probationes exigantur. Hujusmodi Juspatronatus familiare an, & quando, deficiente una Linea, fieri possit hæreditarium.

SUMMARIUM.

1 *Institutio debetur Præsentato à persona, juxta ultimum statum in quasi possessione præsentandi existente.*
2 *Habens plures voces præfertur pauciores habenti.*
3 *Limita in Judicio Institutionis, quoad eos, qui in ultimo statu non præsentarunt.*
4 *In Jurepatronatus familiari, in defectum Masculorum, admittuntur etiam fœminæ agnatæ, descendentes ex Masculis; non tamen descendentes ex iisdem fœminis.*
5 *Quibus propterea non suffragatur illarum quasi possessio præsentandi.*
6 *Præsertim in præjudicium fœminarum superstitum de Familia, & de facto possidentium.*
7 *Juspatronatus, quoties de fundatione non constat, præsumitur potiùs hæreditarium, quam familiare.*
8 *In Judicio tamen Institutionis non operatur hæc præsumptio, si præsentationes appareant factæ cum qualitate familiari.*
9 *Dictio -- ut -- est qualificativa personæ.*
10 *Fœminis agnatis, quæ in quasi possessione præsentandi reperiuntur cum qualitate familiari, concedenda est manutentio, rejecta ad petitorium prætensa in oppositum qualitate hæreditaria.*
11 *Ultimus status attenditur non solùm ad firmandam possessionem, sed etiam ad arguendam Juspatronatus naturam, pro colorandа eadem possessione.*
12 *Prædictus ultimus status validior fit per Sententiam, super illius qualitate antecedenter emanatam, & in judicatum transactam.*
13 *Præsentatio cum certa qualitate acceptata, & in Judicio producta, non potest amplius impugnari,* & num.37.
14 *Maximè si canonizata fuerit per Sententiam, quæ in rem judicatam transitum fecerit, nisi priùs obtenta adversus illam in integrum restitutione.*
15 *Confessiones super qualitate Jurispatronatus contra Confitentes, & habentes causam ab eis plenè probant.*
16 *Præsentationes, quæ remanserunt ineffectuatæ, non sunt attendendæ, sed illæ, quæ*

quæ effectum sortitæ sunt.

17 *Ex præsentationibus, factis in ultimo statu, cum expressione qualitatis familiaris, acquiritur quasi possessio, ad exclusionem qualitatis hæreditariæ, & secundum hunc statum procedendum est in Judicio possessorio, remissa ad petitorium ulteriori indagine.*

18 *Contra ultimum statum, quæ requirantur probationis genera.*

19 *Juspatronatus pervetustum, de cujus initio, & fundatione non constat, præsumendum est potius gentilitium, & familiare, quàm hæreditarium.*

20 *Ex observantia digniosci solet hujusmodi Jurispatronatus qualitas, cum talis præsumatur fundatio, qualem subsecuta observantia demonstrat.*

21 *Si per antiquissimum temporis spatium extranei nunquam admissi fuerint ad præsentandum, fortis oritur conjectura pro arguenda qualitate familiari, & quare.*

22 *Item si præsentaverint fœminæ agnatæ, & post eorum mortem in subsequentibus vacationibus, non ostendatur admissos fuisse ad præsentandum earum Filios, & descendentes.*

23 *Maximè quando præsentationes expletæ fuerunt ab illis de Familia jure proprio, & cum qualitate filiationis; nec per quotas, & ratas, sed simpliciter, & in capita.*

24 *Qualitatem familiarem probant etiam expressiones, in Literis Institutionis ab Ordinario emissæ.*

25 *Ita pariter assertivæ Episcoporum in Visitationibus, cum ipsi præsumantur benè informati de statu, & qualitate Beneficiorum propriæ Diœcesis.*

26 *Testium depositio super qualitate Jurispatronatus, per sententiam deinde comprobata, plenam constituit probationem.*

28 *Constito ex pluribus facti circumstantiis de qualitate familiari, expressio, aliquando facta qualitatis hæreditariæ, intelligitur de qualitate hæreditaria sanguinis, non autem Bonorum.*

29 *Vel ad summum intelligi valet de qualitate hæreditaria, annexa illis tantum de Familia, ita ut exinde resultet Juspatronatus mixtum, quod ejusdem naturæ est, ac ipsum familiare, ut ad extraneos transire nequeat.*

30 *Juspatronatus familiare durare potest in una Linea, ubi supersunt Agnati: in altera verò, ubi Agnati defecerunt, fieri valet hæreditarium.*

31 *Declara, quando reperitur, Agnatos præsentasse per quotam; secus autem ubi omnes simul semper præsentarunt, veluti agnati de Familia, & componentes Familiam.*

32 *Exceptiones contra ultimum statum, altiorem indaginem requirentes, ad Judicium proprietatis rejiciuntur.*

DECISIO LV.

Geminis non attentis Sententiis, altera nimirum proprii Ordinarii, postrema verò nostri Sacr. Tribunalis, prævia *Decisione sub die 27. Martii 1715. cor. Eminentiss. Scotto*, tunc ibi meritò jus dicente, emanata, quibus hilari animo nitebatur Angelus de Letitia præsentatus ad simplex Beneficium, seu Capellaniam S. Mariæ Magdalenæ, in Ecclesia Oppidi Martanisii existentem, veluti sibi propitiis in pronunciata sui institutione, ad exclusionem Josephi Farri alterius compræsentati, curavit iste causam ulterioris appellationis mihi committi, atque ad illius etiam tramites in hodierna audientia proponi consuetum dubium, sed non dissimili fato audivit responsum — *Sententiam Rotalem esse confirmandam.*

Ita quidem apertè præscribente non minus validitate hactenus non oppugnata inter Partes, quam justitia, quibus fulciebatur eadem Rotalis Sententia pro institutione ejusdem Angeli, tanquam præsentati ab Antonia, & Magdalena fœminis Agnatis, utrisque unicè superstitibus de Familia Morroni, quæ reperitur in quasi possessione præsentandi; & cum effectu uti tales præsentarunt in ultimo statu anni 1679. ac institutionem obtinuerunt in personam Andreæ de Letitia earum præsentati, atque ultimi Capellani, per cujus obitum contingit vacatio ejusdem Beneficii, cum in hujusmodi possessorio Judicio ille sit instituendus, qui præsentatus ostenditur per personam, juxta ultimum statum in quasi possessione præsentandi existentem, ut sunt *Text.* 1 aperti *in cap. querelam 24. de elect. cap. Ecclesia Sutrina §. Nos igitur de causa possess. & propriet., & præcipue in cap. Consultationibus, de Jurepatronat.*; & ultra adductos *in decis. hujus Causæ §. Docuit, coram Eminentiss. Scotto* continuo respondit *eadem Rot. in dec. 82. num. 2. part. 19. in Novarien. Beneficiorum 26. Novembris 1703. §. Fundamentum, cor. Eminentissimo Scotto, in Comen. Archipresbyteratus 1715. §. Contra, coram R. P. D. meo Falconerio, in Mediolanen. Beneficii 7. Junii 1715. §. Militat, coram R. P. D. meo Crispo in Faventina Parochialis 6. Maji 1715. §. Alter enim, cor. R. P. D. meo Lancetta in Pistorien. Beneficii 27. Maji 1716. §. Cum enim, coram R. P. D. meo Cerro.*

Quin in contrarium urgere valeat, quod Josephus, tanquam præsentatus à majori parte Patronorum, existentium in quasi possessione præsentandi, seu descendentium ab aliis, qui in antecedenti vacatione præsentarunt, esset instituendus ad exclusionem Angeli duas 2 tantùm voces ad sui favorem numerantis, juxta dispositionem *Text. in cap. quoniam 3. de Jur. patronat. ibique Fagnan. n. 1. & Rota in Faventina Beneficii 3. Julii 1702. §. Pluralitas, cor. Reverendiss. Molines Decano, & in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. final. cor. eod.* Etenim licet Joseph plures adduxerit præsentationes, verumtamen illæ, singillatim perpensæ, inefficaces protinus detegebantur ad impediendam decretam institu-

tionem, quia si agitur de præsentationibus reportatis ab illis de Stellatis, de Farro, & aliis assertis Patronis; & istæ in nulla consi-
3 deratione haberi poterant ex eo, quod nec ipsi, nec eorum auctores præsentarunt in dicto ultimo statu, quando alias in hoc judicio institutionis non proprietas, sed possessio unicè attenditur, adeo ut ad hunc effectum illi tantùm dicantur Patroni, qui in ultima quasi possessione præsentandi reperiuntur, per *Text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & proprietat. cap. Consultationibus, de Jurepatronat.* & ultra adductos *in decis. hujus causæ* §. *Indebita, coram Eminentiss. Scotto* in præcisis terminis dictum fuit *in Mediolanen. Jurispatronatus super manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *final. coram eodem in Comen. Jurispatronatus* 15. *Martii* §. *final.*, *& in Placentina Parochialis* 22. *Martii ejusdem anni* §. *Prætermissa coram R. P. D. meo Cerro, in Mediolanen. Beneficii* 7. *Junii* 1715. *sub* §. *Militat*, *coram R. P. D. meo Crispo, & in Bituntina Beneficiorum* 13. *Martii proximi* §. *Justificatio*, *cor. eodem*.

Si verò res est de reliquis aliis præsentationibus, quas idem Joseph reportavit ab hæredibus, & filiabus Catharinæ, & Dianæ, quæ præsentarunt in dicto ultimo statu, hæ profectò nullum obicem præstare videbantur, agitur enim de Jurepatronatus familiari, in quo etiamsi in defectum masculorum admittendæ sint fœminæ agnatæ, & immediatè des-
4 cendentes ex masculis, id tamen certè porrigi nequit ad descendentes ex eisdem fœminis, ut in puncto respondit *Rot. in decis.*619. *num.*7. *part.*18. *recent. in dicta Comen. Capellaniæ* 31. *Martii* 1707. §. *Non obstat, coram Eminentissimo della Tremoille, & in Romana Capellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *Fundamenta cor. R. P. D. meo Ansaldo*, ac proinde cum Catharina, & Diana in dicto ultimo statu præsentaverint, tanquam Agnatæ de prædicta familia Morroni, earum quasi possessio præsentandi haud quaquam valet favere filia-
5 bus, & hæredibus, hac qualitate Agnatitia, & familiari destitutis, ex animadversis per *Capon. discept.*263. *artic.*4. *num.*40. *tom.*4. *Lagunez de fructib. part.*1. *cap.*31. §.8. *num.*66. *Rot. dedec.*162. *num.*6. *part.*11. *recent. aliosque relatos in dec. hujus causæ* §. *Quo verò, coram Eminentissimo Scotto, & in Salernitana Jurispatronatus* 13. *Januarii proximè præteriti* §. *Certa hæc regula, cor. R. P. D. meo Crispo*, præsertim in præjudicium Magdalenæ, & An-
6 toniæ, unicè superstitum de eadem familia, & de facto possidentium, prout monet *Rota in dicta Firmana Jurispatronatus* 21. *Aprilis* 1708. §. *final. coram bon. mem. Muto relat. in dec. hujus Causæ* §. *Quo vero in fine, cor. Eminentiss. Scotto*.

Non refragante responsione quod controversum Juspatronatus; ex quo de ejus fun-
7 datione non constet, juxta præsumptionem Juris potius hæreditarium, quam familiare dici queat, ut ait *Text. in Clem. plures de Jurepatronat.*, & ita quasi possessio Auctorum suffragari quoque debeat Successoribus, ad effectum, de quo agitur. Quoniam id non procedit, quando, ut in casu, res proponitur in hujusmodi Judicio possessorio, in quo cum ultimus status appareat qualificatus, utpote quia præsentationes tunc emissæ per fœminas Agnatas, leguntur expressæ cum qualitate fa- 8
miliari *ibi* — ipsis uti de familia Morroni spectare jus præsentandi &c. *Summ. Angeli numer.*5, *&* 6., & sic non alia ratione ad ipsas spectare Juspatronatus, nisi quia erant de familia, prout indicat illa dictio — *uti* — qualificativa 9
personæ, quemadmodum firmavit *Rota in Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1704. §. *Et sanè, coram R. P. D. Ansaldo, &* 23. *Januarii* 1705. §. *Suadetque, &* §. *Omnemque, cor. Reverendiss. Molines Decano*, opus non est inspectionem assumere, an scilicet Juspatronatus sit, vel præsumatur gentilitium, seu hæreditarium, itaut quasi possessio Auctoris saltem quoad factum, & juris effectum transeat ad successorem, sed satis esse videtur, quod præsentantes Josephum tali qualitate non polleant ad hoc, ut illa, tanquam altiorem indaginem involvens, ad suum Judicium pe- 10
titorium remittatur, manutentionem tamen interim concedendo fœminis Agnatis, quæ supersunt, ad formam nimirum ultimi Status qualificati in quasi possessione præsentandi, & ad statum qualitatis familiaris, in quo reperiuntur, ut ultra relatos *in dec. hujus causæ* §. *Donec, coram Eminentiss. Scotto, advertunt Vivian. de Jurepatronat. part.*2. *lib.*11. *cap.*7. *num.*27. *Palm. Nep. alleg.*160. *num.*20. *& Rot. in Placentina Parochialis* 22. *Martii* 1715. §. *Quare, & in* §. *In conspectu, cor. R. P. D. meo Cerro, & in Firmana Beneficii* 11. *Januarii* 1715. §. *Neque dicatur, coram R. P. D. meo Lancetta*; & ratio est evidens, quia ultimus status attenditur non tantum ad 11
firmandam possessionem, sed etiam ad arguendam naturam Jurispatronatus, pro coloranda eadem possessione, ex deductis *per Rot. dec.*223. *num.*14. *part.*19. *recent. & in Romana Capellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Hæc itaq. cor. R. P. D. meo Ansaldo relat. in dec. hujus causæ* §. *Quæ quidem, coram Eminentissimo Scotto*.

Eoque firmius etiam reddebatur in præsenti hypothesi hujusmodi assumptum, ex quo erga eundem ultimum statum faustè militabant geminę, & quidem præstantissimæ facti comprobationes, altera nempe emergebat ex Ordinarii Sententia illo tempore emanata super institutione præsentati per fœminas de Familia, in qua cum Ordinarius pariter ad exclusionem ipsiusmet Josephi nunc oppositoris concesserit Institutionem Andreæ, tunc ab illis præsentato per hæc verba — *de & super institutione simplicis Beneficii, seu Capellaniæ de Jurepatronatus illorum de Familia Morroni, pronunciamus Andream, uti præsentatum à Diana, Angela, Alexandra &c. fore, & esse instituendum in supradicto Beneficio simplici de Jurepatronatus delli Morroni* — manifestum exinde evadit, tale Juspatronatus declaratum fuisse pro familiari; ideoque si fœminæ, & signanter illæ, à quibus causam habent præsentantes Josephum, præsentarunt, uti ad Juspatronatus familiare, & Judex etiam pronunciando eandem qualitatem familiarem statuit, non solum validior undique sit ultimus 12
hic

hic ftatus pro ipfa qualitate familiari, veluti firmatus per Sententiam in Judicatum tranfactam, *Rot. in dec.492. num.3. & 5. part.3. rec. dec.41. num.12. poft Vivian. de Jurepatronat. in Mediolanen. Priorat. fuper qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Omnem denique, cor. Eminentiffimo Scotto, in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Et ex his, cor. clar. mem. Card. Caprara, latius in dicta Firmana Jurifpatronatus 21. Aprilis 1704. impreff. penes Modern. Afculan. dec. Florent.45. §.1. num.24. & feqq. in Rom. Capellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Quid ultra, coram R. P. D. Anfaldo, & in Aftoricen. Parochialis 8. Junii currentis §. Eoque certius, & §. final. coram R. P. D. meo Fofcaro;* Sed etiam omnes aditus eidem Jofepho præclufi prorfus remanebant, amplius impugnandi in hoc Judicio qualitatem illam familiarem, à fe tunc approbatam, mediante acceptatione, & productione coram Judice, dictarum præfentationum cum eadem qualitate in fui perfonam à fœminis Agnatis factarum, & admiffam ac canonizatam per Sententiam, quæ contra ipfum promulgata extit, atque in Judicatum infuper tranfitum fecit, non obtenta prius adverfus eam reftitu-
13 tione in integrum, ut de prima conclufione tradunt *Card. de Luca de Jurepatronat. dif.22. num.7. & Rot. coram Zarat. dec.2. n.9. & 11. ac num.16. in d. Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Habentur, & §. Et multo magis, coram clar. mem. Card. Capraræ in d. Mediolanen. Prioratus fuper qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Comprobata, coram Eminentiffimo Scotto, in Hipporegien. Benefici 11. Februarii 1704. §. Dictorumque, cor. bon. mem. Muto, in dict. Firmana Jurifpatronat. 21. Aprilis ejufdem anni coram eodem ut fupra impreff. penes Modern. Afculan. dec. Florent. 45. §.1. n.26. & feqq. & §.2. num.19. & in aliis relatis in dec. hujus caufæ §. Superaccedente, cor. Eminentiffimo*
14 *Scotto*, & de fecunda advertit *Rot. in Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §. Siquidem, coram Reverendiffimo dell' Olmo: in Pennen. Beneficii fuper pertinentia 17. Maji 1700. §. Ultra quod cor. R.P.D. meo Aldovrando relat. in dec. hujus caufæ dicto §. Super accedente, cor. Eminentiffimo Scotto.*

Altera autem ex ejufdem Jofephi judiciali confeffione eruebatur; ipfe enim cum in Judicio tunc habito contra Andream compræfentatum, dederit articulos ad probandam qualitatem familiarem *d. Summ. Angeli n.8.* & examinati defuper Teftes ad ejus inftantiam hoc ipfum depofuerint, non videtur quo jure eadem judicialis confeffio hodie per ipfum impugnari valeat, controvertendo illum ultimum ftatum à fua confeffione comprobatum; quando aliàs non revocatur in dubium, quod concurrentibus tribus his circumftantiis, videlicet declaratione fœminarum, quæ præfentarunt, uti in Jurepatronatu familiari, Confeffione collitigantis cum probatione, feu
15 examine teftium, & fententia in Judicatum tranfacta, adverfus etiam quofcunque alios illa apta effet ftatum firmare, ut animadverterunt *Peregrin. conf.33. num.18. & feqq. lib.1. Modern. Afculan. dec. Florent.45. num.11. & feqq. & Rot. in dict. Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Et his quoque, cor. Eminentifs. della Tremoille in dict. Firmana Jurifpatronatus impreff. penes eundem Modern. Afculan. dict. dec. Florent.45. §.1. num.8. & feqq. & in d. Romana Capellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Ad rem itaque, cor. R. P. D. meo Anfaldo.*

Abfque eo quod eadem qualitas familiaris ita firmiter comprobata, everti valeat eo fub prætextu, quod in prædicto ultimo ftatu anni 1679. præfentationes factæ fuerint cum dicta qualitate hæreditaria. Etenim præterquamquod non videbatur fubfiftere in facto, Andream articulaffe qualitatem hæreditariam, fimulque præfentationes relatæ *in Summar. Jofephi num. 6.* habentes enunciativam qualitatis hæreditariæ, funt illæ, quæ emanarunt in favorem ejufdem Jofephi tunc etiam præfentati, & per Sententiam Ordinarii rejecti in concurfu Andreæ, per cujus obitum vacavit Beneficium, ac qualitarem familia- 16
rem, non autem illæ, quæ remanferunt ineffectuatæ, funt attendendæ, ut dixit *Rot. decif.220. num.22. part.11. dec.6. num.9. part.19. rec. & in Majoricen. Beneficii 28. Novembris 1704. §. Hanc autem, cor. bon. mem. Muto,* femper valida oftendebatur refponfio ex eo defumpta, quod fi quafi poffeffio præfentandi acquiritur in ultimo ftatu ex illis præfentationibus, ab Ordinario approbatis, cum qualitate per eum expreffa in fua Sententia; utique, dum Ordinarius in ea, nulla facta mentione de qualitate hæreditaria fœminarum, feu de portione, aut quota, dumtaxat expreffit qualitatem familiarem, tam Jurifpatronatus, quàm Patronorum, dubium effe nequit, quod quafi poffeffio acquifita fuerit, ac ultimus ftatus firmatus remanferit pro qualitate fami-
liari, & fecundum illum in hodierno Judi- 17
cio poffefforio fit procedendum, remiffa ulteriori indagine ad fuum Judicium petitorium, ex ponderatis *per Rot. in d. Hipporegien. Beneficii 11. Februarii 1704. coram bon. mem. Muto impreff. penes Modern. Afculan. d. dec. Florent.45. §.2. num.7. in Sorana Jurifpatronatus fuper Manutentione 27. Junii 1710. §. Et hinc fruftra, coram Eminentiffimo Scotto, & in aliis relatis in dec. hujus caufæ §. Donec, & §. Quibus, cor. eodem.*

Cæterum etiamfi extra terminos meri poffefforii tale negotium peragendum foret, adhuc inftitutio debita effet Angelo, quia ftante ultimo ftatu pro qualitate familiari, cum adverfus illum refragari nequeant, nifi tria
illa probationis genera, per DD. taxativè re- 18
quifita, confeffio nempe Partis, undique clara, res judicata fuper ipfa proprietate, & publicum Inftrumentum fundationis, cui nihil opponi poffet, per ea, quæ poft Theoricam *Panormitani in d. cap. confultationibus, num.9. verf. quod ego intelligerem, de Jurepatron. dixit Rot. in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. Conftabilitis, coram Reverendiffimo Molines Decano, & in Bituntina Beneficiorum 13. Martii proximè præteriti §. Sed in univerfum, in fin., coram R. P. D. meo Crifpo.* In illorum equidem numero adfcribi minimè valet fola juris præfumptio; & re vera, licèt juxta illam, non docto de contrario per inftrumentum fundationis, Jufpatronatus præfumatur

tur hæreditarium, attamen quando agitur, prout in caſu, de Jurepatronatus pervetuſto, de cujus initio, & fundatione non conſtat, ex hujuſmodi antiquitate non modo ceſſat illa præſumptio, quod ſit hæreditarium, ad normam *dicti text. in Clem. plures de Jurepatron.*, ſed etiam intrare potius videtur contra-
19 ria præſumptio, quod nempe ſit Gentilitium, & familiare ad evitandas illas inextricabiles quæſtiones, quas conſiderat *gloſſ. in d. Clem. ex plures*, & refert *Lambert. lib.1. quæſt.1. artic.25. part.2. ſub num.6. Spad. conſ.12. numer.2. lib.2.*, & dixit *Rot. cor. Pen. deciſ.94. num.7. coram Priolo dec.159. num.20. in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. §. Qualitas autem, coram bon. mem. Urſino, in Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Non enim, coram Eminentiſſimo della Tremoille, & in Firmana Juriſpatron. 21. Aprilis 1704. impreſſ. penes Modern. Aſculan. dec. Florentin. 45. §.1. num.35.*

Adeout ſi ob deficientiam fundationis, in hujuſmodi inter ſe diſſonante juris præſumptione, tutior ſit ſemper via recurrendi ad obſervantiam, ut in locum Inſtrumenti funda-
20 tionis ſuccedentem, ex qua dignoſci ſolet qualitas Juriſpatronatus, cum talis præſumatur fundatio, qualem ſubſecuta obſervantia demonſtrat, juxta deducta per *Franch. in capit. unic. num.5. de Jurepatronat. in 6. Vivian. eodem tract. lib.4. cap.9. num.28. & ſeqq. Ciarlin. controv.1. num.17. Rocc. diſput. Juris Select. cap.190. num.57. & ſeqq. Modern. Aſculan. dec. Florent.45. num.10. & Rota coram Priol. dec.40. num.4. & 5. in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Ex his itaque, cor. clar. mem. Card. Caprara, in d. Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Fortiuſque, coram Eminentiſſimo della Tremoille, in Foſſanen. Juriſpatron. 12. Martii 1703. §. De Jurepatronatus, coram eodem clar. mem. Card. Caprara, & in Mediolanen. Prioratus ſuper dubio ignobilium 20. Junii 1703. §. Et demum, cor. Eminentiſſ. Scotto, & in dicta Firmana Juriſpatron. 20. Aprilis 1704. coram bon. mem. Muto impreſſ. ut ſupra num.4.* Hæc profecto favere undique demonſtrabatur qualitati familiari; conſtat enim in hac Familia de Morrone, quantumvis numeroſa, ſemper præſentaſſe agnatos, abſque eo quod unquam admiſſi fuerint extranei hæredes ad præſentandum, ut patet ex ſtatibus annorum 1503. 1592. 1608. 1640. 1643. 1656., & 1681. ut in *Summ. Angeli numer.9.* Unde quemadmodum veriſimile eſt, quod ſpatio annorum 200. circiter, tot extantibus perſonis de Familia adeo numeroſa, aliquis ex-
21 traneus fuerit hæres inſtitutus, ita dum tanto temporis ſpatio nunquam extranei admiſſi reperiuntur ad præſentandum, grandis oritur conjectura qualitatis familiaris, ex ponderatis per *Capon. diſcept. forenſ.223. num.3., & ſeq. Caren. reſolut.10. num.2. & 9. & Card. de Luc. de Jurepatron. diſc.23. num.6. & dec.204. n.13., & ſeqq. part.12. dec.115. num.1. part.14. recent. Bononien. Beneficiorum cor. bon. mem. Urſino impreſſ. in Mantiſſ. ad Card. de Luc. tom.3. deciſ.7. n.5. in dict. Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Accedit, coram Eminentiſſimo della Tremoille in dict. Firmana Juriſpatr. 21. Aprilis 1708. impreſſ. penes Modern. Aſculan. deciſ. Florent.45. §.1. num.32. in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Obſervantia, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Atque faciliùs quoque eam convincebat ponderatio illa, quod in præfatis ſtatibus, duplicem centenariam excedentibus, apparet etiam, plures adhuc præſentaſſe fœminas Agnatas, quibus extinctis, in ſubſequentibus vacationibus non præſentarunt earum Filii, prout eveniſſet, ſi Juſpatronatus fuiſſet hæreditarium, ſed continuarunt præſentare alii tantùm de Familia, ut liquet ex ſtatu anni 1608., ubi præſentarunt Laudonia, & Laura, quarum Filios poſtea præſentaſſe non conſtat; ita pariter in ſtatibus annorum 1640. 1643., & 1656. ubi præſentaſſe docetur fœminas agnatas, & earum deſcendentes admiſſos fuiſſe 22
ad præſentandum minime oſtenditur in illis reſpectivè, & in ſucceſſivis vacationibus, quod equidem ſi apertè demonſtrat, Filios fœminarum idcirco non præſentaſſe, quia non erant de Familia, clarum exinde præſtat argumentum, non aliud dijudicandi tale Juſpatronatus, quàm familiare, ad tradita per *Rot. dict. dec.7. impreſſ. in Mantiſ. ad Card. de Luc. num.5. tom.3. in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. final. cor. bon. mem. Muto, & in dicta Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Non obſtat, cor. Eminentiſſimo della Tremoille.* Maximè quando, prout in caſu, aliæ duæ adſtipulantur facti circumſtantiæ, prima ſcilicet, quod illi de Familia in dictis ſtatibus ſemper præſentarunt jure proprio, & cum qualitate filiationis, altera verò quod nulla facta extitit præſentatio per quotas, & ratas, ut fieri debuiſſet, ſtante numero tot perſonarum, ſed fuit ſemper peracta ſimpliciter, & in capita, hoc enim validum ſubminiſtrat indicium qua- 23
litatis familiaris, ut obſervat *Vivian. de Jurepatr. lib.4. cap.1. poſt n.71. verſ. tertio quia,* & optimè *Modern. Aſculan. dec. Florent.45. n.8. & 9.* & dixit *Rot. in dec.159. n.2. cor. Priolo in d. Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Similiter, cor. Eminentiſſimo della Tremoille, in d. Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Subſequitur, cor. clar. mem. Card. Caprara, & 3. Julii 1703. §. Cui ſententiæ, coram b. m. Caſſarello, & in Romana Capellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1708. §. At ob idem lucem, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Idque certiùs reddebatur tum ex eo, quod in præallegatis ſtatibus ſemper expreſſa fuit qualitas Juriſpatronatus, nam de anno 1592. in literis Inſtitutionis Ordinarii dictum fuit 24
ibi -- *Simplici Benefici S. Mariæ Magdalenæ de Jurepatronatus familiæ delli Morroni* -- Et ita expreſſum legitur in ſubſequentibus ſtatibus, & Sententiis Ordinariorum ſuper Inſtitutionibus, ex quibus ſanè, tanquam exprimentibus qualitatem familiarem, nulla emergere videtur hæſitatio, quin probata remaneat ejuſdem Juriſpatronatus familiaritas *Card. de Luc. de Jurepatron. diſc.35. num.4. & 13.* & reſpondit *Rot. dec.220. n.10. part.11. dec.679. num.7. & 8. part.18. rec. in dicta Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Subſequitur, & §. Ex his, coram clar. me. Card. Caprara, & in Firmana Juriſpatr. 21. Aprilis 1704. cor. bo. me. Muto impreſſ. penes Modern.*

dern.

*dern. Asculan. dec. Florent.*45. §.1. *num.*23. *& seqq.* ubi plures allegat concordantes; tum ex assertivis, quod hæc Capellania esset de Jurepatronatus *delli Morroni*, emissis ab Episcopis in duabus perantiquis visitationibus, annorum videlicet 1482., & 1559. quippe quæ valde conferunt ad probandam qualita-
25 tem Jurispatronatus, cum Ordinarii præsumantur informati de statu, & qualitate Beneficiorum propriæ Diœcesis, ut advertit *Rot. in dec.*168. *num.*24. *part.*10. *recentior. in Gerunden. Beneficii* 26. *Aprilis* 1697. §. *Comprobationem*, *cor. Eminentissimo Priolo*, *& in Asculana Jurispatr.* 26. *Januarii* 1703. §. *Accedunt*, *cor. Eminentissimo Scotto*.

Tum denique ex depositione Testium formiter examinatorum in supradicto ultimo statu anni 1679. ad instantiam Josephi, per quos probatum extitit, controversum Juspatronatus semper spectasse ad familiam de Morronis, absque ulla intermixtione hæredum extraneorum, hæc namque testium depositio, uti va-
26 lida, & concludens per Ordinarii Sententiam recognita, atque comprobata, plenam constituit probationem prædicti Jurispatronatus familiaris, ut in puncto monent *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*23. *sub num.*6. *vers. quia*, *& Rota in dicta Firmana Jurispatr.* 21. *Aprilis* 1704. §. *In secunda*, *& §. Pro Eliminatione*, *cor. bon. mem. Muto*; Accedente præsertim ipsiusmet Josephi confessione una cum productione præsentationum ad sui favorem
27 factarum, continentium expressionem ejusdem qualitatis familiaris, ut supra dictum est, quod utique operatur, ut amplius ab eo impugnari nequeat illa qualitas familiaris, toties per ipsum agnita, & approbata, ad tradita per *Rot. in dec.*4. *num.*1. *post Vivian. de Jurepatr. & in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Et ex his*, *& seqq. coram clar. me. Card. Caprara cum cæteris adductis in dicta Firmana Jurispatr. ubi supra* §. *His accedunt*, *cor. bon. me. Muto impress. penès Modern. Asculan. dec. Florent.*45. §.1. *numer.*27. *&* 30.

Comprobata itaque ex his qualitate familiari ejusdem Jurispatronatus, obicem minimè præstare poterat, quod aliquando expressa fuerit qualitas hæreditaria, quia hujusmo-
28 di expressio in his facti circumstantiis intelligitur de qualitate hæreditaria Sanguinis, non autem Bonorum, ut tradunt *Soccin. Sen. cons.*57. *numer.*4. *lib.*3. *Peregrin. cons.*49. *num.*4. *lib.*2. & magis in specie respondit *Rot. in dec.*165. *num.*21. *part.*6. *recent. in Mediolanen. Prioratus super mixtura*, *& filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Absque eo quod*, *cor. Eminentiss. Priolo*, *&* 29. *Januarii* 1706. §. *Siquidem*, *cor. bo. me. Caffarello*, *& in Materanen. Parochialis super pertinentia* 11. *Januarii* 1712. §. *Et ratio*, *cor. R.P.D. meo Falconerio*, vel ad summum intelligi valeret de qualitate hæreditaria, annexa illis tantùm de familia, itaut exinde arguatur Juspatronatus
29 mixtum, quod nihil differt ab ipso familiari, cum pari modo utrunque transire nequeat in extraneos, seu de aliena familia existentes, quemadmodum observant *Paris. cons.*88. *n.*9. *&* 10. *lib.*3. *Gabriel. cons.*169. *num.*5. *lib.*2. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.*2. *quæst.*11. *numer.*41. *& seqq. & Rota dec.*166. *n* 24. *part.*6. *recent. coram Celso dec.*106. *num.*11. *in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. §. *Cæterum*, *coram R. P. D. meo Aldovrando*, *in dicta Materanen. Parochialis super pertinentia* 11. *Januarii* 1712. §. *Secundum in fine*, *cor. R.P.D. meo Falconerio*, *& in Aversana Beneficii* 4. *Decembris* 1715. §. *Fortius*, *coram Eminentiss. Scotto*.

Minusque tandem obsistit, quod cum præfatum Juspatronatus sit lineale, & divisum in tribus lineis, juxta arborem ex parte Josephi exhibitam, intrare proinde debeat conclusio, qua mediante illud in una linea durare possit familiare, ubi supersunt Agnati, 30
in altera verò fieri valeat hæreditarium, ubi Agnati defecerunt, de qua latius *Rota in Nolana Jurispatr.*8. *Junii currentis à* §. *Quatenus verò*, *cor. R. P. D. meo Crispo*. Quoniam objectio isthæc non subsistit in facto, nec relevaret in Jure; non enim regit in facto, dum in eo probatur, Agnatos, qui anteactis temporibus præsentarunt, aliquando fuisse sex, aliquando autem septem, & ultra, non verò tres tantum ex adverso suppositos, ut liquet *ex Summ. Angeli num.*9. in jure autem non officeret, quia non ostenditur, prout requiritur pro Jurepatronatus lineali, quod in ullo ex dictis statibus aliquis Agnatus unquam præsentaverit per quotam, sed contrarium 31
clare convincitur, dum omnes simul semper præsentarunt, veluti Agnati de familia, & componentes familiam, & hisce eorum præsentationibus consonant quoque Sententiæ ab Ordinariis latæ, hoc nanque casu omnis excluditur divisio Jurispatronatus per lineas, ut observant *Card. de Luc. de Jurepat. disc.*55. *num.*5. *&* 6. *R. P. D. meus Ansaldus in adnotat. ad dec.*52. *num.*27. *& seqq. & Rot. in Mediolanen. Præpositturæ* 3. *Martii* 1704. §. *Hucusque cum seqq. cor. R. P. D. meo Ansaldo*, *& in Romana Capellaniæ* 28. *Junii* 1709. §. *Minusque*, *cor. eodem*; recurrente semper responsione, quod ex hactenus deductis denegari saltem nequit, quin hujusmodi propositæ exceptiones altiorem requirant indaginem; quod utique est plus, quam sufficiens, quod 32
remanente ultimo statu, illæ reiiciantur ad Judicium proprietatis, ad tradita *per Calderin. cons.*23. *de Præbend.*, *ut inquit Rota in Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1708. *impress. penès Modern. Asculan. decis. Florent.*45. §.2. *num.*7. *in dicta Papien. Rectoriæ* 10. *Decembris* 1714. §. *Et in universum*, *& in Comen. Jurispatron.* 15. *Martii* 1715. §. *final. coram R. P. D. meo Cerro*, *in Mediolanen. Beneficii* 7. *Julii* 1715. §. *His ita*, *coram R. P. D. meo Crispo* cum aliis relatis *in dec. hujus Causæ* §. *Donec & seqq. cor. Eminentiss. Scotto*.

Et ita, utraque &c.

R.P.D.

R. P. D. ALTHANN.

Mediolanen. Capellaniæ.

Mercurii 22. Januarii 1716.

ARGUMENTUM.

In Jurepatronatus familiari, seu gentilitio, quando detur concursus simultaneus Patris cum Filiis, & proximiorum cum remotioribus: vel potius vocati admittantur ad præsentandum ordine successivo, latissimè examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Instituendus venit qui à majori parte Patronorum electionem, seu præsentationem reportavit*, & n.2.

3 *Quando Juspatronatus reservatum fuit favore Agnationis, Domus, & Familiæ in genere, tunc nulla habita ratione remotioris, vel proximioris, filii cum Patre, omnesque alii de Familia, seu Agnatione, admittuntur ad præsentandum.*

4 *Secus verò quando Juspatronatus relictum apparet certis tantùm personis.*

5 *A' Fidecommisso rectè arguitur ad Juspatronatus.*

6 *Ubi plures sunt vocati copulativè, inter quos non cadit ordo charitatis, nec ulla prævia instituendi necessitas, vocati dicuntur ordine simultaneo.*

7 *Declara, quando aliqui tantùm ex filiis, seu descendentibus fratris, vel alterius transversalis fuissent per copulam vocati.*

8 *Non autem quando vocatio facta legitur sub nomine collectivo plurium personarum, & graduum, penitus incertorum, & quare.*

9 *In hujusmodi articulo S. Rota variavit, modò pro observantia ordinis successivi tenens: modò autem pro admissione simultanei concursus*, & num.10.

11 *Novissimè tamen in casu collectivæ vocationis plurium personarum, & graduum stetit in prima Sententia.*

12 *Auctoritates, & resolutiones, generaliter loquentes, intelligentiam recipiunt juxta tenorem illarum, quæ distinguunt.*

13 *In hac materia tutius videtur ad conjecturalem Fundatoris voluntatem recurrere, vel ad successivam ipsius dispositionis observantiam.*

14 *Natura, & indoles dictionis* post, *ea est, ut separationem inducat.*

15 *Et importat gradualem successionem, excluso simultaneo concursu.*

16 *Testator volens in ingressu ordinem successivum, censetur illum etiam voluisse in progressu.*

17 *Dictio* ut supra *ostendit, ut idem ordo, & modus succedendi volitus sit etiam in ulterioribus vocatis.*

18 *Verbum* successivè *operatur, ut primus gradus excludat secundum.*

19 *Quæ sit vis dictionis* pro tempore.

20 *Stantibus verbis, tractum temporis remotissimum importantibus, censetur facta vocatio ordine successivo*, & num.21.

22 *Observantia, proxima fundationi, est potissimùm attendenda.*

23 *Præsentationes factæ à solis Patribus, licèt filios haberent in congrua ætate ad præsentandum constitutos, præseferunt, Juspatronatus competere juxta prærogativam gradus, non autem collectivè, & collegialiter omnibus de Familia.*

24 *Stante observantia explendi præsentationes in stirpes, ac juxta graduum discretionem, clara efficitur exclusio simultanei concursus, etiam in sensu contrariam opinionem tenentium.*

25 *Ut robur accipiat hæc observantia, necesse est probare, quod occurrentibus vacationibus extiterint filii familias, habiles ad præsentandum, quodque volentes præsentare fuerint rejecti.*

26 *Limita ubi deficit lex fundationis, & redditur ratio*, & n.27.

28 *Quinimmò sufficit etiam unicus actus.*

29 *Etiamsi in negativa consisteret, aut sit remotus.*

30 *Præsertim si idem actus negativi sint qualificati, & ex proprio facto ipsius Adversarii proveniant, & quomodo.*

31 *Præsentatio unius Compatroni Jus, & possessionem alterius præservat.*

32 *Negligentia præsentandi in una, vel altera vacatione, cum evenire possit ex ignorantia ejusdem vacationis, seu pertinentiæ, præjudicare nequit in aliis futuris vacationibus.*

DECISIO LVI.

Judiciaria controversia super Institutione ad Capellaniam, seu Beneficium S. Catharinæ Virginis, & Martyris existens in Ecclesia Divi Victorii Villæ Plebis Incini Mediolanen. Diœcesis, alias fundatum anno 1517. per Joannem de Torchio, prævia reservatione Juris Patronatus (sunt verba Fundationis) *Ambrosio Agnato meo, si vixerit, & post ejus obitum ejus filiis, & descendentibus masculis, & legitimis, & ab eo, & ab aliis descendentibus; aliis filiis & descendentibus masculis, & de legitimo matrimonio procreatis usque in infinitum, una cum tribus aliis ex nobilioribus, & antiquioribus de Parentela de Torgio &c.* admodum disceptata inter Joannem Baptistam, & Josephum ambos de Torchio, & ad illud compræsentatos à descendentibus ejusdem Ambrosii, pro eodem Joanne Baptista tandem una voce, atque consensu definita extitit, primo à Judice de partibus, & deinde in gradu appellationis per nostrum Sacrum Tribunal, respondendo in hodierna audientia dubio per me proposito *Institutionem esse dandam Joanni Baptistæ.*

Hujusmodi autem decidendi ratio ab ea promanavit Juris censura, juxta quam nulla, prout in casu, occurrente inter Partes quæstione super descendentia, seu pertinentia Jurispatronatus ad eos, qui in hac postrema vacatione præsentarunt, tanquam ex Confessione utriusque collitigantis comprobata, si ille

ille femper instituendus est, qui plurimorum eligitur, & approbatur assensu, ut jamdudum
1 sub *Alexandro III.* statutum fuit in *Concilio Lateranensi* relato in *cap. quoniam 3. de Jurepatronatus*, summo equidem Jure Institutio concedenda erat eidem Jo: Baptistæ, veluti presentato à majori parte Patronorum, à Joanne nimirum, & Francisco de Torchis, duobus ex tribus Compatronis, Jure præsentandi actu potientibus, ac in quasi possessione existentibus, & quidem ad exclusionuem Josephi, solùm Caroli Patris, & alterius Compatroni vocem ad
2 sui favorem numerantis, ut sectando dispositionem *præfati Textus in cap. quoniam, de Jurepatronatus, tradunt ibidem Glossa in V. Abbas num.13., & Fagnan. num.1., & pluries dixit Rot. in dec.117. num.1. part.2. divers. decis.146. num.4. part.2. rec. dec.394. num.2. & & seq. & dec.733. num.1. cor. Merlin. in Faventina Benef. 3. Julii 1702. §. Pluralitas, coram Reverendissimo Molines Decano, & in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. final. cor. eodem.*

Minime refragante allegata vocum pluralitate erga eundem Josephum, emergente ex præsentationibus emissis à quatuor Filiis præfati Caroli, ea sub hypothesi, quod tale Jus patronatus, uti fundatum per transversalem, & reservatum solis Agnatis, quemadmodum dici debeat gentilitium, ita in illo hujusmodi præsentationes non aliter quàm in capita, & simultaneo ordine explendæ sint per Patrem, ejusque Filios. Verum enim verò quamquam res perpendenda foret juxta terminos Jurispatronatus gentilitii, adhuc in comperto reddebatur, neutiquam admitti posse concursum Filiorum ad præsentandum cum Patre, ex ea animadversione, quod tunc ille vindicaret sibi locum, quoties Juspatronatus reservatum extitisset favore agnationis, Domus, seu Familiæ, in genere, & per modum universitatis à Fundatore consideratæ, nam eo casu cum censeatur, eundem Fundatorem rationem tantummodo habuisse ad qualitatem Personarum, non autem ad prærogativam
3 graduum, meritò exinde numerantur solùm capita ejusdem Familiæ, nullaque habita distinctione remotioris, vel proximioris, simul Filii cum Patre, omnesque alii de Familia, seu agnatione admittuntur ad præsentandum, prout in his expressis terminis loquuntur *Card. de Luc. de Jurepatron. disc.54. num.5. & 6. Vivian. eodem tractatu lib.4. cap.2. num.28., & seq. & Rota post eum d. lib.4. cap.1. num.71. & cap.9. in rec. dec.166. num.14. part.6. dec.82. num 8. part.7. cæteraque in oppositum allegatæ.* Secus verò dijudicandum est, quando, ut in præsenti, Juspatronatus relictum apparet certis tantùm Personis, Ambrosio scilicet, ejusque Filiis, & descendentibus in infinitum, tunc enim successio, ejusdemque Juris præsentandi potestas, uti innixa collectivæ vocationi, plures Personas, ac gradus de sui natura respicienti, in Filiis, atque Patre eodem tempore consistere nequaquam valet, sed gra-
4 datim deferenda venit in magis proximos, remotioribus semper exclusis, ut in puncto probant *Vitalin. in Clemen. Plures sub num.42. in fin. de Jurepatronat. Spad. consf.12. lib.2. & consf.9. n.7. lib.3. Tondut. Quæst. Benef. part.1. cap.32. num.5. 7. & seq. & distinguendo casum à casu præcisivè docent R.P.D. meus Ansaldus in Addit. ad suam Decisionem inter impressas in ordine 52. num.27. & seq. & Rot. in Pisana Jurispatronatus 26. Junii 1709. §. Procedendo, cor. Eminentissimo Priolo.*

Et non aliter revera respondi poterat, etiam inspecta Juris dispositione, firmiter militante in successione fideicommissaria, à qua rectè arguitur ad istam Jurispatronatus, ut testan- 5
tur *Palma Nep. alleg.101. num.23. Card. de Luc. de Jurepatronat. disc.50. num.5. R. P. D. meus Ansaldus in Addit. ad d. dec.52. num.32., Rot. in dec.325. num.9. & seq. part.17. recent. in Mediolanen. Canonicatus 5. Decembris 1704. §. Minus obstat, coram bon. mem. Muto, & in dict. Pisana Jurispatron. 26. Junii 1709. §. Talisque, coram Eminentissimo Priolo.* Ad illius namque tramites nullo pacto admitti queit præscriptus simultaneus concursus Patris, & Filiorum, quia tametsi regulare sit, quod ubi plures sunt vocati per copulam, inter quos non cadit ordo charitatis, nullaque, prout in casu, præcisa concurrit instituendi neces- 6
sitas, utpote quia ageretur de dispositione condita à transversali, dicantur vocati ordine simultaneo juxta *Theoricam Bald. in l. Gallus §. Quidem recte num.5. ff. de liber & Posthum.* communiter receptam, ut ibidem tradunt *Alexander. num.6. Jason. num.18. Alciat. n.49. Soccin. sen. num.3. Sarmient. num.9. Rustic. in leg. cum Avus lib.1. cap.1. num.34. ff. de condit. & demonstrat. Angel. consf.38. num.3. Cepol. consil. civil.52. num.4. Menocch. consf.85. numer.39. Honed. consf.65. num.7. lib.1. Peregrin. consf.44. num.10. lib.1. Facchineus controv. Jur. lib.12. cap.41. per tot. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.4. tit.8. n.17. Simon. de Præt. de interpetr. ult. volunt. fol.238. n.3. Peguer. decis.101. num.4. Boer. dec.185. num.16. Surd. decis.346. num.3. & 4. & Rot. dec.934. num.2. coram Seraphin. cum aliis pleno calamo congestis per Episcopum Roc. disput. Juris Select. cap.29. n.1. & in oppositum adductis.*

Veruntamen hujusmodi conclusio procedere quidem valeret, quoties aliqui tantùm ex Filiis, seu descendentibus fratris, vel al- 7
terius transversalis fuissent copulativè vocati, prout advertunt *Alex. in dict. l. Gallus d. §. Quidem rectè, num.48., ibique Torricell. in quæst.15. vers. sed limita ff. de liber., & Posth. Intriglio l. de substit. centur. 3. quæst.80. num.13. Fusar. eodem tract. quæst.476. num.34.* aliique relati per *Roccam d. disputat.29. n.7.* Non autem quando, ut in præsenti casu, eadem vocatio emissa legitur sub nomine collectivo plurium Personarum, & graduum penitus incertorum, ex quo tunc sicut cen- 8
seri neutiquam potest, omnes descendentes tot diversorum graduum fuisse à Testatore contemplatos, ac invitatos ad simultaneam successionem, dum ipsa natura non patitur eos simul adstare, ita talis vocatio per necesse semper intelligi debet facta ordine successivo, non autem simultaneo, ut sancivit *Justinian. in l. si quis duobus in fin. Cod. de Impuber., & aliis substit.*, & docent *Bart. in d. l. Gallus d. §. Quidem rectè, num.4. circa med. ibique* Are-

Aretin. num.6. & Soccin. sen. num.4. ff. de liber. & Posthum. Covar. in cap. Raynut. §. 2. *num.1. de testam. Dec. cons.*205. *n.*2. *& cons.*236. *num.*1. *& seqq. Cravet. cons.*22., *& cons.*131. *utrobique num.*2., & cæteris generalibus omissis, in hujusmodi expresso puncto, dispositionis nimirum conditæ à transversali erga Filios, descendentesque alicujus, & eorum Filios omnino incertos, egregiè probant *Alexander in l. Gallus d.* §. *Quidem, ibique Galiaul. num.* 4. *ff. de liber. & Posth. Rustic. in d. l. cum Avus lib.*1. *cap.*1. *num.*36. *ff. de condit. & demonstrat. Soccin. Senior. cons.*113. *numer.* 4. *lib.*1. *Alciat. cons.*244. *num.*2. *& seq. Guidopap. cons.*122. *num.*57. *Menoch. cons.*496. *num.*6. *& de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*70. *n.*24. *ubi asserit esse receptam sententiam Fusar. pariter testans de commmuni cons.*87. *num.*6. *& de substit. d quæst.*476. *num.*56. *Peregrin. cons.*44. *num.*10. *lib.*1., *& de Fideicommiss. artic.*17. *num.*36. cum pluribus aliis congestis per eundem *Rocc. dict. disput.*29. *num.*8. *Bellon. de Jure accrescend. cap.*5. *quæst.*26. *num.*354., *& quæst.*55. *num.*21. *Ostasch. dec.*81. *num.*14. *Bart. dec.*9. *num.*4. *Surd. dec.*446. *num*... *& Rota in Asculana Parochialis cor. bon. mem. Benincasa inter ejus impress. dec*..... *num.*7. *in Perusina, seu Cortonen. Bonorum super re Judicat.* 5. *Maji* 1700. §. *Neque obstat. cor. bon. mem. Jacometto, & in Spoletana Immissionis* 10. *Januarii currentis* §. *Semper validior., cor. Me.*

Hoc autem posito, frustra opponebatur, quod in hujusmodi articulo plures inter se discrepantes occurrant scribentium opiniones, ac ipsamet *Sacra Rota* etiam variasse
9 videatur, cum pro observantia ordinis Fideicommissariæ successionis, juxta terminos *text. in l. cum ita* §. *In Fideicomm. ff. de legat.* 2. steterit *in Pientina Jurispatronatus coram bon. mem. Litta impress. apud Vivian. de Jurepatronat. lib.*4. *cap.*9. *post num.*55., ac etiam *in dec.*283. *num.*9. *part.*5. *& in dec.*798. *n.*21. *cor. Merlin. ex authorit. Gabriel. cons.*196. *n.*3. *& seq. lib.*2., *& Covarr. Practic. Quæst. capit.*38. *in fin.* cum quibus pertranseunt etiam *Vivian. de Jurepatr. d. cap.*9. *num.*14. *&* 37., *& Lotter. de Re Benef. quæst.*11. *lib.*2. *n.*124. Contrarium verò, & pro simultaneo scilicet
10 concursu Patris, & Filii, atque coæquali omnium successione, & Jurepræsentandi priùs sentire visa sit *in Regien. Jurispatronat. coram Penia inter ejus impress. dec.*934., & deinde quoque dictum fuerit *in Florentina de Ricasolis cor. bon. mem. Lancellotto impress. apud eundem Vivian. de Jurepatr. lib.*4. *cap.*1. *sub numer.*21. *ex auctorit. Federic. de Sen. cons.*111. *num.*9. *ut monet idem Lotter. d. quæst.*11. *numer.*125. *& latius advertit Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*61. *num.*9. *& seq.*

Quoniam, præterquamquod, stante hujusmodi collectiva vocatione plurium Personarum, & graduum, novissima *S. Rota* opinio stat pro ordine successivo unius post alium,
11 ad limites ejusdem Fideicommissariæ successionis, ut maturius discusso eodem articulo decisum ostenditur *in dict. Pisana Jurispatr.*26. *Junii* 1709. §. *Talisque, cor. Eminentiss. Priolo* quæ proculdubio in præsenti prævalere deberet, non solùm quia est posterior, sed etiam quia omnem opinionum inter se discordantium tollit confusionem, dum fulta ostenditur illa clara distinctione, quæ occurrit inter Juspatronatus, relictum familiæ in genere, ac venienti ad actum præsentationis per speciem collegii, & universitatis, & inter Juspatronatus, reservatum Agnato, ejusque Filiis, & descendentibus in infinitum, aliàs eadem distinctio supervacanea redderetur, non obstante quod sit communiter amplexa, ad hunc præcipuum finem mensurandi modum præsentationis, quemadmodum inter cæteros supra relatos in §. *Minime refragante, in fine*, videre est *apud Spad. d. cons.*12. *n.*6. *lib.*2. *Panimol. dec.*137. *num.*48. *Rot. in dict. Pisana Jurispatr.* 26. *Junii* 1709. §. *Procedendo, coram Eminentissimo Priolo*, & hanc ipsam rationem reddendo in puncto advertit, & probat *R.P.D. meus Ansaldus in Addit. ad d. dec.*52. *n.*33. cum alioquin receptum sit, quod auctoritates, & resolutiones generaliter loquentes, semper intel- 12
ligi, & declarari debeant juxta tenorem illarum quæ distinguunt, ut observant *Menoch. cons.*150. *num.*44. *Franch. dec.*435. *num.*24., *& respondit Rot. in dec.*32. *num.*39. *&* 45. *cor. R. P. D. meo Ansald. in dec.*549. *num.*2. *part.*19. *recent. tom.*2. *& in Giennen. Juris votandi* 9. *Februarii* 1705. §. *Quoverò coram Eminentiss. Scotto.*

Omnis utique in tali disceptatione removebatur hæsitatio ex ponderatione illa, quod si denegari haud quaquam valet, in hujusmodi scribentium, & resolutionum dissensione, tutius semper esse institutum revertendi ad 13
conjecturalem fundatoris voluntatem, cui omnia cedunt, seu ad successivam ejusdem dispositionis observantiam, quæ pariter in hac materia principatum obtinet, penitusque attendenda venit, ut ratiocinatur *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*61. *n.*9. *& seq. & in terminis præcisis observantiæ tradunt idem Card. de Luc. de Jurepatr. disc.*33. *num.*8. *& seq. Lotter. de Re Benefic. lib.*2. *d. quæst.*11. *n.*125. *vers. verum tota hæc controversia, R. P. D. meus Ansaldus in Addit. ad d. dec.*52. *num.*34., *& Rot. in d. Pisana Jurispatr.* 26. *Junii* 1709. §. *Hanc denique cor. Eminentiss. Priolo* Utraque profectò ex illis hic pro graduali successione præsto erat, voluntas enim ejusdem Fundatoris expresse eruebatur ex ipsa testamentaria dispositione; in ea sanè cum idem Fundator reservando Juspatronatus præfatæ Capellaniæ, illiusque Jus præsentandi relinquendo, per verba ibi -- *Cui Domino Ambrosio dum vixerit, & post ejus decessum dictis ejus filiis, & descendentibus ut supra in infinitum, una cum tribus aliis de nobilioribus, & antiquioribus de Parentela de Torgio &c.* expressè demandaverit, quod ad eam pro tempore, quo vixerit, præsentet prædictus Ambrosius, & successivè ejus filii, & descendentes, ut supra, manifestum ex inde redditur, nil aliud in hujusmodi Jurepatronatus ipsum voluisse, nisi ut servaretur ordo successivus, admittendi scilicet Patronos ad præsentandum, non ordine simultaneo, sed juxta gradus prærogativam, Jurisque communis dispositionem, ita suadente non minus illa dictione *post*, respectu Ambrosii dupliciter repetita, in re-

fer-

servatione videlicet Jurispatronatus ibi -- *post ejus obitum*, ac quoad Juspræsentandi ibi --
14 *post ejus decessum*, cum hæc de sua natura, tanquam separativa, ut inquit *Text. in leg. si cui legetur ff. de legat.1. & Barbosa tract. var. dict.269. num.3.* citra dubium importet
15 ordinem successivum per prius, & posterius, omnemque excludat simultaneum concursum Patris cum filiis, ut advertunt *Paris. cons.19. num.6. lib.2. Decian. respons.1. num.226. Barbos. ubi supra dict.270. num.6. & seq. & Rot. dec.167. num.7. vers. & illa dictio part.2. rec.*, quàm ratione ipsa à priori emergente; nam si Testator, quoad ingressum, in Ambrosio voluit expressè ordinem successivum, vocando prius eundem Ambrosium, & post ejus obitum, illius filios, & descendentes, ita pari modo illum voluisse censendum est in progressu, respectu aliorum descendentium, sibi re-
16 motiorum, & per consequens minus dilectorum, ut respondit *eadem Sacr. Rota in dicta Pisana Jurispatronatus 26. Junii 1709. §. Talisque, cor. Eminentiss. Priolo.*

Talisque intellectus mirificè etiam comprobatus remanebat, tum ex alia ditione *ut supra* toties repetita, cujus natura est ostende-
17 re eundem modum, & ordinem succedendi fuisse volitum, & repetitum in ulterioribus vocatis, *ut egregiè de more tradit modernus Asculanus in dec. Senen.34. num.1. 2. & 3. & inquit Rota coram Emerix Jun. dec.1144. & 1229. utrobique num.1.* Tum etiam ex illo altero claro verbo *successivè*, quoad Jus præsentandi descendentibus apposito, quippe istud propria inspecta indole, ejusque significatione semper
18 operatur, ut in successivè vocatis primus gradus excludat secundum ad *Text. in l. Avia in principio ubi gloss. ff. de condit. & demonstrat. Surd. cons.365. num.9. Honded. cons.49. num.19. lib.2. Calderin. cons.19. de Jurepatr. Mart. de clausul. claus.57. num.1. part.3. & Barbos. tract. Var. dict.337. num.1.* & in terminis clausulæ *ordine successivo* tradunt *Bardellon. cons.13. num.10. & 17 Torr. de primogen. Ital. part.1. cap.35. §.16. n.215. Rodulph. allegat.150. num.16. Balducc. rer. judicat. tit.3. dec.6. num.11. relat. in Romana, seu Interamnen. Fideicommissi 2. Martii currentis anni, pendente extensione hujus decisionis promulgata.*

Eoque evidentius pariter id ipsum persacile evadebat, non solùm ex quo ipsemet Fundator rursus ordinando quod ex prædictis descendentibus, & agnatis, tantùm Patroni pro tempore præsentarent ibi -- *volo ut supra, quod dicti Patroni &c. qui pro tempore fuerint, teneantur eligere Capellanum &c.* non omnes eosdem descendentes, & Agnatos eodem tempore, & simultaneè, sed illos dumtaxat, qui gradus prærogativa, ab ipso præscripta, potirentur, invitasse videtur ad actuale exercitium præsentandi, ex vi ejusdem di-
19 ctionis *pro tempore* appositæ Patronis, cum hæc præseferat alios extare vocatos, qui respectu ejusdem actualis exercitii Patroni esse nequibant, quemadmodum ponderant *Barbos. de claus. claus.109. num.2. Mart. eodem tract. claus.137. part.1.* sed etiam ex eo, quod reservatio præscripti Jurispatronatus suffulta apparet verbis, perpetuitatem, ac tractum successivum, & remotissimum importantibus, prout sunt illa -- *Ambrosio, ejusque filiis, & descendentibus masculis &c. ab eo & ab ipsis descendentibus, aliis filiis, & descendentibus masculis &c.* usque in infinitum, pluries repetitis; quibus stantibus non aliter equi- 20
dem filii admittendi sunt, quam de gradu in gradum, & sic haud quaquam cum Patre concurrere valent, cum ipsi hoc in casu ordine successivo semper vocati intelligantur, ut generaliter in terminis Fideicommissi advertunt, & probant *Alciat. in dicta l. Gallus §. Quidem recte ff. de liber. & Posth. Ruin. cons. 139. n.22. lib.3. Soccin. Sen. cons.40. n.2. lib.4. Rocca dicta disput.29. num.10. & seq. Mantic. de conjectur. ult. voluntat. lib.4. tit.8. num.22. aliique relati per Peregrin. de Fideic. art.19. n.7.* & in specie vocationis factæ cum clausula in infinitum, vel in perpetuum tradunt *Fusar. de substit. quæst.476. num.6. Simon. de Pretis de interpret. ultim. volunt. fol.333. Rocc. d. disput.29. num.13. Barz. dec.9. & Rot. cor. Seraph. dec.409. num.11.* & in his expressis terminis Jurispatronatus gentilitii, quod nempè in eo non succedatur in capita; quando 21
in Testamento, vel fundatione adsunt verba tractum temporis importantia probat *Tondut. Quæst. Benefic. quæst.1. cap.32. num.5. & firmavit Rot. in dicta Pisana Jurispatron.26. Junii 1709. §. Eoque fortius, cor. Eminentissimo Priolo.*

Observantia verò clarè emergebat, tam ex facto ipsiusmet fundationis, præcipuè demandantis in prima provisione post erectionem, & donec vixerit Ambrosius, per ipsum tantummodo fieri præsentationem, neglectis cæteris aliis descendentibus, post illius obitum dumtaxat ad præsentandum invitatis, quæ uti derivans ex facto Testatoris, & tanquam proxima fundationi nimium attendenda est; 22
aliasque cunctas antecellit demonstrationes, *ut monet Caren. resol.10. n.3. Rocc. disput.193. num.8. & 9. Panimoll. dicta dec.137. sub n.9. vers. præcipuè si sit proxima fundationi* optimè *R. P. D. meus Ansaldus in adnot. ad dicta decis.52. num.34. & Rota coram Buratt. decis.679. num.13.* quam ex præsentationibus factis in ultimis duobus statibus annorum 1700., & 1708., in quibus prædicti Carolus, & Joannes, non obstante quod filios haberent, in congrua ætate ad præsentandum constitutos, tantùm præsentarunt, & quidem cum expressione se esse filios quondam Jacobi; & sic indicare curaverunt, quod ipsi non erant filii familias, quemadmodum hujusmodi præsentationes ad exclusionem propriorum Filiorum, & cum prædicta expressione non leve præstant argumentum, quod aliàs eis, uti filiis Familias, impedita redderetur præsentatio cum Patre, ita ex illis clarè exclu- 23
ditur natura Jurispatronatus, collectivè, & collegialiter competentis omnibus de Familia, in quo filii præsentant simul cum Patre, juxta distinctionem, de qua *Rot. in d. Pisana Jurispatron. 26. Junii 1709. procedendo coram Eminentissimo Priolo, in Romana Capellaniæ S. Nicolai 17. Martii 1710. §. Applicando, cor. R. P. D. meo Ansaldo*, & pendente extensio-

sione hujus *Decisionis* in puncto dictum fuit in *Nolana Jurisp.* 8. *Junii* 1718. §. *Percurrendo*, *cor. R. P. D. meo Crispo*.

Adeo ut si in ingressu, ac progressu, & signanter in dictis ultimis statibus, patens undique redditur eadem observantia explendi præsentationes in stirpes, ac juxta gradus prærogativam, & agitur ulterius de Jurepatronatus fundato *post Clement. Plures de Jurep.* haud dubium esse queat, quod omnes quoque Doctores, & resolutiones contrariam sectantes sententiam, conveniant in eo, quod ab hujusmodi opinione militante pro exclusione simultanei
24 concursus Patris, & filiorum, non sit recedendum, omnisque removeatur, si quæ superesset, difficultas circa hujusmodi fundationis verborum intelligentiam, ut videre est *apud Card. de Luc. de Jurepatr. dicto disc.*33. *numer.*10. *Lotter. de Re Benefic. lib.*2. *dicta quæst.*21. *num.*125. *Carol. Anton. De Luc. de lin. legali lib.*1. *art.*23. *num.*15. §. *In ista quæst. R.P.D. Ansald. in addit. ad dictam dec.*52. *num.*31. 34. *& seq. Rot. in dicta Florentina de Ricasolis* 10. *Martii* 1603. *in princ. &* 11. *Februarii* 1604. §. *Non obstat quantum impress. pœnes Vivian. de Jurepatr. lib.*4. *cap.*1. *sub num.*71. *in dicta Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Eoque fortiùs, cor. Reverendiss. D. meo Decano, & discusso articulo decisum fuit in dicta Pisana Jurisp.* 26. *Junii* 1709. *dicto* §. *Hanc denique in fin. coram Eminentiss. Priolo*.

Haud quaquam obsistente, quod talis observantia attendenda non sit, utpote quia vacua ostendatur illis requisitis, necessariis ad inducendam præscriptionem in actibus facultativis, quod nempe occurrentibus vacationibus
25 extiterint filii familias habiles, & capaces ad præsentandum, quodque etiam notitiam habuerint de prædictis vacationibus, & præsentare volentes judicialiter, ac in contradictorio Judicio repulsi fuerint à Jure præsentandi, ut tradit *Vivian. de Jurepatron. lib.*4. *cap.*9. *numer.*25. *& dixit Rota post eum dec.*30. *num.*8. *in rec. dec.*220. *num.*25. *& seqq. part.*11. *& dec.*82. *num.*4. *& seq. part.*19. Etenim hujusmodi objectio nullius ponderis apparuit ex illa evidenti ratione, quia ubi deficit, prout in casu, lex fundationis, filiis familias expressè tribuens facultatem præsentandi, nulla requiritur præscriptio pro eorum exclusione à Jure
26 præsentandi; nam contraria observantia in his terminis non ad actum facultativum, sed ad agnitionem proprii mali Juris referenda esse videtur, cum inverisimile sit, quod ipsi Jus sum negligere voluerint, nisi res ita se haberet, *ut respondit Rota in Pampilonen. Jurispatr.* 19. *Januarii* 1703. §. *Quæ omnia, cor. Eminentiss. Scotto & in Cremonen. Beneficii* 14. *Maji* 1705. §. *Tanto facilius, cor. Reverendiss. Kaunitz Episcopo Labacen.*

Ac proinde cum hic non agatur de observantia præscriptiva contra habentem Juris assistentiam, aut fundatoris dispositionem claram, quo in casu procedunt Auctoritates in
27 oppositum allegatæ, sed de interpretativa Fundatoris voluntate, aliàs ex se perspicuæ erga eundem ordinem successivum, vel saltem dubiæ, superabundat utique simplex casus, vel nudum factum absque prædictis requisitis, ut in puncto ait *Grat. discept. foren. cap.*521. *n.*26. *vers. quid in familia observatum fuerit*, & firmavit *Rot. apud Vivian. de Jurepatr. dec.*139. *num.*12. *vers. absque eo quod concurrant requisita ad præscriptionem & n.*19. *cor. Buratt. decis.*183. *num.*18. *vers. quia attendi debet sola observantia ex simplici usu dec.*647. *num.*11. *& dec.*679. *n.*9. *& in dicta Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Nec ad eludendum &* 15. *Februarii* 1700. §. *Hinc, coram Reverendiss. Molines Decano*, quinimmo sufficit etiam 28
unicus actus, ut dixit *Rota coram Buratt. dicta dec.*647. *num.*12. *vers. etiam unicum actum & dicta dec.*679. *num.*9. *coram Pœnia dec.*265. *num.*6. *&* 7. *& in dicta Floren. de Ricasolis pœnes Vivian. de Jurep. lib.*4. *cap.*1. *sub n.*71. §. *Non obstat vers. & ideo sufficeret etiam unicus actus, & post eundem Vivian. dicta decis.*139. *num.*14. *& seq.* etiamsi in negativa consisteret, aut sit remotus, cum satis esse vi- 29
deatur, quod in omnibus aliis vacationibus non doceatur filios familias unquam præsentasse, ut probat *Modern. Roman. in ultima sua discept. Eccles. n.*3. §. *Non obstat vers. dum in omnibus & monet Rota post Vivian. de Jurep. dicta dec.*139. *& cor. Buratt. dict. dec.*679. *utrobique num.*14. præsertim quoties, ut in præsenti, iidem actus negativi, comprobantes hujusmodi observantiam, sunt qualificati, 30
& proveniunt ex proprio facto ipsiusmet Josephi oppositoris, qui in dictis ultimis statibus tanquam filius familias minime præsentationem facere curavit, cum tunc eo magis ipse impugnare nequeat observantiam illam, quam in semetipso adhibuit, ut respondit *Rota decis.*239. *num.*18. *part.*17. *rec. & in dicta Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Rursus &* 15. *Februarii* 1700. §. *Absque, cor. Reverendiss. D. Molines Decano*.

Ex quibus omnibus apertè undique cum pateat, in hujusmodi Jurepatronatus non aliter faciendas esse præsentationes, quam in stirpes, & juxta ordinem Fideicommissariæ Successionis, non inde obicem præstare poterat, quod in geminis prædictis novissimis statibus, Carolus dumtaxat, & Joannes præsentaverint, nam huic objectioni duplex, & æque valida protinus occurrere videbatur responsio, altera nimirum promanabat ex eo, quod in tali Jurepatronatus de sui natura individuo, eodemque jure ad plures spectante, eo ipso quod non apparet, ipsos hasce emisisse præsentationes privativè, & animo spoliandi Franciscum eorum ex fratre nepotem, & compatronum sua quasi possessione, nullum ei certè præjudicium ab ipsis inferri potuit, cum 31
hoc casu semper præsentatio unius Compatroni Jus, & alterius possessionem conservet, ut monet *Innocent. in cap. Querelam n.*3. *de elect. & Feder. de Sen. cons.*102. *sub num.*3. *& sub num.*1. *Abbas cons.*54. *sub num.*3. *lib.*1. *Lotter. de Re Benef. lib.*2. *quæst.*11. *num.*15. *Card. de Luc. de Jurepat. in Summ. num.*133. §. *Idemque Rot. cor. Arguell. dec.*115. *num.*8. *&* 9. *coram Priolo dec.*46. *num.*25. *in Sorana Jurisp.* 22. *Januarii* 1712. §. *Ita dictante &* 24. *Novembris* 1713. §. *Ad infringendam, cor. R. P. D. meo Falconerio, & in Salernitana Jurisp.* 11. *Martii* 1715. §. *Hac igitur in fin.*

cor.

cor. eod. confirmata 13. Currentis mensis, cor. R. P. D. meo Crispo. Altera verò ex illa assurgebat animadversione, quod negligentia præsentandi in una, vel altera vacatione evenire potuit ex ignorantia vacationis, seu per-
32 tinentiæ ob minorem tunc ejusdem Francisci ætatem, ejusque Patris deficientiam, quæ utique ipsi præjudicare nequivit in aliis futuris vacationibus, & sic in ista, de qua agitur, ad tradita per *Federic. de Sen. consil.112. in ultimo dubio, Abbatem d. consil.54. num.3. post med. vers. nam ubicumque lib.1. in recen. decis.273. num.15. part.13. & in Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. §. Non subsistit & §. Non juvat repetere, cor. bon. mem. Jacometto.*

Et ita utraque parte fortiter informante resolutum fuit.

MOTIVUM.

In

Piscien, seu Nullius *Capitul. Odoardus*, sive Congruæ.

Die 5. Julii 1712.

ARGUMENTUM.

Post absolutoriam ab observatione Judicii, potest Clericus, in alio Judicio à Creditore conventus, Beneficium *Capitul. Odoardus* petere, etiam non refectis expensis. Non valet renunciatio hujusmodi Beneficio etiam cum Juramento. Pinguiùs consulitur Clericis per assignationem Congruæ Parochialis, quàm ope dicti *Capituli Odoardus* : & quomodo Congruæ taxatio fieri debeat.

SUMMARIUM.

1 *Reo ab observatione Judicii absoluto, non potest Actor iterum agere, nisi refectis expensis.*
2 *Beneficium* Cap. Odoardus, *semel denegatum, potest, nova superveniente causa, denuo expostulari, etiam non refectis expensis; maximè si excipiendo deducatur*, & num.5.
3 *Perempta Instantia, non impeditur Clericus hujusmodi Beneficium deducere.*
4 *Absolutoria ab observatione Judicii cum Instantiæ peremptione fraternizat.*
6 *Actor perjurus, est à limine Judicii repellendus.*
7 *Licèt agatur de contractu, enormissimè læsivo, & quare.*
8 *Renunciatio* Cap. Odoardus *non validatur Juramento.*
9 *Ita ut neque opus sit, relaxationem ejusdem Jusjurandi obtinere.*
10 *Idque regulare est in quolibet Juramento, ad validandam obligationem, quæ bonis moribus, Canonum censuræ, vel publicæ utilitati adversetur, apposito, & de ratione*, & n.11.
12 *Clericus, conventus tanquam hæres alterius, non gaudet Beneficio* Cap. Odoardus.
13 *Hæres cum Beneficio Inventarii, non docens de illius confectione, legitimè facta, dicitur esse in dolo, ac Bona hæreditaria occultasse præsumitur.*
14 *Et ex hac doli præsumptione Clericus repellendus est à Beneficio* Cap. Odoardus.
15 *Inventarium ritè, & rectè factum non prodest, nisi ratio reddatur Bonorum, in Inventario descriptorum.*
16 *Heres cum Beneficio Inventarii conveniendus est actione tantùm reali.*
17 *Clericus, conventus actione reali, Beneficio* d. Cap. Odoardus *non fruitur.*
18 *An, & quando fructus Beneficii adjudicari possint Creditoribus Beneficiati*, & seqq.
21 *Clerici habent verum dominium suorum Beneficiorum.*
23 *Parocho remanere semper debet Congrua Parochialis.*
24 *Quæ summa assignanda sit Clericis vigore* Cap. Odoardus, & seqq.
25 *An cum iisdem regulis procedendum sit in taxatione Congruæ Parochialis.*
26 *Conciliare Decretum, statuens Parochiales Ecclesias, quæ summam ducatorum centum non excedunt, Pensionibus, aut reservationibus fructuum non esse gravandas, non extenditur ad casum assignationis eorundem fructuum, Creditoribus temporaliter faciendæ.*
27 *In erectione nova Parochiæ potest Episcopus Parocho assignare summam, minorem centum ducatis.*
28 *Quæ sit differentia inter casum reservationis Pensionis, & adjudicationis partis fructuum Creditoribus Parochi*, & num.29.
30 *Quæ spectari debeant in constituenda Congrua Parocho obærato.*
31 *Congrua Vicariis perpetuis in qua quantitate debeatur.*
32 *In assignatione Congruæ Parochialis, Regionis usui plurimum defertur.*
33 *Declaratur* Clericat. de Benef. disc.34.
34 *In taxanda qualitate Congruæ an possint, & debeant æstimari emolumenta Parochialia Funerum, & similium*, & n.35.

DECISIO LVII.

Confirmandam censui Sententiam Domini mei de Ciampellis unius ex Auditoribus Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ Floren., juxta quam Reverendus Dominus Antonius de Guasparinis Rector Parochialis Ecclesiæ SS. Bartholomæi, & Andreæ de Monte ad Pisciam, exclusus fuit à Beneficio, Clericali Ordini concesso, à vulgato *Text. in cap. Odoardus, de solut.* per eum intentato, ad se eximendum à solutione debiti, quod tanquam hæres R. D. Mariotti de Bucciantinis, habebat cum Domino J.U.D. Jacobo, & Fratribus de Pagnis.

Licèt enim duæ exceptiones, quæ pro parte eorundem DD. de Pagnis oppositæ fuerunt ad repellendum R. D. de Guasparinis à limine Judicii corruere visæ fuerint, nimirum exceptio rei judicatæ Reverendissimi Ordina-

narii Piscien. de anno 1690. dictum Benefi-
cium *cap. Odoardus* denegantis, ac altera per-
jurii, nihilominus ex infra deducendis consti-
tit, suffragari non potuisse eidem D. de Guas-
parinis ejusdem *cap. Odoardus* dispositionem.

Quatenus enim pertinet ad primam ex op-
positis exceptionibus, quamvis indubitati ju-
ris sit, quod, reo ab Judicii observatione
1 absoluto, non possit Actor iterum agere, nisi
refectis expensis ad *Text. in l. Properandum*
§. Et si quidem Cod. de Judic. cui consonat
Text. in cap. examinata eodem tit. Marant. in
specul. aur. part.5. num.49. & 52., animad-
verti, quod D. de Guasparinis, contra quem
de dicto anno 1690. emanavit Sententia fa-
vore DD. de Pagnis, absolutoria ab obser-
vatione Judicii, in quo à dicto D. de Guas-
parinis intentatum fuerat idem Beneficium
cap. Odoardus, in præsenti casu reputari de-
bet reus, non actor, tanquam denuo conven-
tus in alio Judicio ad debiti solutionem à
DD. de Pagnis; Et cum alioquin extra con-
troversiam hoc Beneficium *cap. Odoardus*, li-
2 cèt denegatum, nova superveniente causa,
denuo expostulari possit, ut in eodem *cap.*
Odoardus docuit insignis Canonista *Fagnan.*
num.67. venit in sequelam, quod etiam non
refectis expensis, licitum fuit, maximè exci-
piendo, hujusmodi Beneficium deducere, quia,
sicuti perempta instantia, non impeditur Cle-
3 ricus illud iterum proponere ex animadver-
sis per eundem *Fagnan. loc. proximè cit.*
ita pariter impediri non debet in casu sen-
tentiæ absolutoriæ ab observatione Judicii,
4 quæ cum Instantiæ peremptione fraternizat
Marant. d. part.5. num.49. nè Clericus, non
valens expensas reficere, hoc privilegio, Or-
5 dini Ecclesiastico concesso, indirectè privetur,
ut ad rem *Fagnan. in cap. Cum non ab homi-*
ne, num.65. de Judic. Rot. inter impress. post
Consil. Farinacc. dec.241.

Quatenus verò spectabat ad alteram exce-
ptionem perjurii, deductam ex eo, quod
R. D. de Guasparinis in Apoca, qua se reco-
gnoverat debitorem dictorum DD. de Pagnis,
promiserat cum jurejurando, se dicto privi-
legio non usurum, ac postea, non obtenta
absolutione, illud in Judicio deduxerat,
quo casu perjurii reatum, à limine Judicii
repellentem, Actorem incurrere non est du-
6 bium, juxta *Text. in cap.1.* ibique Canonistæ
de jurejurand. Afflict. dec.220 num.17. Altò-
grad. consil.46. num.6. lib.1. Rot. cor. Coccin.
decis.268. num.5., licèt in Contractu læsio
7 enormissima intervenisset, cum nemo propria
auctoritate sui Juramenti Judex esse valeat,
juxta notata per *Abbat. in cap. cum causam*,
num.13. de jurejurand. Bald. cons.11. numer.1.
lib.4. Marescott. Var. Resol. cap.84. n.1. lib.2.
Rot. cor. Coccin. dec.265. num.4.; eandem ex-
ceptionem ruere putavi, quia juxta verio-
rem, & communiter receptam Sententiam,
8 nequaquam valet Juramentum ad validan-
dam renunciationem Beneficio *cap. Odoardus*
argumento *Text. in cap. si diligenti, de for. com-*
peten. Fagnan. in d. cap. Odoard. num.64. &
seqq. ibidemque Barbos. num.24. Thesaur. de-
cis.36. n.4. Maceraten. resol.41. n.6.

Etenim, cum renunciatio hujusmodi Bene-
ficio *cap. Odoardus* sit contra bonos mores,
ex quo opponitur Sacrorum Canonum san-
ctioni, quæ decoris Sacri Ordinis Clericalis
prospiciens, noluit, Clericos in illius dedecus,
& opprobrium, ad mendicandum victum, fo-
re compellendos, ut monent mox præcitati
Doctores, nequaquam oportuit adjecti vin- 9
culi jurisjurandi relaxationem obtinere *Co-*
varruv. Var. Resol. lib.2. cap.1. num.9. Rot. co-
ram Buratt. dec.97. num.3. & in rec. dec.27.
part.15. ut etiam regulare est in quolibet ju-
rejurando, quod ad validandam aliquam obli-
gationem, quæ vel sit contra bonos mores,
aut Canonum censuram, vel publicæ utilita-
ti adversetur, fuerit appositum, cum in his 10
casibus nulla opus sit ipsius jusjurandi abso-
lutione *ad Text. in cap. si diligenti, de for.*
compet., & l. Jus publicum, ibique Bartol. ff.
de pact. Suarez de Relig. lib.2. cap.2. & seq. &
cap.26. Rot. dec.702. num.17. part.4. tom.3. &
dec.262. num.10. & 27. part.9. rec. patenti id
suadente ratione, quia in hujusmodi casibus
nulla potest reputari apud Deum contracta
obligatio, qui majestate numinis sui iniquas
hominum fraudes non corroborat, sed eas 11
odio prosequens detestatur, & evertit *D.*
Thom. 2. 2. quæst.88. art.2. & quæst.88. art.7.
Suarez ubi supra cap.23. n.1. Urceol. consul.98.
num.34. & seq. vol.2. Rot. dec.702. n.17. part.4.
tom.3. rec.

Sublatis autem præmissis difficultatibus, ad-
huc visum fuit, R. D. de Guasparinis repe-
riri in casu succumbentiæ cum exclusione à
Beneficio sæpecitati *Text. in cap. Odoard.* Sa-
nè in hoc Judicio ipse convenitur non ex de-
bito à se contracto, sed tanquam hæres Do-
mini de Bocciantinis, hoc enim casu non suf- 12
fragari Clerico prædictum Beneficium, unani-
miter firmant *Barbos. de Jur. Eccles. lib.2. cap.39.*
§.6. num.32. & in Collect. ad eundem Text.
num.19. Squillan. de privil. Cleric. cap.10. nu-
mer.43. Ricc. in Prax. post resol.255. in adnot.
n.2. Thom. Trivisan. dec.8. part.1.

Haud relevante, quod idem Dominus de
Guasparinis sit hæres cum Beneficio Inventa-
rii, tum quia de legitimo Inventario non
docuit, ideoque in dolo esse, ac Bona 13
hæreditaria occultasse præsumitur *§. Sancimus,*
& §. Si verò Auth. de hæred. & Falcid. Ma-
scard. de Probat. conf.852. vol.2. de Franch.
dec.536. Rot. dec.142. num.10. part.14. recen.
ex qua doli præsumptione repellendum es- 14
se Clericum ab eodem Beneficio docuerunt
Fagnan. in eodem cap. Odoard. num.44. Mace-
raten. dec.41. n.1. Rot. divers. dec.841. part.3.
& cor. Royas dec.475. num.1. Tum quia, con-
ventus usque de anno 1690. coram Reveren-
dissimo Domino Ordinario Piscien., rationem
non reddidit Bonorum in Inventario descri-
ptorum, ac proinde etiam Inventarium ritè, 15
& rectè factum eidem prodesse non valuit
Bartol. in l. final. C. de Jur. deliberand. Gra-
tian. discept. for. cap.981. num.27. Rot. coram
Merlin. dec.721. n.1. & seqq. & in rec. dec.31.
num.3. part.13.

Quinimmo etiamsi rationem rerum hæredi-
tariarum legitimè reddidisset, adhuc extra-
nea fuisset prædicti Beneficii *cap. Odoardus*
expostulatio, quia in hoc casu Clericus tan-
tum

16 tummodo actione reali contra bona, in inven-
tario descripta, est conveniendus, juxta tradi-
ta per *Rot. cor. Merlin. dict. dec.*721.*n.*1. *&* 2.
*& in rec. dec.*28. *n.*5. *& dec.*143. *n.*4. *part.*14.
rec. Cum verò actione reali Clericus conve-
17 nitur, hujusmodi Beneficio frui non posse,
monuerunt *Aretin. in* §. *Item si de Dote col.*1.
*versic. in ea glossa in fin. Instit. de action. Ca-
rol. de Grass. de effect. Clerical. effect.*7. *nu-
mer.*62. *Ricc. in Prax. resolut.*255. *in adnot.
num.*2. *Squillan. de privil. Cleric. cap.*10. *nu-
mer.*25.

His ita discussis, acrior emersit controver-
sia circa modum committendæ executionis
contra eundem Dominum de Guasparinis,
qui nulla bona patrimonialia, sed tantummodo
Beneficium Parochiale possidere, in confesso
erat apud Partes; an scilicet, & quomodo
in prædicti Parochialis Beneficii fructibus exe-
cutio concedenda foret. Unde assumpta hu-
jus quæstionis disceptatione, licet eosdem
18 fructus Creditoribus adjudicari non debere
videretur per *Text. in cap. pervenit de Ar-
bitr. ibique Abb. num.*2. nihilominus apparuit
illam adjudicationem fructuum Beneficii à
Sacris Canonibus improbatam non esse, per
quam non in perpetuum, quod alienationis
speciem redoleret, sed ad tempus fructus Be-
19 neficii, sive illorum pars Creditoribus adjudi-
catur, ut distinguendo docent *Barbos. de
Jur. Eccles. cap.*17. *num.*42. *D. Miglioruce. in
Instit. Canon. lib.*2. *tit.*30. *num.*28. unde in
defectum aliorum Bonorum posse in causam
20 judicati temporaliter Creditoribus, Beneficii
fructus adjudicari, evincitur ex *Text. in cap.
pervenit ibique Gloss. in V. Creditoribus*, *&
Abb. num.*10. *de Fidejuss. & Barbos. in col-
lect. ad eund. Text. Lotter. de Re Benefic.
lib.*4. *quæst.*24. *num.*25. *& quæst.*38. *n.*24. *Rot.
dec.*470. *num.*2. *& seq. cor. Rembold. dec.*102.
*num.*18. *post Consil Farinacc. & dec.*998. *n. unic.
part.*3. *divers.*

Hujusmodi siquidem fructuum Beneficiorum
21 Clerici verum dominium nacti sunt post di-
visionem, quæ Dionisio Papæ communiter
tribuitur, ut docent *D. Thom.*2. 2. *quæst.*185.
*art.*7. *& opusc.*6. *art.*12. & plenè examinato
articulo, & rejectis contrariis *Gonzalez in
cap. cum in Officiis, de Testam. Fagnan. repro-
bat. Navarr. in cap. si qui sanè, num.*2. *&
seq. de privileg. Cleric. Barbos. de Offic. &
Potest. Episc. allegat.*114. *num.*5. §. *Hinc col-
ligitur part.*3. *De Luc. de Benefic. disc.*81. *nu-
mer.*12. *in fin.* ac proinde nullum est incon-
veniens, ut in iis, tanquam propriis ipsius
22 Clerici, justitia impellente, ut Creditoribus
satisfiat, demandari possit executio arg. *Text.
in l. si debitor ff. de V. signific. Sperell. de-
cis.*107. *num.*26. *& seqq. tom.*2.

Descendendo verò ad modum servandum
in casu, quo agebatur, adjudicationis facien-
dæ fructuum prædictæ Parochialis, qui fir-
mati fuerunt in summa scutorum 105., con-
tendebat Dominus de Guasparinis, nullate-
nus posse fieri eandem adjudicationem favo-
re DD. de Pagnis, eo quia prædicti reddi-
23 tus vix æquabant Congruam Parochialem,
quam semper Parocho esse relinquendam do-
cet *Text. in cap. Extirpandæ*, *& cap. de Mo-
nachis, de Præb. & cap.*1. *eod. tit. in* 6. *Rota
cor. Mantic. dec.*269. *num.*3. *& in rec. dec.*449.
*num.*23. *part.*2. *& dec.*342. *part.*14. *rec.*

Per Congruæ siquidem Parochialis assigna-
tionem magis consultum est Clericis, quàm
per Beneficium *d. cap. Odoardus*, juxta quod
tenui, & ad mensuram necessitatis, ejusdem 24
Clerici victui tantummodo providetur *Fagn.
in d. cap. Odoardus num.*31. *Rot. cor. Seraph.
dec.*173. *& dec.*998. *part.*3. *divers. & in rec.
dec.*207. *part.*15. *n.*14. Unde relinqui debere
tantummodo scuta viginti quinque, tradunt
*Ricc. in Prax. resol.*555. *num.*3. *Rot. dec.*207.
*n.*14. *part.*15. *rec.* licet non sit adeo refræna-
tum Judicis arbitrium, ut pro locorum, ac
personarum conditione major summa eidem
Clerico reservari valeat, ut observat *De Luc.
de Credit. disc.*120. *num.*10. & dixit etiam
*Rot. in dict. dec.*998. *part.*3. *divers.*; Cum
Parocho verò non ita agendum est, non enim
convenit, adeo egestate premi, ut cum Ani- 25
marum sibi concreditarum dispendio de sua
sustentatione sit solicitus, quemadmodum
observat *Castapn. de privil. deduct. ne egeat,
De Luc. de Pens. disc.*17. *num.*10. *& seqq.
Rot. cor. Seraphin. dec.*173. *num.*6.

Verùm fundamentum, quo nitebatur pro
excludendis DD. de Pagnis à petita adjudi-
catione partis fructuum dictæ Parochialis,
eductum ex dispositione *Sacrosancti Concilii
Tridentini in cap.*13. *sess.*24. *de reform.* in quo
statuitur, Parochiales Ecclesias, quæ summam
ducatorom centum non excedunt, Pensionibus,
aut reservationibus fructuum non esse gravan-
das, nequaquam subsistere visum fuit, quia *Con-
cilium* loquens de Pensionibus, aut reservationi-
bus fructuum, non potest extendi ad casum, de 26
quo agimus, adjudicandi temporaliter Credito-
ribus partem eorundem fructuum *Barbos. ibid.
n.... Panimoll. in adnot.*2. *ad dec.*15. *num.*17.
*Rot. dec.*596. *num.*6. *part.*4. *tom.*1. *rec.* Quod
utique clara confirmatur ratione, quia si Con-
cilium statuisset Congruam Parochialem in di-
cta summa Ducatorum centum, nequaquam
licitum foret in novæ Parochiæ erectione
minorem summam Parocho assignare; & alio-
quin indubiè Episcopum suo arbitratu illam
constituere posse infra summam dictorum duca- 27
torum centum, dummodo alimentis necessariis
congruat, firmant *Panimoll. d. adnot.*2. *n.*12.
*Rot. dec.*596. *num.*6. *part.*4. *tom.*1. ubi refer-
tur exemplum D. Caroli, *& dec.*246. *n.*11.
*part.*8. *rec.*

Magna verò diversitas intercedit inter ca-
sum reservationis Pensionis, & adjudicationis
partis fructuum Creditoribus Parochi; nam 28
in prima agitur de imponendo onere reali ipsi
Beneficio ad vitam reservatarii *Roman. consl.*388.
*num.*9. *De Luc. de Pens. disc.*23. *num.*2. *Crescent.
dec.*3. *num.*2. *tit. de solut. Rot. dec.*407. *num.*2.
*part.*3. *recent.* In altero verò de simplici as-
signatione temporali ad favorem dictorum Cre-
ditorum, qui tanquam legales Parochi ad- 29
ministratores, ipsius nomine fructus percipiunt,
ad hoc ut ex debitis, quibus prægravatur,
sine magno ejus incommodo liberetur *De
Luc. de Pens. d. disc.*23. *num.*4.

Ex his firmata inapplicabilitate censuræ
Sacri Concilii, quodque denegari non pote-
rat

rat adjudicatio partis fructuum dictæ Parochialis DD. de Pagnis, remansit inquirendum, in qua summa reservanda esset Congrua Parochialis pro dicto Domino de Guasparinis.

30 Et cum hujusmodi Congruæ taxatio dependeat ab arbitrio Judicis, pensatis personarum, loci, & Ecclesiæ circumstantiis, censui, eandem Congruam constituendam esse in quantitate scutorum quinquaginta, & aliorum decem pro Ecclesiæ manutentione, reliquos verò fructus assignandos prædictis Dominis de Pagnis. Etenim pro Congrua alimentari Parochi, indubiè sufficiens reputari debet summa scutorum quinquaginta, cum in

31 eadem quantitate constituta fuerit à *s. m. Pio V. constit.*47. pro Vicariis perpetuis, quorum officium, atque munus idem est, ac Parochorum Titularium, & ad vitam Jure proprio Parochiam administrant *Panimol. adnot.*2. *ad dec.* 15. *num.*10. *Rot. dec.*449. *num.*7. *part.*2. *recent.* attento maximè regionis usu, juxta quem quamplurimæ ex Ecclesiis Parochialibus, quæ in titulum conferuntur, inferioris redditus

32 existunt, cui plurimum in hac materia esse deferendum, notat *Abb. in cap. ut quisquam, num.*1. *vers. & dicit Paulus de vit. & honest. Cleric. Rot. dec.*354. *n.*12. *cor. Buratt.*

Neque vis fieri potuit in auctoritate, quæ

33 pro punctuali in contrarium afferebatur, *Clericat. de Benefic. disc.*54. præsertim sub *n.*29. qui censuit Parocho ære alieno gravato esse reservandam Congruam in summa ducatorum centum, quia quicquid sit de veritate ejus opinionis, quæ fundatur in auctoritatibus præsertim *Barbos. de Offic. Paroch. cap.*29. *n.*17. & *Rot. coram Cerr. dec.*18. *num.*6. qui loquuntur in terminis Pensionis, certum est, quod cum Congrua Parochialis reservanda sit, ut supra diximus, consideratis qualitatibus loci, personæ, & Ecclesiæ, alia Congrua statuenda erat pro Parocho Civitatis Paduæ, alia verò pro Domino de Guasparinis Parocho Ecclesiæ suburbanæ Pisciæ, pro cujus sustentatione minor summa indubiè sufficiens reputari debuit.

His denique accedit, quod ultra dictam Congruam scutorum quinquaginta, Domino de Guasparinis remanserunt etiam emolumenta

34 Parochialia funerum, & similium, quæ quamvis incerta sint, & juxta incertorum naturam non viderentur in Congruam reputanda juxta doctrinam *Ancharan. in Clement. unic. n.*4. *de concess. Præbend.* cum concordantibus *Lotter. de Re Benef. lib.*1. *quæst.*42. *n.*63. *Buratt. dec.*354. Attamen cum habeant certitudinem quoad exi-

35 stentiam, & Jure Parochi percipiantur, possunt, ac debent illa etiam æstimari in Congruæ quantitate taxanda, ut benè distinguit *Rot. in Marianen. Pensionis* 16. *Junii* 1625. *coram Pirovan. De Luc. de Benefic. disc.*90. *numer.*70.

Et ita Partibus acerrimè informantibus, resolutum fuit.

Jo: Jacobus Scarfantoni Jud. Delegatus Apostolicus, & Canonicus Cathedralis Pistorien.

Pistorien. Annuarum Præstationum.

VOTUM.

Inter Illustrissimos DD. Operarios

S. JACOBI APOSTOLI,

ET RR. MONIALES

S. MARIÆ GRATIARUM

VULGO DEL LETTO.

Jov. 8. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

Obligatio ex certa, & determinata causa facta, cessat, cessante ipsa causa, ac proinde cessante paupertate Monasterii, pro cujus sustentatione facta fuit obligatio, non tenetur ulterius is, qui pro eadem se obligavit; maxime si obligatio fuit facta provisionaliter, & non absolutè. Centenaria non operatur, quando constat de principio, quodque observantia subsecuta ab eo originem duxit. Universitas non obligatur ex facto particularium Personarum ipsius universitatis, sed oportet, ut insimul congregata actum approbaverit. Arbitrorum potestas ad quid extendatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*
2 *Cessante fine, & causa obligationis cessat ipsa obligatio.*
3 *Obligatio facta ex causa paupertatis, evanescit cessante paupertate.*
4 *Obligatio alimentorum cessat, quoties is, qui ea recipere debet, aliunde habeat, unde se alat.*
5 *Assignatio facta Clerico promovendo ad Sacros Ordines, diminuitur pro rata acquisitionum factarum post ipsam assignationem.*
6 *Eadem ratio, quæ militat de toto ad totum, militat de parte ad partem.*
7 *Non præsumitur, quod se obligans ad alimenta ex causa paupertatis, voluerit se obligare, ea cessante.*
8 *Centenaria tribuit possidenti meliorem titulum de Mundo.*
9 *Limita in casu, quo centenaria ortum duxit à titulo provisionali, à quo ipsa non potest disjungi.*
10 *Præsumptio alterius tituli cessat, quoties observantia est univoca juxta antiquum titulum, qui producitur.*
11 *Centenaria, aut immemorabilis, tanquam præsumptioni innixæ, cedunt titulo expresso, qui producit in possessore malam fidem.*
12 *Centenaria non operatur, si constet de privilegio, sive titulo invalido,* & n.13. & 14.
15 *Item si casus utendi antiquo titulo non advenerit, quia tunc non dicitur concurrere negligentia non utentis, in quo fundatur centenaria.*

16 Non

16 *Non valenti agere non currit præscriptio.*
17 *Actus gesti ab aliquibus de Universitate, non præjudicant ipsi Universitati.*
18 *Universitas non censetur approbasse factum, licet longo tempore continuatum, si hoc non fecerit cum expresso consensu præstito, dum est legitimè congregata.*
19 *Civitas læsa restituitur in integrum, & minoris jure gaudet.*
20 *Arbitri potestas limitatur à compromisso, cujus limites transgrediendo nulliter agit.*
21 *Arbiter potest declarare super accessoriis, & dependentibus.*
22 *Narrativa facta in compromisso non est attendenda, sed pars dispositiva.*
23 *Arbiter quando censeatur etiam Arbitrator, & amicabilis compositor.*
24 *Arbitrator potest ex bono, & æquo differentiam componere, etiam excedendo aliqualiter terminos compromissi.*
25 *Item decernere circa cohærentia, & accessoria, expressa in compromisso.*

DECISIO LVIII.

1 SAN. *mem. Clemens VII.* per suas Literas Apostolicas de anno 1526. ad preces Communis Pistorii univit Operæ S. Jacobi Apostoli dictæ Civitatis, quoddam Hospitale SS. Jacobi, & Laurentii, una cum Oratorio, sive Ecclesia S. Mariæ nuncupatæ Gratiarum, cui antea piissimus Eques Petrus de Forteguerris, pro honore, & decore ipsius Ecclesiæ, insigne legatum reliquerat, ut ex ejus Testamento de anno 1481. ea lege per ipsum Summum Pontificem adjecta, ut supportatis hospitalitatis, aliisque per eundem Equitem Petrum injunctis oneribus, reliquum in Monasterii erectionem, ac Monialium, quæ apud idem Oratorium degere debebant, manutentionem convertere, & si quid superfuisset, in eleemosynis, aliisque Piis Operibus expendere teneretur.

Constructo autem prædicto Monasterio, & Monialibus in illud introductis, Generale Consilium dictæ Civitatis de anno 1527. solemni Deliberatione applicavit pro victu, & vestitu, aliisque oportunis dictarum Monialium, sub gubernio temporali DD. Operariorum remanentium, amore Dei, & titulo eleemosynæ usumfructum omnium Bonorum dicti Hospitalis per decennium inde futurum, injuncta per idem tempus satisfactione omnium onerum ejusdem Hospitalis, & signanter relictorum ab eodem Equite Petro de Forteguerris, prædictæ Operæ S. Jacobi, ac subinde prædicta Communitas, volens firmiter providere futuræ dicti Monasterii manutentioni, eidem assignavit Libras 15. m. extrahendas à gabellis Portarum dictæ Civitatis, per Operam prædictam in emptionem stabilium ad favorem memorati Monasterii convertendas.

Verùm, immutato paulo post Civitatis statu, ac facto Principis adempta publicorum reddituum administratione à Civibus, & proinde sublato effectu dictæ assignationis Librarum 15. m. idem Generale Consilium de anno 1549. prorogavit Deliberationem, ut supra factam, super applicatione omnium reddituum Hospitalis ad aliud quinquennium, quæ subinde aliis vicibus continuata fuit. Ac denique de anno 1565. pro subveniendo indigentiis earundem Monialium, quibus ad id tempus sufficienter provisum non fuerat, ad Principis beneplacitum eis assignavit usumfructum dictorum Bonorum Hospitalis, remanente apud Operam prædictam omnium prænarratorum onerum implemento.

Cum autem modernis temporibus nimis gravis videretur prædictis DD. Operariis omnium dictorum onerum supportatio, maximè quia eadem Opera, præterlapsis annis, quibus Civitas penuria laborabat, pro occurrendo Pauperum indigentiis sese ære alieno sub usuris prægravaverat, & alioquin Moniales prædictæ propter novas bonorum accessiones, præcipuè verò propter Unionem alterius Monasterii S. Mariæ de Ripalta earum Monasterio factam, non solùm in optimo statu œconomico reperiebantur, sed notabiliter redditus excedebant expensas manutentionis Monialium, prout constabat ex statu Monasterii confecto occasione electionis novæ Abbatissæ, & in actis Curiæ Episcopalis existente, censuerunt DD. Operarii, esse locum moderationi assumptorum onerum, quibus commodè eædem Moniales propriis redditibus supplere poterant. Quare unanimi consensu ad parcendum sumptibus litis, tam prædicti Operarii cum auctoritate Clarissimi Consilii Practicæ Secretæ S. R. C., quàm ipsæ Moniales, approbante Illustrissimo, & Reverendissimo Ordinario Pistoriensi, exortas controversias in Nos, tanquam communes Arbitros, cum plena facultate easdem decidendi summariè, & extrajudicialiter, sola facti veritate inspecta, compromiserunt. Et assumpto per nos earundem controversiarum examine, decernere placuit, suprascriptam Operam, attento bono statu œconomico prædicti Monasterii, non teneri in futurum ad infrascriptas annuas præstationes, nempe sextariorum sexdecim frumenti pro salario Confessarii, sextariorum decem similium pro mercede Medici, & trium pro mercede Chirurgi, & ulteriùs cadorum duodecim vini, librarum tercentarum carnis Suis, librarum centum quindecim denariorum, ac denique præstationem Ceræ pro usu dictæ Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum excedere non debere summam librarum ducentarum, salvis remanentibus quoad cætera hinc inde juribus Patrium, ut ex nostro Laudo publicato usque sub *die* 8. *Februarii* anni currentis 1720.

Fundamentum captæ resolutionis in eo stetit, quòd, cum constaret ex præmissis, assumptionem dictorum onerum factam per dictam Operam ex decreto Generalis Consilii Pistoriensis, tam in principio, quàm successivis temporibus, esse provisionalem, nempe quoadusque duraret Monasterii indigentia, ut patet ex Provisionibus factis de dicto anno 1537. & 1561. & clarius etiam per Literas Clarissimi Consilii Practicæ Secretæ datas sub *die* 27. *Februarii* 1562. Ac insuper eorundem onerum assumptionem fuisse merè voluntariam, & gratuitam, & amore Dei, cum ex dispositione præ-

prædictarum Literarum Apostolicarum *Clementis VII.* tenerentur Operarii, supportatis priùs oneribus hospitalitatis, aliisque injunctis per antedictum D. Equit. de Forteguerris, superexcedentes solummodo redditus in Monialium manutentionem convertere; & ad præsens, saltem in parte, causam assumptionis dictorum onerum propter excretos dicti Monasterii redditus cessasse appareat, optimo Jure potuerunt prædicti Operari moderationem earundem annuarum præstationum prætendere ex vulgato juris principio, quòd cessante
2 fine, & causa obligationis, cessat etiam ipsa obligatio, *Rot. coram Ludovis. dec.*567. *n.*1. *ibique Adden. num.*1. *cor. Duran. dec.*402. *n.*1. *Rocc. disput. select.*65. *num.*1. *& 2. Rot. apud D. Auditor. Calderon. resol.*33. *num.*21. & magis ad rem *Altograd. cons.*77. *numer.*2. *lib.*2. *Posth. de Manuten. observ.*80. *n.*19. *&* 20. *Mans. cons.*59. *num.*5. *& consult.*639. *num.*26. *Rot. decis.*27. *num.*3. *coram Mantic.* concurrente maximè natura subjectæ materiæ, præstationum nempe promissarum ex causa sustentationis Monialium; Promissio siquidem ob causam
3 paupertatis facta, cessat cessante paupertate ad *Text. in l. cura* §. *Deficientium ff. de muner. rib. & honorib. & in l. ab his oneribus* §. *Auctis ff. de vacat. & excusat. muner. Roman. cons.*404. *num.*5. *Adden. ad decis.*617. *n.*510. *& seq. part.*4. *recent. tom.*3. *Rot. dec.*565. *n.*2. *ibique Adden. in princ. cor. Pamphil. & dec.*90. *num.*36. *part.*19. *rec.* & alimenta alicui constituta, proportionaliter decrescunt ad mensu-
4 ram facultatum ei superventarum *Salgad. de Reg. Protect. part.*4. *cap.*7. *num.*88. *&* 97. *& seqq. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. discept.*613. *n.*6. & in proximis terminis obligationis susceptæ pro alimentis Clerici, ad Sacerdotium promovendi, donec de Beneficio, vel congrua sustentatione provideatur, quod proportionabiliter ad acquisitionem sint di-
5 minuenda, docuit *Sanchez ad Præcept. Decal. tom.*2. *lib.*7. *cap.*1. *in fin. Bellett. disquisit. Cleric. part.*1. *tit.*1. *De Bon. Cleric.* §. *Pariter in fin. Rot. in Firmana annuæ præstationis* 15. *Junii* 1705. §. *Parum refragante*, *coram Molines*.

Nec adversatur, quòd Monasterium ex acquisitionibus huc usque factis non habeat id totum, quod necessarium est pro sua manutentione, quia id solùm operari potest, quod non omnimodè cessaverit obligatio omnia prædicta onera substinendi, secus autem quoad cessationem obligationis pro rata acquisitionum per dictas Moniales factarum, pro qua in dubiè obligatio cessare debet, quia eadem ratio, quæ militat de toto ad totum, militat etiam
6 de parte ad partem *Lancellott. Gall. cons.*58. *num.*17. *&* 27. 29. 35. *&* 37. *Larr. allegat. Fiscal.*46. *num.*16. *Torre de Pact. fut. success. lib.*1. *cap.*4. *num.*48. *Rot. dec.*63. *num.*13. *post Albit. de inconstant. in Judic.* & in terminis *Rot. in dict. Firmana annuæ præstationis ann.*1705. *d.* §. *Parum refragante*, & si alias dicendum esset, sequeretur quod id, quod Civitas, seu Opera erogavit, ex causa subveniendi indigentiæ sustentationis Monialium, converteretur in earum locupletationem, præter omnem verisimilem mentem, & intentionem ejusdem Civitatis, seu Operæ, quod fieri 7
non debet *Dec. respons.*52. *num.*20. *&* 27. *lib.*1. *Rot. dec.*89. *n.*10. *&* 11. *cor. Buratt. & dec.*222. *num.*8. *cor. Priol. & dec.*93. *num.*7. *part.*19. *recent.*, *& in Spoletana Bonorum* 1. *Februarii* 1683. §. *Tum quia*, *cor. bon. mem. Ursino*.

Haud officiente, quod in dicta Provisione Generalis Consilii de anno 1551. enunciatum fuerit, Operam prædictam esse debitricem Monasterii de summa Librarum 15. m., quia [ultraquamquod dicta enunciativa detegitur erronea ex eo, quod, cum Opera, ut supra diximus, ex facto Principis non potuerit exigere ab Appaltatoribus Gabellæ Portarum dictam summam, ab eodem Generali Consilio eisdem Monialibus assignatam, perperam de dicta summa constituebatur debitrix] fuit præterea à DD. Operariis probatum, Operam superabunde dictæ obligationi satis fecisse cum expensis factis in Fabrica Monasterii, excedentibus summam scutorum 4. m. ut constitit ex Literis datis DD. Operariis jussu Serenissimi M. Ducis de *die* 5. *Novembris* 1574.

Nullatenus pariter refragante, quod solutio dictarum Præstationum appareat continuata per cursum sæculi, & ultra, qui alioquin aptus est ad tribuendum possidenti meliorem, ut ajunt nostri, titulum de Mundo *Rot. dec.*56. 8
*num.*22. *part.*7. *& dec.*158. *num.*3. *part.*10. *& cor. Emerix dec.*848. *num.*2. Etenim duplici responsione ruere putavimus objectum. Ac primò quia, cum titulus provisionalis resultaret ex actibus supra recensitis, nullum effectum operari poterat Centenaria, dum jam constabat, ex quo motivo continuata fuerat prædicta solutio. Siquidem eadem Centenaria observantia fuit sequela dicti tituli provisionalis, illeque dedit principium eidem observantiæ, ac proinde ipsa disjungi non potest ab eodem titulo, veluti effectus derivans à primæva Causa, & suo unico principio, juxta ea, quæ unanimiter docent in puncto, *Innoc. in cap. Dudum num.*2. *de Decim.* 9
*Geminian. cons.*96. *num.*4. *versic. si ergo*, *egregiè Paris. cons.*27. *à num.*18. *lib.*1. *Covaruv. in Reg. Pos. part.*2. §.3. *n.*7. *in fin. Cancer. resol. part.*3. *cap.*3. *num.*125. *&* 126. *Molin. de Primog. Hispan. lib.*2. *cap.*6. *num.*66. *Petr. Barbos. de Præscript. in Rubr. num.*349. *Castill. de Test. cap.*26. *sub num.*36. *& melius sub numer.*38. Cessante in hoc casu præsumptione alterius tituli propter observantiam univocam, quæ ad diversum titulum referri non potest, 10
optimè *Fontanell. dec.*445. *num.*25. *& seq. Gratian. discept.*779. *num.*17. *&* 18. juncta altera ratione, quod immemorabilis, & centenariæ virtus, tamquam simplici præsumptioni innixa, cedit expresso, & positivo titulo, qui ob suum initium producit in possessore malam fidem, impeditivam ipsius effectus, qui nascitur ab immemorabili, vel centenaria, 11
ut tradunt *Menoch. lib.*3. *præsumpt.*108. *n.*10. *Barbos. de Præscript. lib.*2. *numer.*310. *alter Barbos. ad Concil. sess.*25. *cap.*9. *de ref. n.*18., ibi, *Cum enim constet de titulo*, *& privilegio invalido*, *centenaria possessio prodesse non potest*, 12
*Gonzal. ad reg.*8. *gloss.*18. *num.*48., ibi, *Si constaret de injusto*, *& invalido titulo*, *& infecto principio*, *tunc quidem non suffragaretur* im-

immemorabilis, quamvis legitimè sit probata; ratio est, quia, cum constet de veritate infecti principii, & sic simus in claris, cessat præsumptio, quæ ex immemorabili resultat: & hanc opinionem perpetuò tenuit Sacrum Rotæ Romanæ *Auditorium in Mutinen. Parochialis 13. Junii 1687. §. Tum quia, & 1. Decembris ejusdem anni §. Quoniam, cor. bon. mem. Rondinin. & in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis 31. Januarii 1695. cor. bo. me. Pio impress. apud Balducc. ad Ramon. tom.4. dec.103. n.22. & seqq. confirmata 22. Junii 1695. §. Aut verò, cor. eodem*, ubi Monachi S. Michaelis in Bosco vigore Donationis Jurispatronatus familiaris, illud possederant spatio ducentorum annorum, & Rota censuit, hanc duplicem centenariam non suffragari ad effectum præsumendi alium meliorem, ex illa ratione, quia constabat, tanti temporis observantiam originem duxisse, & inceptam fuisse ex titulo nullo, & invalido descripto per Monachos in antiquo statu, seu Camplono Diœcesis Bononien., & enunciativis Monachorum ab antiquo emissis; idemque dictum fuit in *Nullius*
14 *seu Fulden. Jurisdictionis 2. Junii 1710. §.36. cor. bon. mem. Reverendiss. Ansaldo Decano*, ibi, *Nam si ipsamet immemorabilis appareat, quod inmixa sit, vel derivet à privilegio non claro, sive insufficienti, illa non remanet amplius operativa*, & novissimè in *Augustana Decimarum 13. Martii 1719. §. final. coram R. P. D. Foscaro.*

Secundo quia cum non nisi excretis redditibus dicti Monasterii, & cessante illius indigentia, locus esse posset cessationi, sive moderationi assumptorum onerum, & prædictus casus non advenerit, nisi de recenti, non poterant antea dictæ præstationes prætermitti, nè Moniales, quæ eorundem DD. Operariorum gubernio regebantur, sufficienti manutentione destitutæ remanerent, ac proinde inefficax etiam ex hoc motivo redditur præscriptio, etiam centenaria, quæ fundatur in negligentia, & non usu, quando casus eve-
15 nerit, ut optimè in terminis, cæteris relatis *Rot. in Hispalen. Juris sedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Si quidem, cor. bon. mem. Muto impressa ad ornat. Card. de Luc. de Jurisdict. dec.29. n.5.* Unde cum non nisi de recenti advenerit casus petendi moderationem dictorum onerum, & præstationum propter excretos redditus Monialium, ac notitiam ad eosdem DD. Operarios superventam, remanet inefficax centenaria ex regula, quòd non valenti agere, non currit præscriptio *Rot. decis.34.*
16 *num.2. post De Luc. ad mater. de Credit. in Mantiss. cum aliis ibidem.*

Præterquamquod solutiones, licèt diuturno tempore factæ per præfatos DD. Operarios, præjudicium irrogare non poterant Civitati, quia penes eam manet jus disponendi de Bonis, & juribus Operæ prædictæ, sola administratione reddituum apud DD. Operarios residente, ideoque, cum eædem non appareant factæ in vim consensus à Generali Consilio Civitatis præstiti, obesse non possunt eidem Civitati, licèt factæ à DD. Operariis ex corpore Civitatis existentibus,
17 ut docent *Alexand. cons.84. num.3. vers. nec prædictis obstat, Spad. cons.45. num.29. lib.2. Mascard. de probat. concl.1413. num.9. Rota Lucen. inter collect. per Palm. Nep. lib.2. decis.103. num.28. Rot. Roman. cor. Dunozet. Jun. dec.492. num.2.* Cum ad hoc, ut dici possit, quòd Universitas per multiplicatos actus obligationem jam resolutam confirmare voluerit, requiratur, quod isti actus sint gesti per eandem Universitatem legitimè congregatam, aliàs nullum operantur effectum, ut 18
punctualiter *Dec. cons.437. sub num. 2. versic.2. respondet. Gall. cons.115. num.80.* ibi, *Ut Communitas actum ad se pertinentem, longo tempore non contradicendo, confirmare, & ratificare videatur, requiritur, quod simul congregata Universitas sciverit, & consenserit, Mell. observ.89. num.35. Altimar. de Nullit. tom.6. rubr. 1. part.4. quæst.36. num.154. Rot. Lucens. inter collect. per Palmam Nep. lib.3. dec.257. num.19. Rot. dec.45. num.16. & seq. cor. Zarat. & dec.190. num.26. part.6. & dec.193. numer.14. part.14. rec.*

Et in omnem casum ratione probabilis ignorantiæ, tam in Civitate, quàm in ipsismet Operariis, qui ad annum tantùm in suo officio continuant, denegandum non esset Beneficium restitutionis in integrum, quo semper Civitas læsa, quæ Minoris jure utitur, succurri debet, *Odd. de rest. part.1. quæst.3. n.58. & seq. Trentacinq. Var. Resol. tit. de restit. resol.3. Mauson. de caus. execut. ampliat.3. n.6. & 7. Sabell. in Summ. divers. tract. §. Universitas num.9. Altimar. de Nullit. tom.6. rubric.1. part.4. quæst.38. num.402. circa fin. versic. Universitas, & versic. quod Respublica, Rota dec.402. num.8. & seqq. coram Duran.* 19

Neque firmatis obesse putavimus duo objecta, summis, ut ita dicamus, labiis per Defensores Monialium promota, nimirum quòd, suspenso petitorio, pronunciandum esset super possessorio, ac item quòd ad limites facultatum expressarum in compromisso, tantummodo cognoscere valeremus de præstationibus respicientibus manutentionem Cultus Divini Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum, non verò de cæteris prætensionibus per DD. Operarios deductis.

Sanè respectu primæ difficultatis, eam illico ruere constitit, quia cum non impugnaretur à DD. Operariis quasi possessio, in qua Moniales reperiebantur, exigendi dictas annuas præstationes, quinimmo, pendente compromisso, sive controversia easdem persolverent, superfluum, & inutile fuisset compromissum, & Decisio difficultatis, quæ apud Partes non erat in quæstione. Clariùs verò, quia in Compromisso fuit deductus titulus, à quo pendebat dictarum annuarum præstationum solutio, ibi, *Pretendendo detti Signori Operaj, non esser l' Opera obligata, per aver il Monastero incorporate più, e diverse rendite ec.* Ac proinde ejusdem tituli examen per Nos assumi oportebat, ut super juribus in Compromisso expressis congruè responderemus.

Pariformiter etiam alteram cessare putavimus, respicientem defectum nostrarum facultatum. Etenim licèt Arbitri potestas sit admodum coarctata intra limites, in Compromissos appositos, sub pœna nullitatis actus, 20

Rot. dec.452. num.7. & dec.609. num.2. coram Rembold. & in rec. dec.307. n.5. part.9. Constantin. ad Stat. Urb. adnot.20. art.3. n.338. Nihilominus ex tenore Compromissi satis patuit, nostras facultates non fuisse restrictas tantummodo ad dictas præstationes pro Ecclesia, sed ad alias mutuas Partium prætensiones fuisse extensas, licèt in eo fuerit facta expressa mentio præstationis Ceræ, Olei &c. pro manutentione Ecclesiæ, quia post easdem præstationes facta fuit expressio aliarum prætensionum; ac ulterius Nobis tanquam Arbitris tributa plena facultas, & auctoritas decidendi, terminandi, & declarandi exortas controversias, prout Nobis de Jure visum fuisset, cum promissione observandi quicquid per Nos decisum fuisset; Ex quo fit, ut per expressionem controversiæ præstationis Ceræ &c. non potuerit intelligi præcisè ad eam restricta nostra facultas, quia per dictam subsequentem effrænatam auctoritatem Nobis concessam, adjecta etiam promissione, quicquid decrevissemus, adimplendi, ibi, *Al parere, giudizio, e sentimento de' quali SS. Arbitri le dette Parti promettono in tutto, e per tutto stare, e quello inviolabilmente osservare*, censentur, Partes voluisse extendere Compromissum, non solùm ad specialiter expressa, sed ad omnia quoque accessoria, aliaque dependentia à titulo enunciato in Ipso Compromisso,
21 ut in terminis minùs urgentibus optimè *Rot. post Constant. ad Stat. Urb. dec.35. num.4.*

Non relevante, quod verba subsequentia censenda sint tanquam famulativa præcedenti facultati, limitatè attributæ, decidendi super dictis præstationibus, ideoque sint regulanda retentis eisdem terminis; quippè cum dicta verba præcedentia Compromissi sint narrativa controversiæ, subsequentia verò, in quibus ampla conceditur facultas, controversias exortas componendi, sint dispositiva, hæc præcisè sunt attendenda, ut bene prose-
22 quitur eadem *Rot. num.5. & generaliter decis.137. num.11. part.16. recent. & cor. Buratt. dec.924. num.5.*

Idque indubitantiùs, quia tenore apochæ Compromissi nulla Nobis lex præscripta fuit, nullaque solemnitas, sed potiùs tanquam amicabiles Compositores electi fuimus, ibi, *A' quali danno piena facoltà di decidere ec. nel modo, e forma, che loro parrà di ragione, senza veruna solennità di giudizio, ed anche estrajudicialmente, riconosciuta la verità de' fatti, con esporre semplicemente in carta il loro sentimento*, ita ut non Arbitri tantummodo, sed Arbitratoris etiam figuram faceremus, juxta
23 distinctionem traditam à *Mynsinger. resp.55. Rot. cor. Gregor. dec.204. num.5. & in dicta dec.35. num.13. post Constantin.* Ac proinde ex bono, & æquo litigantium paci, & quieti consulendo, controversiam dirimere debebamus, licèt etiam aliqualiter demandatæ Jurisdictio-
24 nis fines excedere oportuisset, *Fontanell. decis.451. num.4. Rembold. dec.540. num.4. Gregor. d. dec.204. num.5. & in dict. dec.35. post. Constant. num.10. & 14.*

Verùm de hujusmodi excessu nulla ratione redargui poterat nostrum Laudum, ex quo, omissa moderatione onerum, quæ respiciebant Ecclesiæ cultum, declaravimus, moderandas esse alias præstationes, in Compromisso specialiter non expressas; quia, præterquamquod Compromissi fines non erant, ut diximus, limitati ad dictos tantummodo præstationes pro Ecclesiæ manutentione, summa, & rationabili causa facta fuit aliarum moderatio, ad occurrendum scilicet publico scandalo, quod secuturum timebatur ex imminutione cultus prædictæ Ecclesiæ, à moderatione earundem præstationum Ceræ resultantis. Agebatur enim de Ecclesia, quæ ob insignem Deiparæ Imaginem, ab ipsamet Gloriosissima Virgine, ut constanti plurium seculorum fama nobis traditum est, in pariete depictam, magna, assiduaque Populi frequentia honoratur, ideoque non nisi totius Civitatis ægreferentia, & murmure, ejusdem Ecclesiæ honor, cultusque imminui valuisset.

Tantoque magis, quia considerato Monialium interesse, idem prorsus erat, unas, vel alteras præstationes moderari, cum ille, quas in Laudo moderati fuimus, valorem præstationum, quas pro Ecclesiæ cultu subibat Opera S. Jacobi, non excedant. Undè nullatenus dubitari poterat de Jurisdictionis excessu, maximè cum explorati Juris sit, in Arbitri facultate esse juxta id, quod æquum sibi videtur, etiam circa non expressa decernere, si sint cohærentia, vel accessoria ad expressa, quando expressa nequeunt commodè 25
alio modo determinari, ex traditis per *Jason. in l. Si super possessione, num. ff. de transact. Federic. de Sen. cons.216. n.2. Abb. cons.62. n.5. lib.2. Alexand. cons.119. num. lib.2.*

Et ita pluries extrajudicialiter, ac judicialiter interpellatis Monialibus, & super meritis Causæ informare recusantibus, resolutum fuit.

Jo: Jacobus Scarfantoni Can. Eccles. Cath. Pist., & Arbit.
Jo: Andreas Pini in Pisana Universitate Sacr. Can. Professor, & Arbit.

Praten. Simultaneæ Collationis

Pro

Illustrissimo, & Reverendissimo D.D.

COLUMBINO de BASSIS.

Episcopo Pistorien., & Praten.

Cum

Rmo CAPITULO CATHEDRALIS PRATEN.

Responsum pro Veritate.

ARGUMENTUM.

Comprobatur, quod Ecclesia Praten. erat filialis, & subjecta Ecclesiæ Pistorien., & postea exempta ab Jurisdictione illius, ac denique in Cathedralem erecta. In Ecclesia Cathedrali Dignitates, & Canonicatus pertinent de Jure communi ad simultaneam Collationem Episcopi, & Capituli. Ecclesia Collegiata in Cathedralem erecta cum extinctione, ac suppressione status Collegiatæ, non retinet Jura, quæ eidem competebant

bant uti Collegiata, & signanter Jus providendi Dignitates, & Canonicatus privative quoad Episcopum. Collatio Beneficiorum inferiorum, quæ non sunt de corpore Capituli, spectat ad solum Episcopum.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia Praten. erat filialis, ac subjecta Episcopo Pistorien. & afferuntur plura Apostolica Privilegia.*

2 *Eadem Ecclesia fuit exempta ab Jurisdictione Episcopi Pistorien. per Pium II. de anno 1463., & deinde erecta in Cathedralem ab Innocent. X. de anno 1653.*

3 *De Jure communi Collatio Dignitatum, & Canonicatuum in Ecclesia Cathedrali spectat ad Episcopum, & Capitulum.*

4 *Non convenit, ut in Canonicos assumantur personæ invisæ Episcopo, & Capitulo.*

5 *Tenor Bullæ Apostolicæ principaliter est attendendus pro illius interpretatione.*

6 *In Ecclesia Collegiata de Jure communi Canonicatuum provisio spectat ad Capitulum Collegiatæ.*

7 *Suppresso statu Ecclesiæ, non remanent illius qualitates.*

8 *Qualitas non potest subsistere sine subiecto, & ideò suppresso statu Collegialitatis, non possunt remanere proprietates Collegiatæ.*

9 *Per mutationem status Ecclesiæ, mutatur etiam illius Jus, & effectus.*

10 *Regula de Jure quæsito non tollendo, non operatur, quando præjudicium est consecutivum, & necessarium.*

11 *Eadem regula non operatur respectu expressorum.*

12 *Item quando præjudicium fuit compensatum.*

13 *Beneficiorum Collatio est effectus Jurisdictionis.*

14 *In Ecclesia Collegiata Canonicatuum electio spectat ad Capitulum, sed institutio, sive confirmatio ad Episcopum.*

15 *In Cathedrali verò spectat ad Capitulum independenter ab Episcopo, quando ex immemorabili, seu alio titulo illi spectat collatio.*

16 *In Collegiata exempta Canonicatuum provisio spectat ad Capitulum, & Prælatum Collegiatæ, nec est necessaria auctoritas Episcopi.*

17 *In Beneficiis de Jurepatronatus, Episcopo non competit nisi institutio.*

18 *Non repugnat in Jure, quod solo Capitulo Cathedralis competat Jus conferendi Canonicatus, independenter ab Episcopo.*

19 *Ad acquirendum Jus privativum conferendi Canonicatus, necesse est ut Capitulum vel habeat immemorabilem, aut saltem quadragenariam cum titulo putativo.*

20 *In conferendis Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis simultaneæ collationis, non est necesse, quod unico actu interveniat Episcopus, & Capitulum.*

21 *Si Episcopus conferat Canonicatum Uni, Capitulum Alteri, provisio devolvitur ad Summum Pontificem.*

22 *Collatio Capellaniarum, aliorumque Beneficiorum inferiorum in Ecclesia Cathedrali spectat ad solum Episcopum.*

23 *Sicuti in Ecclesia Collegiata per Prælatum, & Capitulum, repræsentantes Ecclesiam, fit collatio Canonicatuum, ita extincta Collegiata, & erecta in Cathedralem, dicta collatio fieri debet per Episcopum, & Capitulum, qui eandem Ecclesiam repræsentant.*

DECISIO LIX.

PRatensis Ecclesia omnimodè subjecta erat Episcopis Pistorien., & Ecclesiæ Pistorien. filialis, ut indubiè constat ex Apostolico Diplomate *Innocentii II. de anno* 1134. favore S. Atthonis Pistorien. Antistitis, supponente alias Apostolicas Concessiones, in quo post relatas alias Ecclesias, & Capellas Pistorien. Diœcesis legitur -- *In Prato. Plebem S. Stephani: Ad hæc adiicentes sancimus, ut occasione Privilegii, quod Pratenses à Nobis se impetrasse congaudent, nulla injuria, vel imminutio, aut inobedientia Matri suæ Pistoriensi Ecclesiæ, seu cuilibet supradictarum Plebium, vel alicui in aliquo inferatur; Nec Praten. Ecclesia, vel Clerici ipsius Loci, eodem scripto contra justitiam, vel Dignitatem, aut obedientiam Ecclesiæ, seu Episcopi Pistorien. utantur, sed quemadmodum Prædecessorum nostrorum Urbani, Paschalis, & aliorum, seu etiam bon. mem. Petri, & Ildebrandi Pistorien. Episcoporum tempore extitit, ita etiam dicta Praten. Ecclesia absque aliqua diminutione Potestatis, aut Dignitatis Pistoriensis Ecclesiæ, vel Episcopi ejus, in omnibus obediens, & subjecta permaneat* -- Itemque ex similibus Diplomatibus sub eorundem verborum formula postea emanatis favore aliorum Præsulum, nempe à *Celestino II. de anno* 1143. *Anastasio IV. de anno* 1153. *Urbano III. de anno* 1187., *Innocentio III. de anno* 1209. *Honorio* itidem *III. de anno* 1218. quæ consonant Literis *Celestini II. de anno* 1143. directis Clero, & Populo Praten. in quibus hæc habentur -- *Quocirca per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus Ven. Fratri nostro J. Pistorien. Episcopo, discreto siquidem, & religioso Viro, tanquam proprio Pastori, & Animarum vestrarum Episcopo, absque ulla contradictione debitam reverentiam, & obedientiam humiliter deferatis* -- Fuit autem prædicta Ecclesia subinde à *Pio II. de anno* 1463. una cum Præpositura, & omnibus Canonicatibus, Præbendis, & Beneficiis in ea institutis, & Instituendis, ab Episcoporum Pistorien. Jurisdictione exempta, ac denique ab *Innocentio X. de anno* 1653. à statu insignis Collegiatæ ad statum Cathedralitatis erecta, & æquè principaliter unita Ecclesiæ Pistorien., *prævia tamen*, ut sunt verba Bullæ Innocentianæ, *in ea ejusdem Præpositura, Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, statusque Collegialitatis perpetua suppressione, & extinctione*, cum expressa auctoritate Episcopo Pistorien., & Praten. concessa, *in eadem Ecclesia Praten. omnia, & singula exercendi,* la

quæ Ordinis, Jurisdictionis, & Dignitatis Episcopalis, & Pontificalis exercitii sunt, & ad illa spectant, & pertinent cum omnibus, & singulis privilegiis, honoribus, Juribus, insignibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Episcopi de Jure, usu, & consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, potiri, frui, & gaudere possunt, & poterunt.

Ex hac nova qualitate, quam induit prædicta Ecclesia Praten., per quam, sublato exemptionis privilegio, Episcopo Pistorien. licèt diverso Jure, iterum subjecta evasit, orta est controversia inter Episcopos, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ; an Canonicatuum, & Dignitatum liberæ Collationis provisio simultaneè esset explenda, contendente eodem Capitulo, privativè quoad Episcopum actum Collationis ad se pertinere, prout illum cum suo Præposito exercebat ante assumptam novam Cathedralitatis naturam; Et cum usque ad hæc tempora, indecisa remanente controversia, actus hinc inde Collationum expleti fuerint pro præservatione Jurium Partibus competentium; Illustrissimus, & Reverendissimus D. meus Columbinus Bassi Pistorien., & Praten. Episcopus, Vir inter egregias ejus animi dotes in rebus agendis Prudentia, & morum sanctitate nulli secundus, ad evitanda inter Caput, & membra nimiùm perniciosa litium, & discordiarum fomenta, censuit rem ad Juris tramites discutiendam, ut Capitulum veritate cognita promotam prætentionem dimittat.

Quocirca meæ tenuitati confisus pro speciali, quo me amore complectitur, mihi provinciam hanc demandavit, qua in ejus obsequium assumpta, librati sque præsentis Controversiæ momentis, undequaque fundatam duxi ipsius Præsulis intentionem pro asserendo Jure dictæ simultaneæ Collationis.

Sanè extra dubitationem plana est regula, quod Collatio Canonicatuum, & Dignitatum in Ecclesia Cathedrali pertinet, ad simultaneam Episcopi, & Capituli collationem ad
3 *Text. in cap. Postulastis de Concess. Præb. & communiter Gloss. & Canonistæ in cap. Cum Ecclesia Vulterrana de Elect.* ibique plenè *Fagnanus num.*11. *& seqq. & in d. cap. Postulastis n.*2. 3. *& 4. Gonzal. ad reg.*8. *Canc. gloss.*45. *num.*50. *Card. de Luc. de Benefic. disc.*1. *n.*26. *& disc.*28. *num.*19. *& disc.*30. *num.*15. *Ego in Animadvers. ad tit.*2. *Ceccoper. num.*16. *part.*1. cum cæteris adductis per *Rot. in Fanen. Canonicatuum* 5. *Maji* 1700. §. *Quamvis, coram bon. mem. Card. Caprar. impress. apud Me post Animadversion. ad Ceccoper. dec.*14. *part.*1. cum propter illam unionem, quæ intercedit inter Episcopum, tanquam Caput, & Canonicos suæ Cathedralis, tanquam membra, omnino rationi consentaneum sit, ut nonnisi de communi assensu, eorundem membrorum electio fiat, nè Personæ Episcopo, aut Capitulo invisæ in Canonicos assumantur, ut
4 observant *Gonzal. ad reg.*8. *Canc. gloss.*45. *num.*46. *Lotter. de Re Benefic. lib.*2. *cap.*21. *num.*135. *Van. Espen. in Jur. Eccles. part.*2. *tit.*21. *num.*10. Proinde cum Ecclesia Praten. Cathedralis titulo fuerit insignita, assistentia Juris communis favet illius Episcopo super Jure simultaneæ Collationis per *d. Text. in cap. Postulastis de Concess. Præbend.* ut advertitur in *d. Fanen. Canonicatuum* §. *At quia, cor. eod.* idque indubitanter, quia juxta relata verba Bullæ *Innoc. X.*, cujus tenor primariò est ad hunc effectum attendus, *Hostien.* 5
*in cap. Novit num.*4. *in fin. nè Sed. Vac. D. Piton. d. discet.*9. *num.*41. Episcopo Praten. in dicta Cathedrali expressè fuerunt concessa ea omnia, quæ cæteris Episcopis in eorum Cathedralibus competunt, tam de Jure communi, quàm speciali, ac per consequens dicta simultanea Collatio, quæ, inspecta, ut diximus, Juris communis censura, ad quemlibet Episcopum in sua Cathedrali pertinet.

Neque ad elidendum hujusmodi inconcussum fundamentum, suffragari potest Capitulo Praten. status Collegiatæ exemptionis privi- 6
legio munitæ, in qua de jure communi ad Collegium spectat Canonicatuum, & Dignitatum provisio *Abbas in cap. cum venerabilis, de Except. num.*45. *Garz. de Benef. part.*5. *capit.*4. *num.*64. *Gonzal. ad Reg. Canc. gloss.*45. *num.*50. *Card. de Luc. de Benef. discurs.*17. *n.*5. *Ego in prædicta Animadversione ad Tit.* 2. *Ceccoper. num.*28. *Rot. dec.*157. *num.*22. *part.*6. *& dec.*133. *num.*3. *& seq. part.*7. *recent.* Quia qualitas prædicta per præcitatam Bullam Innocentianam fuit totaliter suppressa, & extincta, ac proinde de ea nulla haberi potest ratio, tanquam de re ab absoluta suprema Pontificis auctoritate destructa, & ad non esse redacta, cum per creationem novæ à prima totaliter diversæ, omnis etiam reliquia primævi status sublata intelligatur; repugnat enim in Jure, quod id, quod de novo creatur, quicquam commune habeat cum eo, quod extinguitur, & annihilatur, ut in terminis 7
suppressionis optimè ratiocinatur *D. Piton. discept. Eccles.* 9. *n.*38. *fol.*199.

Hinc non potuit remanere apud Capitulum Praten. Jus providendi Præbendas, sive Canonicatus, quod qualitati, & naturæ extinctæ Collegialitatis affixum erat, & ab eo unicè dependebat, deficiente subjecto, sine quo dicta qualitas subsistere non valet, ut in casu Ecclesiæ destructæ, sive suppressæ notat ex doctrina *Alberic. in l. quominus n.*104. *& seq. ff. de Arborib. Gonzal. ad Reg.*8. *Cancell. gloss.*5. §.7. *n.*153. Nec præcedens con- 8
suetudo providendi dictas Præbendas in statu Collegialitatis attendi potest, mutato ejus statu, per quam mutationem pariter immuta- 9
tum fuit Jus, & ejus effectus *Rot. cor. Seraphin. decis.*1445. *in fin.* & in terminis unionis duorum Episcopatuum *per tot. & in Vaden. seu Urbanen.* 20. *Junii* 1687. §. *Sed illas, coram Emerix Jun. impress. apud D. Piton. dict. discept.*9. *n.*76. *fol.*215.

Nullatenus pariter suffragante regula de Jure quæsito non tollendo, quia per eam non potuit præservari Jus, cui in consequentiam novæ qualitatis Cathedralis incompatibilis cum altera Collegiatæ, necessariò de- 10
rogari debebat *Seraphin. dec.*1445. *n.*5. *& seq.* Præterquamquod etsi in Bulla addita esset expressè clausula sine alicujus præjudicio, quæ

in

in præsenti desideratur, attamen operativa non foret, quia ea intelligitur respectu non expressorum, ad *Text. in Extravag.2. de con-*
11 *cess. Præb. Rebuff. in Prax. tit. de Erect. in Collegiat. ad fin. De Luc. de Fæud. disc.8. numer.6. & disc.14. num.7. de Pension., & de Præemin. disc.9. num.5. Seraphin. d. dec.1445. num.4.* Unde cum expressè Pontifex totum Collegiatæ statum extinxerit, ac Episcopo Praten. concesserit ea omnia, quæ pertinent ad Jurisdictionem Episcopalem, quodque ceteris Episcopis in eorum Cathedralibus competit, non solùm consecutivè, sed potiùs expressè peremit Jus, quo dicta Ecclesia in statu Collegiatæ fruebatur respectu dictæ provisionis Canonicatuum; eoque magis redditur inapplicabilis dicta regula de Jure quæsito non tollendo, quia dictum consecutivum præjudicium amissionis Juris providendi dictas Præbendas, fuit abundè compensatum per erectionem in Cathedralem, & unionem æquè principalem Antiquæ Matrici Pistoriensi, cum communicatione facta Capitulo Praten. omnium Jurium, & Privilegiorum, Capitulis Cathedralium competentium, ut benè
22 in proposito ratiocinatur *Rot. in Mantiss. ad De Luc. dec.68. numer.10. ad mater. de Jurepatron.* præsertim quia nonnisi exigua summa scutorum 300. monetæ Romanæ pro redditu Mensæ Episcopali Praten. fuit constituta, unde mirum videtur, quod etiam ea, quæ ad Jurisdictionem Episcopalem pertinent, denegari contendatur, & signanter circa Collationem Beneficiorum magis qualificatorum, nempe Canonicatuum, & Dignitatum dictæ suæ Ecclesiæ, cum Beneficiorum Collatio sit effectus peculiaris Jurisdictionis
13 *Gloss. in cap. Novit, de Offic. Deleg. ubi Panormit. num.3. cap. Transmissa, de Elect., & cap. Dilectus, de Offic. Ordin. ubi Fagnan. numer.3. cum aliis apud Rot. in Hispalen. Divisionis Simultaneæ 4. Junii 1700. num.5. cor. bon. mem. Card. Prsolo impress. apud Me post Animadvers. ad Ceccoper. dec.40.*

Ulteriùs animadvertere oportet, quod Jus providendi dictos Canonicatus in statu Collegiatæ incompatibile apparet cum novo statu Cathedralis; Etenim eorundem provisio in Collegiata spectat ad Collegium, non tamen absolutè, sed tantùm quoad actum electionis, cum institutio auctoritativa spectet ad Episcopum, & actus Capituli, tanquam imperfectus, actum confirmationis Episcopi ad
14 sui complementum expectet *Abb. in cap. cum Ecclesia Vulterrana, de elect. num.8. vers. quoad secundum casum Gonzal. ad Reg.8. gloss.45. numer.47. & 71. Murg. de Benef. quæst.3. sect.11. num.198. Barbos. de Canon. cap.14. num.15. & 20. Ego in Animadv.2. ad Ceccoper. num.28.* In Ecclesia verò Cathedrali provisio Canonicatuum fit per actum Collationis, per se tribuentis plenum Jus, ac proinde actus, qui expletur in hoc casu à Capitulo, quando eidem vel ex immemorabili, aut alio titulo sufficienti competit Collatio, Episcopi confirmationem non expectat ad sui validitatem,
15 juxta auctoritates per Me allegatas in *prædicta Animadvers.2. num.25. & 26.* Et licèt quando Ecclesia Collegiata habet suum Prælatum exemptum, non sit necessaria Episcopi auctoritas in provisionibus dictorum Canonicatuum, ut limitando regulam prædictam docet *Garz. de Benefic. part. 5. capit. 4. num.67.*, Atta- 16
men cum in hoc casu per suppressionem Præposituræ non adsit Superior, qui actum authorizet, dictum Jus conferendi non est exercibile per Capitulum ex Jure, quod habebat in statu Collegiatæ.

Nec juvat recursus ad laudum clar. mem. Serenissimi Cardinalis Leopoldi Medices latum *de anno 1671.* & ad motiva DD. Assessorum Ricci, & Gherardini, inter Episcopum Rinuccinum, & Capitulum Praten. quia quæstio non versabatur circa simultaneam Collationem Canonicatuum Cathedralis, sed solummodo Capellaniæ S. Antonii, in eadem Cathedrali existentis, quod in eodem laudo declaratum fuit favore Capituli super 14. *capite* ejusdem Laudi, tanquam de ejus Jurepatronatus, cum Episcopus non habeat in Beneficiis Jurispatronatus, nisi Institutionem auctorizabi- 17
lem ad *Text. in cap. Pastoralis, & cap. quod autem, de Jurepatronat. Vivian. de Jurepatr. lib.2. cap.1. num.1.* Quod verò dictum fuit super *6. capite* ejusdem Laudi de Jure præsentandi, & conferendi Beneficia, respiciebat tantummodo interesse Canonicorum cum Capellanis, nullaque fit mentio Episcopi, unde in Laudo prædicto nullum constitui potest fundamentum, eoque maximè, quia hoc declaratum fuit ab observantia, dum idemmet Episcopus Rinuccinus subsequenter, nempe de *anno 1676.* contulit unum ex prædictis Canonicatibus D. Josepho de Appolloniis, ut constat per acta Ser Francisci de Lazzaris Cancellarii Curiæ Episcopalis Pistorien.

Sicuti pariter non obstat, quod non repugnet in Jure, Collationem Canonicatuum in Ecclesiis Cathedralibus, spectare solummodo ad Capitulum, ut advertunt *Garz. de Benef.* 18
d. part.5. cap.4. num.72. Van Espen. ubi supra part.2. tit.21. num.12. & admisit Rot. in Sæpecitat. Fanen. Canonicatuum n.3. & 4. quia hoc Jus potest competere Capitulo, non ex dispositione Juris, per quam ex supra deductis apud Episcopum etiam in solidum residet, & simultaneè est exercendum, sed tantùm ex Jure particulari, veluti immemorabilis, aut saltem quadragenariæ, suffultæ titulo putativo, ut declaravit *Rot. in eadem* 19
Fanen. num.5. & 6. cum aliis etiam per Me allegat. in dict. Animadvers.2. num.20. & seqq. Quamobrem cum in hoc casu nullus sit allegabilis titulus, nec decursus temporis ad prescribendum necessarius intervenerit, dum ultra actum Collationis factæ per memoratum Episcopum Rinuccinum, alius pariter in actis Curiæ Episcopalis Pistorien. reperitur, in quo per bon. mem. Episcopum Strozza, apparet de *anno 1694.* collatus unus ex Canonicatibus dictæ Ecclesiæ D. Antonio de Badianis, debet necessariò quæstio dirimi ad tramites Juris communis, adeoque statuendum, quod Collatio simultaneè spectet ad utrumque. Non adversante, quod prædicti actus expleti per memoratos Episcopos non appareant gesti simultaneè, quia hoc Jus simultaneæ Collationis residet in solidum penes, Episcopum, &

& Capitulum, cum ad hunc effectum non censeantur unum corpus, sed ad invicem distinguantur, ac proinde non est necesse, quod ea fiat unico contextu, sed quilibet seorsim
20 ad eundem actum devenire potest. *Gonzal. gloss.45. num.51. Corrad. in Prax. Benef. lib.3. cap. 6. num.71. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst.21. num.24. Rot. cor. Coccin. dec.212. n.4. & cor. Emerix Sen. dec.104. num.9.* licèt si diversæ personæ eligantur, neuter actus sit validus, sed pro illa vice ad Sedem Apostolicam
21 licam devolvatur provisio *Gonzal. ad Reg.8. dict. gloss.45. ferè per tot. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæst.25. num.26. Ego in sapecit. Animadvers.2. num.2.*

Firmato ex præmissis, favore Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi, Jure simultaneæ Collationis Dignitatum, & Canonicatuum Cathedralis Praten., ex eodem Jure pariter evincitur ejus facultas respectu Collationis cæterorum Beneficiorum, & Capellaniarum liberæ Collationis ejusdem Cathedralis, quæ antea in statu Collegiatæ providebantur per Præpositum, sive insimul à Capitulo; & quidem independenter ab eodem Capitulo, quippe in sequelam suppressionis Collegiatæ, ac illius Præpositùræ, & concessionis, factæ per Papam Innocentium Episcopo Pratensi, omnium, quæ de Jure communi cæteris Episcopis competunt in suis Cathedralibus, ex rationibus supra ponderatis, sequitur, quod dictæ Capellaniæ, & Beneficia spectent ad liberam ipsius Episcopi Collationem, cum juxta inconcussam in Jure Canonico regulam, similia inferiora Beneficia, quæ non sunt de Corpore Capituli Ecclesiæ Cathedralis, si vacant in mensibus Apostolicæ Sedi non reservatis, liberè conferantur ab Episcopis, cessante in his ratione supra perpensa respectu Canonicorum, qui unum Corpus constituunt cum
22 Episcopo, ut sequendo theoricam *Abbat. in d. cap. cum Ecclesia Vulterana, sub n.14.* firmat *Lotter. lib.2. quæst.21. num.20. & seqq. Gonzal. ad Regul.8. Gloss.45. n.38. & seq.*

Quare &c. salvo &c.

In obsequii argumentum

Jo: Jacobus Scarfantoni Canonicus Pistorien.

Validissimis fundamentis, per Sapientissimum D. Canonicum Jacobum Scarfantoni, allatis in sua eruditissima allegatione, libentissimè adhæreo, tanquam rationi, & Juri consonis, eoque magis animadvertendo, quod si ante erectionem Ecclesiæ Pratensis in Cathedralem, provisio Canonicatuum pertinebat de Jure ad solum Collegium, prout supponitur, hoc
23 fiebat nomine, & vice ipsius Ecclesiæ *Card. de Luc. de Benefic. disc.17. n.6.*; Undè erecta eadem Ecclesia in Cathedralem, cum resideat etiam nunc tale Jus apud ipsam Ecclesiam, consequens est, ut ejus nomine debeat exerceri per Episcopum, & Capitulum simul, tanquam constituentes, seu repræsentantes ipsum Corpus Ecclesiæ *Card. de Luc. loc. cit. disc.28. num.19. disc.30. num.14. & in Summ. num.8.*

Cæsar Bartolomei Archip. Lucan.

Responsum Sapientissimi Domini Canonici Jo: Jacobi Scarfantoni, rationesque in eo doctissimè deductas, tanquam Juri consonas, libentissimè approbo, ejusque opinioni me subscribo

Octavius Archid. Sardi.

Doctissimam Consultationem, mira Ingenii felicitate elaboratam à Reverendissimo D. meo Canonico Scarfantoni, veneror, ejus validissimas rationes amplector, & in obsequium Auctoris, & Veritatis me libentissimè subscribo

Jo: Franciscus Motroni Can. Cath. Luc. The.

Magnum Doctrinæ, ac Veritatis specimen exhibet Consultatio Reverendissimi Domini mei Canonici Jacobi Scarfantoni, quamobrem de mea subscriptione requisitus, illius Sententiæ, solidissimis legum fundamentis innixæ, libentissimè adhæreo

Ego Bartholomæus Lippi J. U. D., & in Lucana Curia Advocatus.

Pistorien. & Praten. Jurisdictionis.

Pro

CAPITULO CATHEDRALIS PISTORIEN.

Cum

CAPITULO CATHEDRALIS PRATEN.

Casus disputatus cor. Arbitro, qui modo pendet in Sac. Congregatione Concilii.

ARGUMENTUM.

Traditur regula tenenda in interpretatione Literarum Apostolicarum, nempe quod vel interpretandæ sunt juxta intellectum Juris, vel juxta mentem Pontificis concedentis, vel denique juxta supplicationem impetrantis. Appellatione Oppidi quando veniant Suburbia. Exemptio ab Ordinarii Jurisdictione præsupponit, quod exemptus non habeat Territorium separatum. In concursu actorum Jurisdictionalium, factorum in aliquo Territorio, præferri debent, licèt numero minores, ij, qui apparent facti ab eo, qui originariam Jurisdictionem habebat in loco controverso. Ad effectum præscribendi Territorium requiruntur copulativè titulus coloratus, bona fides, & possessio continuata per legitima tempora. Ad effectum præscribendi Territorium an requiratur centenaria, seu immemorabilis, vel sufficiat quadragenaria cum titulo colorato. Parochi habentes Populum in diversis Diœcesibus, subesse debent Ordinariis respectu Populi, qui in una, vel altera Diœcesi commoratur, & non tantùm Ordinario, in cujus Diœcesi est situata Ecclesia Parochialis.

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*
2 *Laudum emanatum in hac Causa.*
3 *Erectio Collegiatæ Praten. in Cathedralem.*

4 *Ere-*

4 *Erecta Cathedrali cum assignatione Oppidi pro Civitate, & Diœcesi, intelligitur restricta Jurisdictio Cathedralis intra muros Civitatis.*
5 *Literæ Apostolicæ interpretationem recipiunt à mente Pontificis, vel à Jure communi, vel juxta supplicationem,* & num.6.
7 *Principis Supremi testimonio reluctari temerarium est.*
8 *Oppidi appellatio juxta Juris intellectum muris finitur.*
9 *Appellatione incolarum non veniunt ii, qui extra Oppidum in agro domicilium habent.*
10 *Declaratur* Text. in l. pupillus §. Incola ff. de V. significat.
11 *Appellatione finium Oppidi veniunt Villæ, & Territorium Oppido adjacens.*
12 *Habitatores in pluribus subiiciuntur Episcopo, in cujus Diœcesi morantur.*
13 *Appellatione Vassalli venit ille, qui ratione Feudi subest.*
14 *Item ille, qui subest non solùm Marchioni, vel Comiti, sed etiam Supremo Principi infeudanti.*
15 *Appellatione Suburbiorum veniunt ædificia, ab Oppido, sive Civitate continuata, non autem ea, quæ sunt sparsa in agro.*
16 *Diœceses non terminantur juxta terminos Dominiorum Civilium, sed juxta fines eisdem tributos per Sedem Apostolicam.*
17 *In erectione novi Episcopatus, debet fieri assignatio confinium, ad evitandas controversias inter Ordinarios vicinos.*
18 *Non censetur concessum Territorium, nisi appareat assignatio confinium ejusdem Territorii.*
19 *Literæ Apostolicæ interpretandæ sunt, ut minus quam fieri potest, lædant jus Tertii.*
20 *Episcopus, qui retinet Tribunal erectum in aliquo loco, censetur in eo habere Ordinariam Jurisdictionem.*
21 *Dismembratio Diœcesis est materia odiosa, & strictè est interpretanda.*
22 *Quando censeatur Pontificem voluisse constituere Prælatum Inferiorem in qualitatem Nullius cum Territorio separato.*
23 *Episcopus etiam per unicum actum, præservat suam Jurisdictionem in toto Territorio.*
24 *Observantia declarat Literas Apostolicas.*
25 *Etiamsi procederet ab unico tantùm actu.*
26 *Non potest dari melior probatio, quàm ea, quæ ex facto Partis resultat.*
27 *Actus gesti in vim originariæ Jurisdictionis præferuntur aliis, qui cum diverso titulo gesti fuerunt.*
28 *Titulus coloratus inniti debet probabili errori,* & num. seq.
30 *Cessante titulo, eoque detecto insubsistenti, cessant simul actus in ejus sequelam facti.*
31 *Amplia, etsi concurreret quadragenaria.*
32 *Defectus bonæ fidei præscriptionem longissimi etiam temporis destruit.*
33 *Actus precario nomine gesti adscribuntur Principali, qui illos commisit.*
34 *Est absurdum, quod in uno eodemque Territorio ejusdem naturæ, una Ecclesia sit de Diœcesi unius Episcopi, & altera alterius.*
35 *Non potest qualibet præscriptio esse operativa, ut in uno, eodemque loco sint duo capita, cum hoc sit monstruosum.*
36 *Actus gesti ex mala fide nihil operantur.*
37 *Item gesti ex errore Juris.*
38 *Ad præscribendum Territorium requiritur centenaria, vel immemorabilis.*
39 *Contrarium novissimè tenuit Rota, nempe sufficere quadragenariam cum titulo putativo; sed videtur potius adhærendum primæ Sententiæ, & affertur ratio.*
40 *Præscriptio est indirecta alienatio, procedens à negligentia possessoris.*
41 *Jura Episcopalia ob Juris resistentiam non possunt, etiam expressè, in alium transferri.*
42 *Quoties alienationi resistit expressa, & particularis Juris probibitio, non sufficit ad præscriptionem, quadragenaria cum titulo putativo.*
43 *Soli Papæ reservatum est jus constituendi, separandi, aut dismembrandi Diœceses.*
44 *Quando concurrit obstaculum duplicis prohibitionis, non sufficit ad præscribendum sola quadragenaria cum titulo putativo.*
45 *Unicus actus, gestus ab eo, qui habet titulum originariæ Jurisdictionis, sufficit ad evertendam contrariam observantiam, ex multiplicatis actibus inductam.*
46 *In actibus provenientibus à Causa universali, attenditur potius eadem causa, quàm eorundem actuum exercitium.*
47 *Locus non assignatus in assignatione Territorii, censetur relictus alteri Ordinario, & affertur ratio.*
48 *Infectio tituli, derivans à lectura ipsius privilegii Apostolici, inficit quamlibet possessionem, aut observantiam.*
49 *In Episcopis non debet præsumi animus præjudicandi juribus Diœcesis, sed actus gesti in contrarium, præsumi debent gesti ex errore.*
50 *Parochi habentes Populum ex duabus Diœcesibus, debent ab alterutro ex Ordinariis approbationem reportare, ad exercitium Curæ animarum, & affertur ratio,* & num.52.
51 *Una, eademque Persona diverso jure potest esse exempta, & subjecta.*
52 *Exempta Ecclesia principali, possunt esse subjectæ Capellæ ab eadem dependentes.*
53 *Approbatio ad Curam animarum latius patere non potest, quam pateat Diœcesis Ordinarii approbantis.*
54 *Observantia in contrarium, non obtinendo approbationem ab Ordinario, cujus animarum Cura per Parochum exercetur, non potest suffragari, & de ratione.*
55 *Maximè si dicta observantia processit ex errore Juris,* & num. seqq.
57 *Causæ propositio in* S. Congreg. Concil., *& facti series.*
58 *Resolutio ejusdem* S. Congreg.
59 *Quando Parochia habet Ecclesiam Parochialem in una Diœcesi, & Populum etiam in*

in altera, tunc in iis, quæ Curam animarum non respiciunt, populus, degens in aliena Diœcesi, subiicitur Jurisdictioni Episcopi Diœcesis, in qua habitat.

60 *Et signanter quoad Causas Matrimoniales, executiones dispensationum Matrimonialium, examen liberi status, dispensationes a denunciationibus &c.*

61 *Prout etiam quoad Concessionem Literarum dimissiorialium pro Ordinibus.*

62 *Nec non approbationem Confessariorum.*

63 *Erectiones Ecclesiarum, Monasteriorum, & Confraternitatum.*

64 *Delictorum punitionem.*

65 *Et generaliter quoad omnia, quæ spectant ad merum, & mixtum Imperium.*

66 *Admissa situatione Territorii in Diœcesi, Episcopus habet Jurisdictionem universalem super Populum, in suo Territorio degentem.*

67 *Episcopus habens Ecclesiam Parochialem in sua Diœcesi cum populo, etiam in aliena, habet in eundem Populum solummodo jus, quod habent Parochi in suos Parochianos; & in quo consistat tale jus.*

DECISIO LX.

AD sedandas controversias inter Capitulum Pistorien. & Capitulum Praten. 1 exortas super limitibus Praten. Diœcesis, prætendente Capitulo Pistorien., eos non egredi ambitum murorum Prati, & usque ad eos se protendere fines Diœcesis Pistorien., è contra contendente Capitulo Praten. ejus Diœcesim etiam ad Suburbia sese extendere, concordi utriusque Capituli voto cum auctoritate *Sac. Congreg. Concilii*, remissa fuit controversiæ *Decisio*, in personam Illustrissimi, & Reverendissimi D. Columbini Bassi, utriusque Ecclesiæ piissimi, & vigilantissimi Præsulis, & amantissimi Patris, qui, ut maturius in hujusmodi Causæ discussione procederet, in suum Assessorem assumpsit Illustrissimum D. Jacobum de Comitibus, R. C. Cosmi III. Auditoris, & in Signatura Libellorum supplicum Gratiæ, & Justitiæ primi Consiliarii, Viri in omni virtutum genere præstantissimi, coram quibus plenè discusso merito Causæ, ac me pro meo Capitulo Pistorien. scribente, prodiit Votum, in quo primò declara-
2 tum fuit, totum Territorium extra ambitum murorum Civitatis Prati, usque ad flumen Bisentii, esse de Diœcesi Pistorien., excepto Oratorio S. Rochi extra portam Florentinam, quod uti ferè adjacens prædictis muris, adjudicatum fuit Diœcesi Praten.; sicuti jus Collationis Beneficii, sive Oratorii S. Hieronymi translati in Ecclesiam Cathedralis Praten.; Secundo, quod ea pars Territorii ultra flumen Bisentii, in qua est Ecclesia S. Mariæ Pietatis, pariter pertineret ad dictam Diœcesim Praten.; Tertiò denique, quod approbatio nonnullorum Parochorum dictæ Civitatis, habentium partem Parochianorum extra eamdem Civitatem in Diœcesi Pistorien. spectaret ad Ordinarium Praten. Votum prædictum unà cum motivis rationibus, ad memoratam *Sac. Congregationem Concilii* à præfato Domino Præsule transmissum fuit, pro obtinenda illius confirmatione, quæ adhuc ob subsecutam mortem *Clem. XI. Summ. Pontif.* suspensa remanet, & in dies expectatur.

In disputationibus autem, coram dictis Judicibus habitis, acrior in primis disceptatio fuit circa intellectum Bullæ *Innoc. X. qui de anno* 1653. ad preces Gloriosæ in ævum memoriæ Serenissimi Ferdinandi II., & Serenissimi Cardinalis Leopoldi Medices, tunc Præpositi Praten., pro dirimendis litibus, quæ inter Episcopos Pistorien. & Præpositos Praten., in Romana Curia diu exarserant, ut apud *Gratian. discept.* 918. & *Fagnan. in cap. cum ab Ecclesiarum à num.* 13. *de Offic. Ordinarii*, suppressa Præpositura Praten. Insignem Collegiatam S. Stephani Oppidi Prati, in Cathedralem erexit, eamque æquè principaliter 3
univit Ecclesiæ Pistorien. ac fines dictæ novæ Cathedralis præscripsit hisce verbis -- *Necnon eidem Ecclesiæ Praten. sic in Cathedralem erectæ, pro Civitate, & Diœcesi ipsum Oppidum Prati, homines, habitatores, & incolas pro Populo, & Vassallos pro Vassallis &c. assignamus*. Ac successivè disputatio assumpta fuit super observantia tam interpretativa, quàm præscriptiva, quam ad sui favorem deducebat Capitulum Praten.

Quatenus pertinet ad primum punctum dicebam, nos omnino versari in claris: etenim, postquam Innocentius in præcitata Bulla quodammodo geometricè descripserat Oppidum Prati, ibi -- *Oppidum Prati hujusmodi, mænibus cinctum, plurium ædificiorum ornatu spectabile &c.* subinde -- *ipsum Oppidum pro Civitate, & Diœcesi* assignavit, unde præter ipsum Oppidum noluit fines Jurisdictionis dictæ Ecclesiæ extendere, sed intra illud coarctare, voluitque, quod unum, & idem Oppidum Civitatem, & Diœcesim constitueret, ut optimè ad rem *Bald. in cap. Rodulphus* 4
num. 18. & 19. *de rescript.* licèt de jure aliud sit Civitas, & aliud Diœcesis *Clem. nè Romani* §. *Sanè de elect. Abb. in cap. Tua nobis num.* 5. *versic. quæro an Diœcesis, de Offic. Vicar. Rot. cor. Coccin. dec.* 129. *num.* 1.

Adstipulantibus etiam tribus inconcussis Juris principiis, nempe quod Literæ Apostolicæ interpretandæ sunt vel juxta mentem Pontificis concedentis, vel à Jure communi declarationem recipiunt, ut observat præcæteris *Reverendiss. Petra ad Constit. Apostolic. tom.* 1. 5
in proæm. §. 4. *num.* 121. vel denique juxta tenorem postulationis, sive precum supplicantis ad *Text. in cap. inter dilectos*, §. *Cæterum, ibique Gloss. in V. petitionis, de fide Instrum. D. Auditor Bonfin. ad Banniment. Generał. cap.* 45. *oppos.* 1. *num.* 42. *Mart. Medic. decis. Senen.* 24. *num.* 41. *Rocc. disput. Jur. cap.* 71. *num.* 23. *Rot. cor. Cavaler. dec.* 225. *num.* 8. *coram Dunozet. Jun. dec.* 604. *num.* 7. & *cor. Emerix Jun. dec.* 1042. *num.* 7. & *dec.* 1175. *num.* 2. quæ Juris principia simul concurrebant ad evincendam limitationem Diœcesis Praten. intra ambitum murorum dictæ Civitatis.

Sanè quoad primum præter mentem dicti Summi Pontificis, literis adeo claris patefactam, constabat etiam de ejus expressa declaratione, de qua *Testes* luculentissimi, omni-

quo

que exceptione majores habebantur, nempe R.P.D. Prosper Fagnanus, & D. Marchio Gabriel de Riccardis, eo tempore Orator Serenissimi Ferdinandi II. apud Sedem Apostolicam, qui in tractatu dictæ erectionis operam suam impenderunt. Memoratus enim D. Marchio de Riccardis in responsione data Secretariæ Status dicti Serenissimi Ferdinandi de *die* 8. *Maji* 1655. relata in nostro *Summario num.*2. testatur primò, *R. P. D. Fagnanum* sibi asseruisse, quod mens Innocentii fuit, quod Ecclesiæ Praten. -- *s' assegnasse per Diocesi quanto conteneva il cerchio delle Mura solamente, e tutto il resto rimanesse à Pistoja* -- item de facto proprio subjunxit -- *Ed io pur mi ricordo, che il Papa disse, che voleva levare tutte le liti, che potessero nascere tra queste due Diocesi, col mettervi termini tanto reali, quanto erano le loro mura* -- Hæc siquidem declaratio mentis Pontificis concedentis, educta ex Testibus adeo qualificatis, omnem prorsus adimeret ambiguitatem, si quam verba præcitatæ Bullæ paterentur.

Accedebat etiam præmissis, ipsamet supplicantium intentio, cum idem D. Marchio de Riccardis in eadem sua Epistola addiderit -- *In Roma sempre si è da tutti caminato qud con supposto, che con le mura di Prato si terminasse la sua Diocesi, come sanno benissimo Monsignor Gerini, Gio: Battista Mancini, e Francesco Cicognini, che ebbero qualche mano in simile affare* --: De qua intentione aliud incontrovertibile habetur documentum, eductum ex Epistola ipsius Serenissimi Ferdinandi, ad Reverendissimum Gerinum Episcopum Pistorien., & Praten., *de die* 5. *Julii* 1655. in qua hæc præcisa verba leguntur -- *Mentre nel trattato di ereggersi la Prepositura di Prato in Cattedrale, fu con i Deputati de' Pratesi espressamente stabilito, che per Diocesi di quel Vescovado se gli assegnasse la Città di Prato, rimanendo tutto il di fuori nella giurisdizione di Pistoja, e con tale intendimento fu portato colla nostra autorità il negozio in Roma, e procuratone l' approvazione da S. Santità colla spedizione delle Bolle ec.* Unde cum de mente Pontificis concedentis, & Supplicantis abunde constaret, citra dubium verba Literarum Apostolicarum in alium sensum detorqueri non poterant, ut in his terminis
6 firmat *Rebuff. in l.*2. §.4. *V. restringitur. de V. signification.* certoque certiùs, quia adeo preclaro testimonio Supremi Principis de facto proprio, reluctari temerarium erat, per ea, quæ in terminis docent *Bald. in cap. cæterum*
7 *col.*3. *de Testib.*, præclarum Juris nostri Lumen, & Concivis meus *Cyn. in l. fin. C. si contra Jus, vel util. pub. & in l. rescript. quæst.*3. *& 4. C. de precib. Imperat. offeren.* optimè *Natt. cons.*482. *num.*46. ac plenè *Mascard. de Probat. conclus.*1227. *num.*12. 13. 30. 35. *&* 39. *vol.*3. *Spad. cons.*173. *n.*114. *tom.*3.

Ulteriùs progrediendo animadvertebam, quòd deducendo interpretationem verborum prædictæ Bullæ secundum Jus commune, adhuc innegabilis resultabat limitatio Jurisdictionis, intra limites murorum Civitatis Prati, siquidem Oppidi appellatio juxta pro-
8 prium Juris intellectum muris finitur, *ad Text. in d. l.*2. *ff. de verb. significat. cap. si Civitas de sent. Excomm. in* 6. *Alciat. & Rebuff. in d. l.*2. *Rot. coram Coccin. dec.*118. *num.*2. *&* 129. *num.*1.

Verba autem -- *homines*, *habitatores*, *& incolas* referenda esse necessariò ad homines, qui habitabant, vel domicilium habebant in Oppido, nè aliàs Populus, novæ Cathedrali assignatus, foret extra Diœcesim, cui ipsum tantùm Oppidum tribuebatur, cum alioquin nomine incolarum Oppidi non veniant ii, qui domicilium extra Oppidum in agro con- 9
stituerunt *l.*33. *ff. ad municipalem, & de incolis Rebuff. in l. Pupillus* §. *Incola ff. de verb. signif.* ibi -- vel non est incola urbis, qui in agro permanet *Alciat. in parerg. Jur. lib.*2. *cap.*7. *in fin.* Quin obstaret interpretatio data 10
prædicto *Textui in l. Pupillus* §. *Incola*, quod fines Oppidi intelligendi essent de suburbiis, quia hujusmodi interpretatio tanquam erronea reprobatur à doctissimo *Cujac. in eodem Text.* quem sequitur *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.*6. *rubr.*48. *num.*5. sed nomine finium Oppidi in præfato Textu, Villæ, Vici, & uni- 11
versum Territorium eidem Oppido subjectum sunt accipienda juxta *Text. in d. l. Pupillus* §. *Territorium*, *ibique Gloss.* §. *Incola verb. agrum*, *l. qui ex vico ff. ad municipalem Cujac. Rebuff. & Alciat. ead. l. Pupillus Luc. de Penn. in l. Cives C. de incol. Penia in Vot. Decis. impress. penes Fenzon. ad Stat. Urb. adnot.*41. *n.*3. *Oter. de Pasq. cap.*10. *num.*3. *&* 4. *Amaya observ. Jur. Comment. in Rubr. C. de incol. n.*134. *Klocbier. de Contrib. cap.*9. *n.*72. *&* 81.

Non refragante, quod post expressionem incolarum subsequatur expressio *habitatorum*, quia hæc erat necessaria ad exprimendos omnes subditos novi Episcopatus, quia illius Jurisdictio non tantùm comprehendit eos, qui in Oppido, vel Civitate domicilium fixum habent, verùm etiam simplices habitatores, cum simplex habitatio sine formali domicilio sufficens sit pro exercitio spiritualis Jurisdictionis, proindeque simplices habitatores in pluribus subiiciuntur Episcopo, in cujus 12
Diœcesi commorantur, *Amaya ubi sup. n.*116. *&* 117. *Fagnan. in cap. significavit*, *de Paroch. num.*34. *Sanchez de Matrim. lib.*3. *disp.* 23. *num.*7. *Pignatell. consult.*145. *tom.*1. *Prosper. de Territ. separat. quæst.*9. *&* 10. *Panimoll. decis.*5. *adnot.*1. *n.*64. *&* 65.

Itidem verba *Vassallos pro vassallis*, pariter extensionem dictæ Jurisdictionis nullatenus importare poterant, quia appellatione vassalli venit ille, qui subest ratione Feudi 13
ad *Text. in cap.*1. *in principio si de investitura inter Dominum, & vassallum Afflict. in cap.*1. §. *Si facta num.*11. *si de Feud. defunct. contend. Menoch. de recuperand. possess. remed.* 10. *num.*73. *Scrander de Feud. part.*10. *sect.*7. *num.*1. *& sect.*1. *num.*113. *& seq. Antunez de Donat. reg. lib.*2. *cap.*29. *num.*121. & aliquando etiam ille, qui subest Jurisdictioni Marchionis, seu Comitis, de feudo investiti, non solùm respectu ipsius Feudatarii, sed etiam respectu Principis infeudantis, ut notat *No-* 14
var. de vassall. gravamin. ferè *per tot. tract. Sanfelic. dec.*55. *& dec* 306. *Antunez. d. lib.*2. *cap.*4. *num.*17. *lib.*2. Hinc prædicta verba *Vas-*

ſallos pro Vaſſallis in caſu, de quo agitur, ſumi debent non abſolutè, ſed conditionaliter, quatenus nimirum Eccleſia Praten. vaſſallos ſub temporali Juriſdictione ante erectionem Cathedralis haberet, ut explicando ſimiles inveſtituras animadvertunt *Scrander de Feud. part.5. cap.2. num.55. & ſeqq. Roſental. de Feud. cap.12. concl.15. num.54.*

Præterea ſupervacanea apparebat hujuſmodi inſpectio, an appellatione Civitatis, ſive Oppidi, comprehenderentur etiam Suburbia, cum ageretur de ſuppoſito non ſupponente, Civitas enim Prati de tempore editæ Bullæ erectionis Epiſcopatus, nulla habuit realiter Suburbia, ſicut nec habet de præſenti, ſed tantùm illorum denominationem, ad effectus civiles pro exigendis contributionibus, cum Suburbia juxta juris intellectum nil aliud propriè ſint, quàm ædificia ab Oppido, vel Civi-
15 tate continuata, non verò ea, quæ ſparſim exiſtunt in agro pro commodo colonorum, optimè *Bald. in cap. Rodulph. de reſcript. cap.17.* ibi -- *Sicuti ſunt Suburbia conjuncta Civitati, nullo extraneo loco mediante* -- *D. Auditor Bonſin. ad Bannim. general. cap.23. in ſupplem. numer.11. Rot. cor. Emerix Jun. dec.470. num.6.* Quin ullatenus adverſaretur, quod ad prædictos effectus civiles aliqua loca adjacentia Civitati Prati, reputarentur Suburbia, quia Diœceſes non diſtinguuntur juxta terminos, pro cauſis, & juribus civilibus deſignatos, nec ad terminos dominii temporalis, ſed ſolùm juxta fines, ipſis Diœceſibus in generali primæva diviſione, ſeu poſtmodum per Sedem
16 Apoſtolicam, expreſsè attributos, *Barboſ. de Pot. Epiſcop. part.1. tit.1. cap.7. num.8. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.1. num.16. verſic. nil refragante, idem D. Audit. Bonſin. ad Bannim. general. in ſupplet. num.23. Proſper. de Territ. ſeparat. quæſt.1. num.22. Rot. cor. Coccin. dec.1128. num.3.*

Cæterùm propulſabatur etiam omnis difficultas, quia patebat, quod *Innocentius* X. noluerat concedere Eccleſiæ Pratenſi pro Civitate, & Diœceſi, niſi ipſum Oppidum, prout erat mœnibus cinctum, quia extra illud limites non appoſuit, quod utique feciſſet, ſi ultra id, quod mænibus continebatur, prædictæ Eccleſiæ aſſignare voluiſſet, cum in erectione novi Epiſcopatus finium aſſignatio ſit præciſè neceſſaria, ad evitandas controverſias inter Ordinarios, habentes Diœceſes conterminas, & quidem certitudinariè in illis locis, & illis Perſonis præſcribendus eſt, ac deſignandus diſtrictus Territorii, ſeu Diœce-
17 ſis, ad plenè firmata per *Fagnan. in cap. pernicioſam num.42. & ſeqq. & num.33. & ſeq. de Offic. Ordinar. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. part.3. alleg.107. numer.4. Reverendiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom.2. fol.220. ſub numer.36. Rot. dec.386. num.3. cor. Penia & dec.12. numer.5. cor. Peutinger. in Gerunden. Juriſdict. ſuper bon. Jur. 13. Junii 1692. §. Pariter, cor. Molines Decano, & in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bon. Jur. 1. Junii 1708. numer.10. cor. bon. mem. Reverendiſſimo Anſald. Decano:* Unde nunquam cenſetur conceſſum Territorium, niſi in privilegio appareat aſſi-
18 gnatio confinium, ut notant *Jo: Andr. in capit. nimis de jurejuran. Ancharan. in cap. Poſtulaſti num.4. de For. compet. Fagnan. in cap. ſignificaſti num.17. & ſeq. de Offic. Archidiac. Rota in Romana Juriſdictionis ſuper reſervat. 15. Aprilis 1701. §. Secundum fundamentum, cor. Molin. & in dicta Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis num.62. cor. bon. mem. Anſald.*

Denique in idem collimabat aliud Juris principium, quod in interpretandis Literis Apoſtolicis ille ſumi debet intellectus, per
quem, quoad fieri poteſt, non lædatur jus 19
tertii, *ad Text. in cap. ſuper eo de Offic. & Poteſt. Jud. deleg. Mart. Med. dec.24. num.42. Rocc. diſput. Jur. cap.78. num.17. Gabriel. de Jur. quæſit. non tollen. concl.3. num.16. Rota cor. Seraphin. dec.1082. num.7.* quapropter cum Oppidum Prati de tempore dictæ erectionis in Cathedralem, & antea ſemper extiterit de Diœceſi Piſtorien., in eoque etiam uſque ad eadem tempora Ordinariam Juriſdictionem exercuerit Epiſcopus Piſtorien., & Sede Epiſcopali vacante noſtrum Capitulum, retinendo ibidem Tribunal erectum, ac Vicarium pro exercitio dictæ Juriſdictionis, ut ex documentis plenè relatis per doctiſſimum *Fagn.*
in d. cap. Cum ab Eccleſiarum d num.13. de 20
Offic. Ordinar. & Gratian. d. diſcept.918. per tot. inde ſequitur, quod verſabamur in materia odioſa, nempe diſmembrationis Territorii, quo caſu conceſſio non extenditur ad annexa, & connexa, nimirum ad Territorium Oppido adjacens, ſed ſtrictam recipit inter-
pretationem, juxta monitum *Felin. in cap. Au-* 21
ditis n.9. cum ſeq. de præſcript. Lap. alleg.70. num.9. Rot. in Barchinonen. Juriſdictionis 12. Junii 1682. §. Ut penitus, cor. bon. mem. Cardinal. Matthæjo, & in d. Nullius, ſeu Fulden. numer.59.

Præceteris autem conſtabat evidenter de ſituatione Oppidi Prati, ex Indulto exemptionis Pii II. de anno 1463. conceſſo Præpoſito Collegiatæ S. Stephani Praten. tam eidem, quàm Canonicis, aliiſque Beneficiatis prædictæ Eccleſiæ, quia præterquamquod in ipſo Indulto ſit expreſſa mentio ſituationis prædictæ Eccleſiæ in Diœceſi Piſtorien. ipſemet titulus exemptionis ab Ordinaria Juriſdictione excludit jus Territoriale, ſive nullius, & tantùm operatur paſſivam exemptionem, nullatenus verò activam, quæ nunquam conceſſa præſumitur, niſi quoties conſtat, Pontificem voluiſſe Territorium ſeparare à Diœceſi, in qua conſtitutum erat, illudque transferre cum omnimoda Juriſdictione Eccleſiaſtica favore Prælati inferioris in Clerum, & Populum ſecularem loci ſeparati, eodem Epiſcopo pe-
nitus excluſo *Rota dec.220. num.9. part.9. de-* 22
ciſ.70. num.30. part.13. dec.483. n.14. part.14. dec.340. num.16. & 17. part.15. rec. & in Gerunden. Juriſdictionis 13. Junii 1692. §. Præterea, & §. Nec conceſſionem, cor. Reverendiſſimo Molines Decano, & in Leodien. Juriſdictionis 15. Martii 1700. §. Neutra tamen, cor. Eminentiſſimo Scotto, & in eadem Leodien. Juriſdictionis ſuper bon. Jur. 29. Aprilis 1701. §. Et hac intelligentia, cor. bon. mem. Card. Priol.

Nullaque vis fieri poterat in actibus geſtis per eoſdem Præpoſitos in dicto Oppido, præſe-

seferentibus qualitatem Nullius, quia suffocati remanebant ab actibus gestis per Episcopos Pistorien. & signanter per suos Officiales, ut supra deputatos in Oppido Praten., cum posita assistentia Juris favore Episcopi, etiam per aliquem actum Ordinariæ Jurisdictionis, præservata intelligitur omnimoda Jurisdictio, etiam in tota sua generalitate, juxta doctri-
23 nam Canonistarum *in cap. Cum Ecclesia, de caus. possess. & propriet. Surd. cons.*327. *n.*45. *& seqq. Rot. dec.*287. *num.*3. *part.*8. *& decis.*375. *num.*7. *part.*18. *rec.* & in præcisis terminis *in Leodien. Jurisdictionis* §. *Quoniam in fin. & in eadem super bon. Jur.* 29. *Aprilis* 1701. §. *Sublata, cor. Priol.*

Redeundo autem ad observantiam subsecutam post erectionem dictæ Cathedralis Praten. constabat, sensum Episcoporum Pistorien. & Praten. fuisse, quod Praten. Jurisdictio intra solam Civitatem coarctaretur, & signanter piæ memoriæ Episcopi Gherardi, qui in relationibus factis *Sacr. Congregationi Concilii* occasione Visitationis Sacrorum Liminum de anno 1681. 1682. & 1687. semper declaravit, quod Diœcesis Praten., Civitatis terminos non excedebat, quem Episcopum Gherardum secutus fuit in simili relatione de anno 1702. Illustrissimus, & Reverendissimus D. Franciscus Frosini tunc Episcopus Pistorien. & Praten. modo meritissimus Archiepiscopus Pisarum: Ac denique cæterorum Præsulum ab anno 1679. usque in præsens, qui in deputationibus Vicariorum Generalium Pistorien., post demandatam Generalem Jurisdictionem, adjecerunt limitationem, quod iidem Vicarii abstinerent ab actibus tam voluntariæ, quàm contentiosæ Jurisdictionis in Civitate Prati exercendis, proindeque omnem Jurisdictionem extra ipsam Civitatem Vicario Pistorien. delegaverunt, quod utique non fecissent, si Jurisdictio Praten. extra Civitatis ambitum restrictam non autumassent, & quod magis est sub oculis ipsorum Canonicorum Praten. visitarunt, tanquam de Diœcesi Pistorien., plura Oratoria, existentia intra limites Suburbiorum Prati, & prope ipsa mœnia, & ad Beneficia ibi sita institutionem concesserunt. Hæc sanè constans, & univoca intelligentia, tributa ab Episcopis prædictæ Bullæ Innocentianæ, omnem de per se sub-
24 moveret difficultatem, *Seraphin. Massin. de Confiscat. bon. quæst.*35. *n.*82. *Fontanell. decis.*482. *num.*11. *Lar. dec.*45. *num.*24. *Rota in Marsicen. Jurisdictionis super bon. Jur.* 7. *Junii* 1700. *impress. penes Illustrissimum D. meum de Comitib. dec. Floren.* 33. §.2. *num.*65. quæ
25 sufficeret, etiamsi ab unico tantùm actu elicceretur, *Palm. Nep. alleg.*148. *num.*36. *& docuit idem D. meus dec. Senen.*3. *num.*62.

Quibus pro irrefragabili argumento addebatur ipsorummet Canonicorum Praten. confessio, emissa occasione renunciationis quinque ruralibus Ecclesiis suburbanis, super quibus statim post dictam erectionem Episcopatus prætensionem excitarunt; In Instrumento siquidem dictæ renunciationis de anno 1656. expresse declararunt, se certiores factos fuisse de mente *Innocentii* X. quod ipsum Oppidum pro Diœcesi assignaverat, ac proinde cesserunt liti, & prætensionibus promotis super eisdem Ecclesiis, extra mœnia dictæ Civitatis existentibus, hinc nulla major afferri poterat probatio ad intentum, juxta *Text. in cap. per* 26
tuas, de probat. l. cum te C. de transact. & l. generaliter C. de numerat. pecun. cum aliis apud eundem *D. meum de Comitib. dec. Senen.*4. *num.*39.

His ita constabilitis frustraneum omnino videbatur assumere aliam inspectionem, super qua valde insistebat Capitulum Praten. adducendo quamplures actus Jurisdictionis in controverso Territorio Suburbiorum, priùs per Præpositos, deinde per Episcopos, & eorum Vicarios Generales exercitos. Exordiendo enim ab actibus gestis à Præpositis ante Episcopatus erectionem, cum fuerit in totum suppressa Præpositura, & loco illius erecta nova Cathedralis Ecclesia, actus exerciti ex titulo jam extincto, & omnino diverso confovere non poterant novum titulum Episcopatus ex alia causa derivantem, ad differentiam actuum, qui afferuntur pro Capitulo Pistorien., cum hi omnes ex eodem, ac nunquam interverso titulo originariæ Jurisdictionis, licèt gesti ex antiquissimo tempore, proficiscantur *ad Text. in l. eum qui* §. *ult. ff. de* 27
*Publician. Castren. in l. Celsus. num.*6. *ff. de Usucapion. Bald. ibid. num.*1. *vers. nunc venio, Mascard. de probat. concl.*1219. *n.*38.

Actus verò Jurisdictionales, post illius Ecclesiæ Cathedralis erectionem exerciti, adduci non poterant in vim contrariæ interpretationis, cum ex prædictis omnino reddatur clarus Bullæ Innocentianæ intellectus, & ii à contrariis actibus pro Capitulo Pistorien. adductis, utpote notoriis, & cum præcisa scientia Capituli adversarii gestis, omnino suffocarentur; multo minùs in vim præscriptionis opponi valebant, deficiente titulo colorato, bona fide, ac possessione per legitima tempora constituta, quorum omnium simultaneus concursus ad præscribendum exigitur, & ipsorum neutrum intentionem Capituli Praten. coadjuvare poterat.

Et quidem deficiebat titulus coloratus, sive putativus, cum ab omni verisimili interpretatione extraneum sit, verba præfatæ Bullæ, assignantis pro Diœcesi Oppidum Prati, extendere ad Suburbia, à pluribus anteactis seculis diruta, & quorum nullæ reliquiæ supererant, maximè adversus mentem Papæ concedentis, & sensum Episcoporum, aliosque actus interpretativos supra recensitos. Titulus autem coloratus non debet consistere in qualibet arbitraria credulitate ad hoc, ut causam præscribendi præbere valeat, sed à probabili errore debuit promanare *Lotter. de* 28
*Re Benef. lib.*2. *quæst.*24. *num.*216. *& seq. Rot. dec.*324. *num.*8. *part.*1. *& dec.*21. *n.*12. *part.*14. *recent.* & talis apparentiæ existere, ut si subsisteret, Jurisdictionem tribueret, ut notant Scribentes *in l. Celsus* 27. *ff. de Usucap. Larr.* 29
*allegat. fiscal.*68. *Tondut. Quæst. Benef. part.*3. *cap.*199. *sub num.*6. *Lotter. de Re Benef. lib.*2. *quæst.*24. *num.*217. *Adden. ad Gregor. dec.*289. *sub num.*16. *Rot. cor. Coccin. dec.*235. *num.*8. *& in rec. dec.*91. *num.*3. *part.*1. Quapropter cum Capitulum Praten. desumat suum titulum colo-

lo-

loratum à Bulla Innocentiana, ac si per eam fuerint eidem pro Diœcesi assignata Suburbia Civitatis Prati, sequitur, quod cessante hoc supposito, ac manifesta insubsistentia hujus tituli, actus, qui ab eo processerunt,
30 remanserint inefficaces, ut in terminis *Rota in Firmana Jurisdictionis* 10. *Maji* 1700. *numer.*32. *impress. post Monacell. in Formular. tom.*2. *dec.*40. & in casu tituli nulli, desumpti ex privilegio Apostolico, licèt coadjuvati à
31 quadragenaria, dixit *Rota in Baren. Jurisdictionis* 20.*Maji* 1613. *cor.Verospio impress. apud Marchesan. de Commiss. part.*1. §.2. *fol.*1069. & *in Leodien. Jurisdictionis* 15. *Maji* 1688. §. *Assumpta*, & §. *Minùs obstant*, *coram Rondinin.*

Præterea deficiebat etiam bona fides, quia sub oculis ipsorum Canonicorum Praten. Episcopi associati à Canonicis Pistorien. semper visitarunt saltem quatuor Oratoria, existentia in Suburbiis, & intra limites Parochię ejusdem Cathedralis, cujus cura regulariter per unum ex iisdem Canonicis Praten. exercebatur, & quod magis est, in memorato Instrumento dictarum quinque Ecclesiarum ruralium fassi fuerant, mentem *Innocentii* X. fuisse, quod pro Diœcesi Praten. ipsum tantùm Oppidum attributum fuerat; defectus enim bonæ fidei præscriptionem etiam longissimi temporis totaliter inficit, ac destruit
32 *ad Text. in cap. Vigilanti, de Præscript. cap. Possessor, de Reg. Jur. in* 6. *Larr. alleg. Fiscal.*68. *num.*26. *Palm. Nep. allegat.*2.*num.*2.& *dec.*81.*n.*39. *tom.*1.

Eodemque vitio laborabant actus gesti per Episcopos in Visitatione Oratorii S. Rochi existentis extra, & propè ipsam Civitatem Prati, cum haberent scientiam indubiam pertinentiæ dicti Territorii ad Diœcesim Pistorien. ut plenè comprobabatur ex Literis dicti Serenissimi Ferdinandi II., ex reiteratis eorum assertionibus, & positivis actibus dictarum Visitationum supra recensitis: Multoque fortiùs actus gesti per eorum Vicarios, in Civitate Prati deputatos, qui precario ipsorum Episcoporum nomine Jurisdictionem
33 exercebant, ad *Text. in cap.*1. *de Præscription. in* 6. *Rot. dec.*578. *num.*4. *cor. Buratt.* & *in recent. dec.*130. *num.*7. *part.*8. & *dec.*334. *num.*5. *part.*13.

Eoque urgentiùs, quia, cum ageretur de Territorio ejusdem qualitatis, & naturæ, nempe existente extra dictam Civitatem Prati, & sub nomine Suburbiorum appellato, manifestam reddebat implicantiam, quod in eodem constituerentur duę quodammodo Diœceses, quodque unum Oratorium, situm in Diœcesi Pistorien. spectaret ad Diœcesim Praten., quo nihil absurdius potest excogitari,
34 ut monuit *Fagnan. in cap. Auditis n.*9. & 10. *de Præscript. Lotter. de Re Benef. lib.*2. *quæst.*24. *num.*11. *Rot. dec.*391. *num.*24. *part.*13.*rec.* Ac proinde nulla consuetudo, vel præscriptio poterat esse operativa, ad hujusmodi monstruosam prætentionem obfirmandam, ut in præcisis terminis *Rot. dec.*334. *n.*11. *part.*13.
35 *rec.* ibi -- *At nunc quandoquidem non agitur de manutentione, vel de exercitio Jurisdictionis, sed de Territorio in genere, & attento quod ponitur Territorium Abbatis esse intra fines, nulla consuetudo, vel præscriptio operari potest, ut in eadem Civitate sint duo capita, hoc enim esset monstrum* -- Et deinde relato *Butrio*, de ejus mente prosequitur dicens: ibi -- *Quod cum Episcopatus sit unum corpus, cujus caput est Episcopus, si ponantur ibi duo capita, fiet unum corpus duo capita habens, quod est monstruosum, sive prodigiosum, quod natura abhorret, & jus respuit, & quod hoc non sit possibile, ut Abbates, vel Prælati inferiores præscribant Territorium, ut separatum ab Episcopo, ita ut quasi caput faciant in eadem Diœcesi &c.* -- Cæterum vel actus prædicti pro-
cesserunt ex mala fide, &, ut dictum est, 36
nullatenus relevabant, vel ex errore, & pariter inefficaces reputari debebant, cum er- 37
ror juris, sive facti discoloret titulum, & causam præscribendi adimat *Felin. in cap. de quarta num.*58. *de Decim. Rot. dec.*21. *num.*12. *part.*14. *rec.*, Et de errore Juris *Geminian. in cap. Episcopum num.*19. *de præscript. in* 6. *Lotter. de Re Benefic. lib.*1. *quæst.*24. *num.*217. *Rot. cor. Coccin. dec.*295. *num.*4. & 5. & *in rec. dec.*221. *num.*10. *part.*13.

Tollebatur denique requisitum legitimæ possessionis, quia tempus sufficiens ad præscribendum nondum elapsum fuerat, nempe centenaria, vel immemorabilis æquipollens privilegio Pontificis, ad quem dumtaxat pertinet Diœcesibus fines attribuere, aut eas dis-
membrare *ad Text. in cap. Cum contingat. de* 38
for. compet. cum cæteris *relat. in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super præscriptiva* 15. *Junii* 1711. *num.*6. *cor. bon. mem. Caffarell.* & in terminis præscriptionis Juris Territorialis *Rota in Fanen. Canonicatuum* 5. *Maji* 1700. §. *Neque concessio*, *cor. Card. Caprar.* & *in Firmana Jurisdictionis* 5. *Aprilis* 1701. *cor. Molines*, & *in Theatina Jurisdictionis* 18. *Februarii* 1707. *in princ.* & *in* §. *Parum urgente*, *cor. Emin. Scotto*. Et licèt contra ea, quæ antea sæpius firmaverat eadem *Sac. Rota coram Priol. dec.*295. *num.*11. & *in rec. dec.*334. *numer.*22. *part.*13. & *in Firmana Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1704. §. *Cum itaque*, *cor. Molin.* & in aliis plenè cumulatis in *Leodien. Jurisdictionis* 15. *Martii* 1700. §. *Minùs ad intentum*, *cor. Eminentissimo Scotto*, & cæteris proximè allegatis, deinde censuerit, sufficere ad præscribendum Territorium quadragenariam cum titulo colorato, ut in *dicta Nullius,*
seu Fulden. 15. *Junii* 1711. *numer.*2. & *se-* 39
quent. cor. Caffarell., Attamen observabam, salva semper summa veneratione erga *Sacr. Tribunal*, quod videbatur anteriori potiùs opinioni adhærendum, quàm recentiori, uti magis conformi sensui *Sacr. Congr. Concilii*, & etiam quia si post Urban. Constitutionem in alienatione, & etiam in locatione ad longum tempus rerum cujuslibet inferioris Ecclesiæ, necessaria est centenaria ad præsumendum Apostolicum beneplacitum, non videtur quare ad præscribendum Territorium, sufficiens reputari debeat sola quadragenaria cum titulo putativo.

Concurrente itidem alia ratione, quod cum
præscriptio sit quædam indirecta alienatio, 40
procedens à negligentia possessoris, ad *Text.* in

in l. Alienationis verbum ff. de V. significat. latè Vela dissert.48. à num.12. cum plur. seqq. & benè ad propositum Fontanell. de pact. nupt. clausf.4. gloss.13. part.4. numer.54. & dec.480. n.8. & 9. & cum alioquin jura Episcopalia non possint in alium nec expressè transferri, 41 ob juris resistentiam, per *Text. in cap.1. & tot. tit. de reb. Ecclesiæ non alienand. & per d. Constit. Urban. VIII. super præjudicialibus Ecclesiæ editam 5. Maji 1641. impress. post Galles de rest. in integr.*, per consequens, inefficax reputanda erat ordinaria præscriptio ad acquirendum Territorium, nè major esset vis taciti, quam expressi, sed omnino necessaria ad hunc effectum immemorabilis, vel centenaria, quæ solæ sunt aptæ ad præsumendum Apostolicum privilegium, eoque maximè, quia, ubi alienationi resistit expressa, & specialis Juris prohibitio, quadragenariam 42 etiam cum titulo putativo nequaquam sufficere latè tradunt *Castill. controv. lib.5. cap.93. §.8. num.27. cum plurib. seqq. Vela dissert.48. numer.14. Cresp. de Valdaur. observ. part.1. observ.23. num.175. Pereyra dec. Portugall. 52. num.4. & seqq. Panimoll. dec.232. num.26.*

Urgentiùs etiam, quia agebatur de materia expressè reservata Supremæ Potestati Summi Pontificis, cujus est Territoria, & Diœceses 43 assignare, per dismembrationem minuere, vel respectivè augere, juxta *Textum in cap.1. de Sed. Vac. Card. de Luc. de Præemin. disc.7. num.12. Adden. ad Buratt. dec.912. num.11. in cap. cum contingat, de for. compet., ibique Hostien. num.1. Butr. n.8. Abb. num.10. Rota in Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1701. §. Cum itaque, cor. Molin. & in Burgen. Jurisdictionis 26. Junii 1709. §. Præmissa, cor. R. P. D. Lancetta*, Ac proinde ratione duplicis obstaculi resultantis tam à generali prohibitione alienationis Jurium Ecclesiarum, quàm à natura rei, quæ exigit expressam Papæ auctoritatem, reddebatur manifestum, quod quadragenaria etiam cum titulo putativo, tanquam illegitima, & insufficiens, non esset ad-44 mittenda, ex traditis *per Vel. dict. dissert.48. num.14. Pereyr. dec. Portugall. 52. num.4. & seqq.* & in efficacioribus terminis *Panimoll. dec.132. num.26.* ibi -- *Quinimmo, cum præter Jus commune antiquum, alienationi rerum Ecclesiæ resistat Paulina, & novissimè dicta Urbana Constitutio preservativa Jurium Ecclesiæ, per quas additur, ut etiam in casu licito non possit fieri absque assensu Apostolico, quadragenaria præscriptio, concurrente hac duplici prohibitione, hodie non sufficit.*

Ad hæc ineluctabilis addebatur responsio pro removendo objecto hujusmodi quadragenariæ, nempe, quod omnis illius effectus remanebat sublatus, quia constabat, eam non solùm non fuisse pacificam, verùm etiam à continuatis actibus ad utramque Jurisdictionem tam voluntariam, quàm contentiosam pertinentibus, per Episcopos, & Vicarios Pistorien. intra limites dictorum Suburbiorum exercitos, omnino subversam, cum ad eam elidendam sufficiat etiam unicus 45 actus Jurisdictionalis gestus ab eo, qui verò, & justo titulo suffultus reperitur *Rot. coram Zarat. dec.21. numer.12. & 14. cor. Bich. decis.290. num.32. cor. Cerr. dec.607. num.19. in rec. dec.117. n.8. part.4. & in Mantiss. ad De Luc. ad mater. de Regal. dec.6. numer.21.* Ac proinde comprobata ex Bulla dictæ erectionis, ac ex mente ipsius Pontificis pertinentia ad Diœcesim Pistorien. omnis Territorii existentis extra ambitum murorum Prati, ac limitatione Jurisdictionis Cathedralis Prati in ipso Oppido, non obstantibus actibus Visitationum in contrarium dicti Oratorii S. Rochi, per errorem forsan per Episcopos gestis, adhuc non poterat Cathedrali Pistorien. denegari ipsius Oratorii pertinentia, tanquam pars sui Territorii, quia probatio pertinentiæ respectu unius loci influit in cæteros ejusdem generis, & qualitatis, ex regula, quod in acti- 46 bus provenientibus à Causa universali, ipsa Causa attenditur potiùs, quàm aliquorum actuum exercitium *Rot. cor. Mantic. dec.320. n.6. & seq. Cels. dec.7. n.7. & 8. & in Januen. Abbatiæ 10. Martii 1692. §. Etenim, cor. Reverendiss. Zamoren. & 15. Junii 1693. §. Quandoquidem, cor. Card. Caprar. & in Dertbusen. Jurisdictionis super bono Jure 26. Aprilis 1694. §. Etenim, cor. eod. & in Marsicen., seu Nullius Jurisdictionis super bon. Jure 7. Junii 1700. impress. apud præfat. D. de Comit. dec. Floren. 33. §.11.*

Descendendo ad secundum punctum controversiæ, nempe cujusdam exiguæ partis Territorii existentis ultra flumen Bisentii, in quo sita est Ecclesia S. Mariæ de Pietate, hodie per Fratres Carmelitas Discalceatos possessæ, licèt fines antiquæ Diœcesis Pistorien. ultra idem flumen sese non extenderent, nihilominus dicebam, illam spectare ad Diœcesim Pistorien. ad exclusionem Cathedralis Praten. Siquidem constabat, quod eadem antea possidebatur per Præpositos Praten. quodque Ecclesiam prædictam uti exemptam ab Ordinariorum Jurisdictione solemniter benedixerit de anno 1617. Phillppus Salviati tunc Præpositus Collegiatæ Praten. undè, cum postmodum Innocentius X. ad sedandas lites inter Præsules Pistorien. eosdemque Præpositos erexerit in Cathedralem Collegiatam Praten. assignando eidem taxativè Oppidum Prati pro Civitate, & Diœcesi, illudque dismembrando à Diœcesi Pistorien. sequitur exinde, quod dicta pars Territorii possessa per dictos Præpositos remanserit implicitè, seu consequenter assignata eidem Pistorien. Diœcesi, ut optimè ad propositum *Rota* in pluries *citat. Nullius, seu Fulden. num.12. cor. Ansald.*, nè 47 alias locus ille sine ministro relinqueretur, ut in terminis ratiocinatur eadem *Rota loc. proximè cit.* Idque etiam proxima observantia declaravit respectu quinque Ecclesiarum Suburbanarum, quæ, ut præmisimus, possidebantur per dictos Præpositos, & quas subinde Capitulum Praten. in solemni Instrumento de anno 1656. declaravit, spectare ad Diœcesim Pistorien. cum nulla dari possit diversitatis ratio inter dictas Ecclesias, ac dictam exiguam partem Territorii, nam in utrisque patem Jurisdictionem exercebant dicti Præpositi. Quod præterea comprobabatur ex tractatu inito occasione erectionis dictæ Cathedralis, in quo, ut habebatur luculentissimum testimonium Serenissimi Ferdinandi

di II. in præcitata Epistola ad Episcopum Gerinum, actum fuit, ut totum id, quod erat extra Civitatem Prati, remaneret Diœcesi Pistorien., ibi -*rimanendo tutto il di fuori nella Giurisdizione di Pistoja*-

Et quamvis quoad hanc partem Territorii nulli actus Jurisdictionales pro Diœcesi Pistorien. adducerentur, quinimmo omnes faverent Cathedrali Praten. nihilominus pro remotione obstaculi præscriptionis recurrebant principia Juris supra deducta, nempe defectus centenariæ, vel immemorabilis, ad hunc effectum præscribendi Territorium requisitæ, simulque bonæ fidei, & tituli saltem rationabilis, cum ex lectura ipsius Bullæ erectionis resultaret illius infectio per se apta ad inficiendam quamlibet possessionem, aut observantiam *Rot. post Tamburin. de Jur. Abbat. dec.*55. *num.*10. cum ceteris plenè congestis in sæpe dicta *Nullius*, *seu Fulden. num.*152. & *seq. cor. Ansald.* Et denique quod iidem actus censeri saltem debebant gesti ex errore Juris, vel facti, cum in Episcopis animus derogandi Juribus unius, vel alterius Ecclesiæ præsumi nequeat, maximè cum de eorum interesse non ageretur, cum in utraque Ecclesia pari potestate præsiderent, quod, ut dictum est, sufficiebat ad enervandam illorum efficaciam.

48

49

Quoad tertium denique, & ultimum punctum Controversiæ circa subjectionem trium Parochorum Civitatis Prati, nempe Cathedralis, Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci, habentium partem Populi extra ipsam Civitatem in Diœcesi Pistorien. dicebam, quod cum in ea habitantes sint Diœcesani Pistorienses, & animæ Episcopo Pistorien. concreditæ, Parochi, qui earum Curam gerunt, licèt Ecclesiam habeant in Civitate Prati, subesse debebant Jurisdictioni ejusdem Episcopi Pistorien., vel Capituli sede vacante respectu exercitii Curæ animarum dictorum Diœcesanorum Pistorien. Ac proinde debebant ab Ordinario Pistorien. examinari, approbari, & delinquentes in eorum officio puniri, ac reliqua onera subire, ad quæ tenentur reliqui Parochi ejusdem Diœcesis, prout in simili servatur ab Illustrissimo, & Reverendissimo, Metropolitano nostro Florentino nostro *Summ. num.*35. Cum non implicet, quod una eademque Persona possit esse diverso Jure subjecta, & exempta, & sic quod dicti Parochi non subsint Jurisdictioni Ordinarii Pistorien. respectu exercitii Curæ animarum, quæ sunt in Civitate Prati, & subjecti sint eidem respectu exercitii ejusdem Curæ Parochianorum habitantium extra eandem Civitatem argumento *Text. in cap. Cum Capella* 16. *de Privileg. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.*14. *sub num.*4. *Rot. in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure* 5. *Martii* 1692. §. *Pariter*, *coram Molines*, & conferunt deducta *in d. Firmana Jurisdictionis* 10. *Martii* 1700. §. *Non enim implicat*, *coram eodem*. Sicuti non repugnat, quod existente exempta Ecclesia, non sint exemptæ Capellæ ab ea dependentes cum ab exemptione capitis necessariò inferri non possit ad exemptionem membrorum, ut ratiocinatur *Rot. in d. Firmana* §. *Parum refragante*. Et ita in præcisis terminis resolvit eadem *Rot. in Portuen. Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1712. §. *Hinc non relevabant*, & *in eadem super Censuris*, & *Attentatis ejusdem diei* §. *De Attentatis*, *cor. bon. mem. Card. Priol.*; ubi firmatum fuit, quod nulla est implicantia, quod aliqua Parochia se extendat ad partes diversorum Territoriorum, quodque eo casu Parochus pro ea parte, quæ uni Episcopo subest, teneatur recognoscere illius Jurisdictionem, & pro alia illam alterius, cujus est Territorium, cum approbatio ad Curam animarum ab uno Episcopo reportata latiùs patere non possit, quàm pateat ejus Diœcesis, cum extra illam tanquam privata persona censeatur: Quam sententiam probavit etiam *Sac. Episcoporum*, & *Regularium Congregatio in Perusina die* 22. *Junii* 1708. relata *in d. Portuen. super Censuris*, & *Attentatis d.* §. *De Attentatis autem*, *in fin.*

50

51

52

53

Ad contrariam verò observantiam, super qua fundatur Votum Illustrissimi D. Episcopi, dicebam, quod duplici motivo exclusa remanebat illius virtus in casu nostro, primò namque, quod, præsupposito, quod idem Territorium, ad quod se extendunt prædictæ Tres Parochiæ, pertineat ad Diœcesim Pistorien., & consequenter, quod Personæ in eo degentes sint oves propriæ Episcopi Pistorien., de quibus rationem reddere tenetur Supremo Judici, nulla potest dari præscriptio, aut observantia, per quam ille excludatur à vigilantia super dictis, ovibus sibi commissis, & ab actu examinis, & approbationis Parochi, qui illarum curam subalternam gerit, cum iste sit actus inabdicabilis ab Episcopo, ut probavi in fine *Voti clar. mem. Cardinal. Sperelli* infra allegandi.

54

Item quia observantia prædicta processit ex manifesto Juris errore, cum Episcopi Pistorien., & Capitulum Sede vacante non curaverint in examine, & approbatione dictorum Parochorum sese ingerere, quia consultus super hoc dubio memoratus Cardinalis Sperellus à semper recol. mem. Episcopo Gherardo, & insimul à nostro Capitulo, tempore, quo in Romana Curia Advocationis munus exercebat, respondit, hujusmodi approbationem, & examen spectare ad Episcopum Praten. ut in suo *Voto per Me impress. primo Tom. Dec.*

55

Unde cum manifestè pateret ex rationibus supra deductis, & potissimùm propter Oraculum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, & Sacræ Rotæ, quæ hunc punctum in ipsis terminis definiverunt, sententiam ejusdem Cardinalis Sperelli quoad hoc non subsistere, consequenter etiam observantia, quæ ab hujusmodi Juris errore promanavit, ruere oportebat, ex traditis *per Gemin. in cap. Episcoporum*, *num.*19. *de p. æscript. in* 6. *Rot. dec.*295. *n.*4. & 5. *cor. Coccin.* & *in rec. dec.*221. *n.*10. *part.*13.

56

Quamvis autem Sapientissimorum Judicum Votum super secundo, & tertio ex punctis supra examinatis, nobis contrarium, venerari, ut par erat, non abnuerim, nihilominus, ut ingenuè fatear, meus intellectus acquiescere omnino non potuit resolutioni, ma-

maximè super tertio ex iisdem punctis propter rationes, & auctoritates superiùs deductas quæ ineluctabiles meo judicio videbantur.

Jo: Jacobus Scarfantoni Canonicus Pistorien.

56 POST hæc, proposita fuit Causa prædicta in *Sac. Congregatione Concilii sub die 2. Augusti* 1721., & Patribus contra Laudum non reclamantibus, prodiit Rescriptum *Dilata*, *& ad D. Secretarium juxta mentem*; ac deinde *sub die 2. Octobris* iterum proposita fuit, ac in solito folio R.P.D. Secretarii fuit extensum ad mentem *d. Sacr. Congregationis* illius doctissimum Votum, quod hic adnectitur.

Pistorien., & Praten.

Proposita fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die 2. Augusti* 1721. cujus Folium una cum Scripturis tunc distributis, poterit ab EE. VV. benignè juxta morem reassumi. Tunc autem nulla fuit capta resolutio, sed rescriptum fuit *ad Dominum Secretarium juxta mentem*, & mens fuit, quòd, licèt Laudum ab Episcopo prolatum bonis rationibus innixum esse videretur, & signanter cum editum fuisset juxta normam insinuatam in suffragio pro veritate exarato à clar. mem. Cardinali Sperellio, dum Advocati munere fungebatur in Urbe, necessarium nihilominus visum fuit, quòd ante Laudi approbationem nonnulla explanarentur; cum etenim ad tramites suffragii mox memorati Cardinalis Sperellii, Episcopus in Laudo prolato censuerit, ad Ordinarium Pratensem, privativè quoad Pistoriensem, spectare Jurisdictionem super Parochos trium Parochialium Civitatis Prati, habentes Populum in Diœcesi Pistoriensi, & ad eum pertinere illorum approbationem, institutionem, & punitionem, quatenus in exercitio Curæ animarum deliquissent, remanente de cætero eodem Populo, exceptis iis, quæ pertinent ad Curam animarum, sub Jurisdictione Ordinarii Pistoriensis, ad præcavendas futuras lites, operæ pretium existimatum fuit, ante Laudi approbationem perpendere, ad quem ex dictis Ordinariis, hoc est, an ad Pratensem, vel ad Pistoriensem, pertineat examen quoad Status liberos eorum Parochianorum, qui degunt extra Civitatem, & qui subduntur Parochiis in Civitate existentibus, ad quem pariter ex ipsis Ordinariis pertineat executio dispensationum Matrimonialium, cognitio de Matrimonialibus Causis, judicandi facultas in Causis dependentibus à Cura animarum, aut à Jure Parochiali, puta si ageretur de puniendis Concubinariis, vel de Quarta Funerali, & consimilibus rebus.

Ut autem mens *Sac. Congregationis* plenè adimpleretur, novas dedi Literas Episcopo, qui fuit in sensu, quem tamen EE. VV. Judicio submisit, quòd omnia supra recensita pertinere deberent ad Episcopum Pistoriensem, hujusque assertionis bina possunt esse fundamenta. Alterum est, quòd in sæpecitato suffragio clar. mem. Cardinalis Sperellii dictum quidem fuit, quòd Parochi existentes in Civitate Prati, seu Parochialem Ecclesiam in dicta Civitate habentes, poterant suam Jurisdictionem exercere in Parochianos suæ Parochiæ subjectos, non obstante quòd degant extra Civitatem Prati, non nisi quia *Innocentius Papa* X., qui Oppidum Prati in Civitatem, & Collegiatam in Cathedralem erexit, quique novæ Cathedrali pro Civitate, & Diœcesi assignavit Oppidum Prati, nullum voluit afferre præjudicium Parochis, quin ipsi suam jurisdictionem possent exercere in Parochianos, quamvis extra mœnia Prati degentes; dictum ulteriùs fuit in eodem suffragio, quòd Episcopus Pratensis poterat Jus suum in dictos Parochianos extra Civitatem degentes exercere in his, quæ pertinent ad exercitium Curæ Parochialis, sed eodem contextu dictum est, quòd exceptis pertinentibus ad Curam Animarum, Populus degens extra mœnia, tanquam de Pistoriensi Diœcesi, in delictis, & in actis Judicialibus, subjectus esse debebat Episcopo Pistoriensi; quo stante, si Jus Episcopi Praten. est ad Curam animarum restrictum, & ulteriùs si Jus Episcopi Pistorien. exercitium respicit Jurisdictionis, ad Episcopum Praten. spectare debebit Parochorum approbatio, institutio, & punitio, si in exercitio Curæ animarum delinquant, ut dictum fuit in Laudo ab Episcopo prolato, & de Juribus Episcopi Pistorien. esse debebit examinare status liberos, exequi dispensationes Matrimoniales, cognoscere de Matrimoniis, judicare in Causis, in quibus opus est punire Concubinarios, aut de Quarta Parochiali ferre judicium, cum omnia hæc ad Jurisdictionem Episcopalem, sive voluntariam, sive contentiosam sint referenda, quæ Jurisdictio non ab alio, quàm ab Episcopo Pistorien. in dictos Parochianos exerceri potest, utpote in sua Diœcesi manentes.

Alterum fundamentum est; quòd Episcopus in sua nova Epistola, cum à me fuisset interrogatus, ad quem juxta observantiam spectaret ordinatio Clericorum degentium in illa parte Parochiarum, quæ est extra Civitatem Praten., respondit, observantiam stare pro Episcopo Pistorien., in quo rerum statu applicabilis videtur dispositio *Text. in cap. Nullus, de Parochiis*, ibi .. *nullus Episcopus alterius Parochianum judicare præsumat*. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare potest. Probat hic *Text.* ad eum spectare facultatem exercendi potestatem Ordinis, uti adnotavit *Fagnan. num.*2., & in eodem Textu Papa argumentatur à minori ad majus, quasi dicere voluerit, si Episcopus non potest ordinare, licèt Ordo sit voluntariæ Jurisdictionis, multo minus poterit judicare, cum judicium referatur ad Jurisdictionem contentiosam, ut adnotavit *Abb. in d. Textu, num.*2. & prosequitur *Pirhing. ad lib.*3. *Decretal. tit.*29. *de Parochiis* §.4. *num.*15. quo circa si Episcopus Praten. non potest ordinare Clericos in dictis locis degentes, & eorum Ordinatio est de juribus Episcopi Pistorien., ejusdem Episcopi Pistorien. esse debebit etiam facultas actus prædictos exercendi, utpote ut plurimum referibiles ad Jurisdictionem contentiosam.

His stantibus, dignabuntur EE. VV. decernere An,

An, & quomodo Laudum sit approbandum in casu &c.

58 Die 2. Octobris 1721. *Sac. Congr. Concilii* respondit

Laudum esse approbandum, & quoad petitam declarationem recurratur in casibus particularibus.

Quamvis verò *Sacr. Congregatio* se abstinuerit à declaratione prædicta ex motivo, quòd eadem complecti non poterat omnes casus, qui circa præmissa contingere poterant, & quia jam generaliter satis provisum fuerat in Laudo, in quo plena, & omnimoda voluntaria, & contentiosa jurisdictio in toto Territorio extra Civitatem Prati, etiam circa murorum ambitum usque ad flumen Bisentii, declarata fuit favore Episcopi Pistorien., & ulteriùs additum, non licuisse, neque licere Episcopo Praten., vel ejus Vicario, & Sede Vacante, Vicario Capitulari, ullos actus neque publicæ, neque privatæ, neque voluntariæ, neque contentiosæ Jurisdictionis inibi exercere, excepta tantummodo Cura animarum, & Sacramentorum administratione Parochianorum Cathedralis, Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci extra Civitatem Prati de-
59 gentium; Nihilominus, ut in præinserto Voto firmatur, actus in eodem recensitos, aliosque persimiles spectare credimus ad Episcopum Pistoriensem, cujus est Diœcesis, & Populus in ea degens, & signanter cognitio Causarum
60 Matrimonialium, quæ non solùm ad Jurisdictionem, sed etiam ad Dignitatem Episcopi spectant *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.24. num.194.*, & in ejus sequelam etiam executio Dispensationum Matrimonialium, & examen liberi status, dispensatio à Denunciationibus, quæ omnia ad dictam Jurisdictionem Episcopi Ordinariam spectant *Barbos. de Jur. Eccles. lib.1. cap.10. §.4. num.134. & §.6. num.182. & seqq. & de Potest. Episcop. part.1. tit.1. numer.16.* ac multo magis Ordinatio Clericorum *Gloss. in cap. Dilectus, in V. de lege ff. de offic. Ordinar.* & concessio Literarum Dimis-
61 sorialium pro Ordinibus ab alio Episcopo recipiendis *Barbos. de Jur. Eccles. lib.1. cap.10. num.111. & 112. Rota cor. Zarat. dec.10. numer.20. dec.21. num.32. & dec.70. n.36. & 57. part.13. rec.* approbationes Confessariorum
62 ad audiendas Sacramentales Confessiones *Rot. penes Posth. de Manut. dec.310. num.3. coram Zarat. d. dec.10. num.19. & dec.22. num.2.*
63 *part.7. rec.* erectiones Ecclesiarum, Monasteriorum, & Confraternitatum, ad *Text. in cap. Nullus omninò. quæst.7. Rota coram Royas dec.111. num.2. & dec.7. num.1. part.13. recent.* Quæ omnia pertinere ad Ordinariam Jurisdictionem plenè firmavit *Rota in Leodien. Jurisdictionis 15. Martii 1700. §. Clarior, coram Eminentissimo Scotto.* Ac generaliter Inquisitio, & coercitio omnium scelerum, & 64
exercitium cæterorum actuum, ad voluntariam etiam, & contentiosam Jurisdictionem, & ad merum, & mixtum imperium spectan- 65
tium, cum admissa situatione Territorii in 66
Diœcesi, resultet de consequenti, quòd Episcopus, cujus est Diœcesis, habeat universalem, & independentem Jurisdictionem super ovibus in suo Territorio, sive Diœcesi depascentibus, ac super omnes Ecclesias inibi existentes, ut sunt *Text. aperti in cap.1. & cap. Conquerente, de offic. Ordinar. cap. Cum Episcopus, eod. tit. in 6. cap. Cum personæ, de privileg. in 6. Can. omnes Basilicæ 16. quæst.17. Trident. sess.24. de reform. cap.20. Gonzal. ad d. cap.1. num.6. de offic. Ordinar. Barbos. de Pot. Episc.* cum cæteris plenè congestis per *Rot. in Giennen. Adjunctorum 13. Februarii 1702. §. Pro enim adstruendo, cor. Molines Decano. Mantic. dec.251. num.4. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.1. num.18. & disc.2. num.14. & in Summar. num.50. Rot. in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure 29. Aprilis 1701. §. Circa quod, & in eadem super Manutentione ejusdem diei §. Habet siquidem, coram bon. mem. Priolo.*

Jurisdictio verò Episcopi Praten. juxta 67
tenorem Laudi, & ad censuram Juris, nè in uno, eodemque Territorio duo sint capita, quod Jura abhorrent, debet solummodo circa jus, quod habent Parochi in suos Parochianos, restringi, quod, ut docet *Abb. in Rubr. de Paroch. & alien. Parochian. n.2.*, in sequentibus actibus consistit, nempe, *ut Parochiani diebus festivis audiant Missam in Parochia, secundò ut Sacramenta percipiantur in Ecclesia Parochiali, & ut Parochiani ibi sepeliantur. Item in præstatione Decimarum. Item in Oblationibus faciendis:* sequitur *Roman. cons.356. in princ.* & post alios concordantes *Barbos. de Paroch. part.1. cap.12. num. ult. Cad. de Luc. eod. tract. disc.11. num.8. Panimoll. dec.5. d. annot.1. num.2.* & magistraliter explicavit *Rot. dec.552. à n.3. ad 10. part.5. rec.* quæ est *dec.2089. cor. Coccin.*

Jo: Jacobus Scarfantoni.

FINIS

DECISIONUM, & VOTORUM TOMI SECUNDI.

I N.

INDEX
RERUM, ET VERBORUM,
Quæ in TITULIS, & ANIMADVERSIONIBUS, nec non in DECISIONIBUS, & VOTIS DECISIVIS hujus SECUNDÆ PARTIS continentur.

A

ABBAS.

ADO-

Præ-

suf-

BENEFICIA QUOAD ISNTITUTIONEM.

BENEFICIA QUOAD PERMUTATIONEM.

BENEFICIA QUOAD PLURALITATEM.

BENEFICIA QUOAD QUALITATES, A' LEGE, VEL A' FUNDATIONE REQUISITAS.

CA-

tar-

CANONICI QUOAD OBLIGATIONEM, PRÆBENDÆ ANNEXAM, CELEBRANDI MISSAM PLANAM.

CANONICI QUOAD OBSEQUIA, EPISCOPO, OCCASIONE PONTIFICALIUM FUNCTIONUM, PRÆSTANDA.

Quan-

CANONICI QUOAD OBSERVANTIAM STATUTORUM.

CANONICI QUOAD PRÆCEDENTIAM.

Ex

Quid

sive

&

CAPITULUM QUOAD JURISDICTIONEM IN CAPITULARES, ALIOSQUE ECCLESIÆ MINISTROS.

CAPITULUM QUOAD JUS ILLUD CONVOCANDI, IBIQUE PRÆSIDENDI.

Non

CIVITAS.

CLAUSULA.

CLERICUS.

COADJUTOR.

COLLECTA, IMPOSITIO.

COLLECTA, ORATIO.

COLLEGIATA ECCLESIA.

Deci-

EC-

E

EMPHYTHEUSIS, ET EMPHYTHEUTA.

ENUNCIATIVA.

non

Ex

Mul-

Re-

L

LAICUS.

LAUDEMIUM.

LAUDUM.

LEGATUM.

LEX.

&

MISSA QUOAD LOCUM.

MISSA QUOAD MINISTRUM.

MISSA QUOAD OBLIGATIONEM ILLAM CELEBRANDI.

MISSA QUOAD REDUCTIONEM, SEU SUPPLEMENTUM.

Puri-

Si

Be-

N

NULLITAS.



O

OBLATIO.

Qui

PER-

PRÆCEDENTIA.

PRÆLATUS INFERIOR.

Si

PRÆEMINENTIA.

SA-

S

V

Quan-

VICARIUS FORANEUS.

VICARIUS GENERALIS.

VICARIUS, ET VICARIA ECCLESIÆ PAROCHIALIS.

ro-

VISITATIO.

FINIS.